TEOLOGIA LITURGICA
162
K
18.
BIB. NAZ. NAPOLI

BIBL. NAZ.
V. EMANUELE III
162
K
18
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTHECA RITUALIS.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA RITUALIS

FRANCISCI ANTONII ZACCARIA

TOMI II.

PARS ALTERA

SUPPLEMENTA CONTINENS

PRAEMISSO CL. VIRI JOANNIS MALDONATI

INEDITO DE *CAEREMONIIS* TRACTATU

CUI PRAETER ADNOTATIONES ACCEDIT GEMINA EDITORIS

DISSERTATIO.



ROMÆ MDCCLXXXI.

SUMPTIBUS VENANTII MONALDINI BIBLIOPOLAE IN VIA CURSUS

EX TYPOGRAPHIA FRATRUM PUCCINELLI.

PRAESIDUM PERMISSU.

B. R.

Digitized by Google

QVOD. BONVM. FELIX. FORTVNATVMQVE. SIT
RITVVM. SACRORVM. STVDIOSIS
NOVVS. TOMVS
BIBLIOTHECAE. RITVALIS
A FRANCISCO. ANTONIO. ZACCARIA. CONCINNATAE
NE. A. PRIORIBVS. QVORVM. VELVTI. APPENDIX. EST
PRAESIDIO. AC. SPLENDORE. MAECENATIS. DISSIDERET
PRODIT. IN. PVBLICAM. LVCEM
HONESTATVS. NOMINE. ET. PATROCINIO. AMPLISSIMO
EMINENTISS. VIRI

GUILLELMI. PALLOTTA

PROPRAEF. SACRI. AERARII
OB. INTEGRITATEM. VETEREM. SAPIENTIAM. AEQUITATEM

PIO. VI. P. M

VIRTVTIS. AESTIMATORI. ET. JVDICI. OPTIMO
LONGE. PROBATISSIMI
JOSEPHVS. ANTONIVS. MONALDINIVS. BIBLIOP. ROM
ILLUM. PLAVDENTE. OPERIS. AVCTORE
OBTVLIT. DICAVITQVE. NONIS. QVINCTILIBVS
TANTO. PRINCIPI. AC. PATRONO. SVO. BENEFICENTISSIMO
FVTVRVM. OMNIBUS. VENERATIONIS. SVAE
GRATIQVE. ET. OBSEQVENTISSIMI. ANIMI
MONVMENTVM

Digitized by Google

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patr. Mag. Sacr. Palat. Apoſtolici.

F. A. Marcucci Epiſc Montalt. Viceſg.

IMPRIMATUR,

Fr. Bruno Thoma Ordinis Prædicat. Rmi Patr. Magiſt. Sacr. Pal. Apoſt. Socius.

Digitized by Google

AD HANC TOMI SECVNDI POSTERIOREM PARTEM

PRÆFATIO.

I. ERat animus Bibliothecam Ritualem duobus tantummodo tomis comprehendere, quos veluti univerſi operis complementum *vetus Onomaſticon Rituale* exciperet. Interea vero quum plures ad utramque Bibliothecae noſtrae volumen acceſſiones paraſſem, eas (Onomaſtico tantiſper dimiſſo, cujus tamen editio diutius non differetur) in novum tomum referre neceſſe fuit, qui poſteriorem tomi ſecundi partem conficeret. Ne tamen exilis nimium, jejunuſque hic tomus prodiret, nec mole multum diſcreparet a caeteris, utilibus hiſce utriuſque tomi ſupplementis ineditum, eumque exquiſitiſſimum *Johannis* MALDONATI Viri Summi *de Caeremoniis* tractatum praemittere placuit.

II. Opus vero non eſt, ut quantus vir fuerit *Johannes* MALDONATVS, pluribus heic oſtendam. Ea recitare ſufficiat, quae Cl. *Pariſienſis* Theologus du BOIS in praefatione ad ejuſdem MALDONATI *opera varia Theologica* a ſe *Pariſiis* a. MDCLXXVII. vulgata de *Johanne* adfirmavit. „ Vir ſane fuit plu-
„ rimis, ingentibuſque a Deo donis cumulatus, ingenii ſubtilis,
„ judicii admirabilis, memoriae excellentis, diligentiae incre-
„ dibilis, induſtriae vere ſingularis, indefeſſi ſtudii, laboriſ-
„ que ſupra corporis vires adſidui, quae quum initio firmæ
„ ſatis eſſent, paullatim tamen lectione, & ſcriptione continua
„ exhauſtae ſunt. Nullum enim probatum in Theologia Grae-
„ cum, Latinumve auctorem praetermiſit, quin totum pervo-
„ lutarit, legeritque diligenter, ac notarit. Unde eximiam ejus
„ reconditamque eruditionem, ſummam in dicendo gravitatem,
„ prudentiam, modeſtiam, quae omnes ad ſe facile raperet,
„ ac ſtudio veritatis incenderet, doctarum linguarum peritiam,
„ in concertatoria Theologia efficacitatem, miram in concionan-
„ do vim, atque elegantiam, præſtantiſſimum ingenium, in-

,, ſignemque exquiſitioris litteraturae doctrinam, quam non mo-
,, do *Gallia*, ſed *Europa* etiam univerſa ſuſpiciat, omnes paſ-
,, ſim Scriptores ingenti praeconiorum cumulo commendant. ,,
Supra autem dixerat: ,, Theologiam (*Pariſiis*) per decennium
,, profeſſus eſt magna laude, & celebritate, ingentique frequen-
,, tiſſimorum auditorum concurſu, qui nimirum quotidie tri-
,, bus horis, antequam ſcholam ingrederetur, ſubſellia certa-
,, tim implebant; ejuſque opinio, & fama tanta erat per uni-
,, verſam *Galliam* apud omnes, ut vix eſſet quiſpiam Epiſco-
,, pus, Abbas, Concionator, aut Parochus, qui non ad eum
,, audiendum ventitaret, aut qui quum ejus auditor eſſe non
,, potuiſſet, quae in ſcholis dictaverat, deſcripta domi non ha-
,, beret. Quumque ſcholarum exedrae non caperent auditorum
,, multitudinem, ſaepe coactus eſt in aperto docere; omneſque
,, ex quovis ordine ad eum ita confluebant, ut ne ipſi quidem
,, *Calviniſtae*, *Calviniſtarumque* Miniſtri ab ejus praelectioni-
,, bus abſtinerent. ,,

III. Propius ad tractatum, quem nunc edituri ſumus, adce-damus. Eum non ſolum du BOIS cum aliis diſputationibus *de Fine mundi*, *de Reſurrectione*, *Judicio*, *Inferno*, quas publice dictavit MALDONATUS a. MDLXIX., & aliquando ſe emiſſurum in vulgus receperat, penes ſe habuiſſe teſtatus eſt in Codice MS., ſed etiam *Richardus* SIMON ejuſdem exemplum ab YVELINO MALDONATI Auditore exaratum ſervabat (ut *T. I. Epiſtol. ſelectar. ep. XVII.* a. MDCLXXXIV. ipſemet adſeruit); immo (*T. II. ep. XXIX. p.* 200. *ſeqq. edit. Amſtaeled.* 1730.) hujus operis conſpectum, & ſynopſim quamdam exhibuit, addiditque (p. 206.): *je pourrai dans quelque tems le donner entier au Public: jouiſſez par avance de cet echantillon*. Vel id unum ſatis oſtendit, quanti hoc MALDONATI opuſculum docti hi viri facerent, ab aliiſque faciendum eſſe ſentirent. Sed audiendus praeterea eſt idem SIMONIUS, qui aequiſſimam de illo ſententiam paullo poſt ſubdit his verbis. *Il ſuffit, que je vous diſe en general, qu' on y voit beaucoup d' erudition, & beaucoup de jugement. L' Auteur dit à ſon Ordinaire bien des choſes en peu de mots: il choiſit dans les bons Auteurs, qu' il a lus ſur cette matiere, ce qu' il a trouvé de meilleur.* Eſt etiam, quam in hoc tractatu mireris, exquiſita quaedam, atque uberrima MALDONATI eruditio, ut nihil ille fere intactum

ex

Digitized by Google

ex iis reliquerit, quae doctiſſimi poſt eum Scriptores magna ſu nominis commendatione protulerunt.

IV. Haec ea ſunt, quae (quod neque du BOIS, neque SIMONIVS praeſtiterunt) ut de hac egregia tanti Theologi heic edenda lucubratione cogitarem, me compulerunt. Tres enimvero ejus nactus ſum MSS. Codices. Primum ex Bibliotheca *Lucenſi* Patrum praeſtantiſſimae Congregationis MATRIS DEI Cl. mihique dum viveret amiciſſimus *Johannes Dominicus* MANSIVS ejuſdem Congregationis, immo & *Lucenſis* Eccleſiae, cui tandem Archiepiſcopus praefuit, ſingulare ornamentum ſuppeditavit, ſed prorſus Amanuenſis vitio inemendatum. Secundum olim *Forolivii* inveni *Pariſiis* ſcriptum, multiſque in locis (utinam in omnibus!) correctum. Hae porro liturae, & correctiones, quae diverſo a primi Scriptoris manu charactere occurrunt, eae ſunt, quae nonniſi ab auctore proficiſci potuerunt. Nam aliquando non neceſſariae ſunt, uniuſque auctoris arbitrium indicant; aliquando vero ſententiam mutant, vel novis etiam argumentis, Patrumque dictis confirmant. Tertium MALDONATO & ipſum aequalem ex *Gallia* delatum dono adcepi ab immortalis nominis *Scipione* March. MAFFEIO. Mirum autem eſt, quantum hi Codices inter ſe diſcrepent. Monuerat SIMONIVS (*T. I. ep.* XVII. p. 178.): *Il faut prendre garde, que tout ce qui ſe trouve en MS. ſous le nom de MALDONAT, n' a pas étè dictè par ce Jeſuite. Il y a de certaines pieces, qu' il n' a fait, que prononcer, & qui ont étè ſeulement copièes par des curieux, qui aſſiſtoient à ſes Leçons. Il y en a d' autres, qui ne ſont que de ſimples abregès. C' eſt ce que j' ai reconnu en comparant enſemble divers manuſcrits.* Verum nihil horum ad rem noſtram facit. Nam duo poſtremi, quos indicavi, Codices MALDONATO dictante conſcripti ſunt, primus vero ille in Italia quidem exaratus fuit, ſed ex antiquo Gallico exemplo, eoque pluribus in locis auctiore quam ceteri. Codicum igitur diſcrimen ex eo potius repetendum videtur, quod quum MALDONATVS decem ipſos annos Theologiam tradiderit, novis curis diſputationem ſuam retractarit, hincque uti fieri ſolet, immutarit ipſe, dempſerit aliqua, aliqua addiderit.

V. Ceterum *Forolivienſis* Codex multis nominibus mihi praeſtantior eſt. Quamobrem ex illo MALDONATI diſputationes

Digitized by Google

dabo; ubi vero major ſit rerum diſcrepantia, quam verborum, quae in aliis duobus Codicibus aliter efferuntur, veluti varias lectiones inter adnotationes adſcribam. Nam adnotationes addere viſum eſt tum ut pauca, in quibus MALDONATI opus meo, aliorumque judicio caſtigatione indiget (in ſuis enim promendis ſententiis liberior fuiſſe ille aliquando videtur, quam licuiſſet) emendarentur, tum ut quae ab eo praetermiſſa apud recentiores liturgicos Auctores legere eſt, adcurate tamen expenſa lectorum commodo ſubjicerem. Compendii autem cauſſa *Lucenſem* Codicem ſingulari L. *Maffejanum* littera M. deſignabo.

VI. Equidem vel uno hoc tractatu commendatum doctiſſimis quibuſve viris, nedum ſtudioſae juventuti opus hoc noſtrum futurum ſpero. Sed & aliud eſt, quo noſter hic liber probari magis debeat. Nimirum praeter locupletiſſimas ad priora duo volumina adceſſiones duplicem diſſertationem MALDONATI Tractatui veluti appendicem ſubjiciam. Aget prima de Auctore Antiphonarii, & Sacramentarii GREGORIANI, quem non primum, ſed ſecundum GREGORIVM fuiſſe *Venetus Gregorianorum* operum editor eruditiſſimus nuper contendit. Erit altera de Libro Diurno Romanorum Pontificum. Ad hanc enimvero conſcribendam paene me impulit clariſſimus, mihique in paucis amiciſſimus *Cajetanus* MARINIVS. Oſtendit ſcilicet mihi is uti ſtudioſiſſimus litterariarum harumcce deliciarum conquiſitor duplex ejus Libri ab HOLSTENIO editi exemplum, utrumque (quod hactenus incompertum) inter ſe aliquantulum diffidens; notarum quoque, quas magnus ille vir in eum Librum parabat, conatum quemdam, atque adumbrationem adtulit, dignam tamen HOLSTENIANA, quae ſumma erat, eruditione. Itaque e Rituali re fore intellexi, ut hinc quae ad Libri Diurni editiones, atque hiſtoriam ſpectant, aut ignota prorſus, aut non ſatis perſpecta, in medium adferrem. Haec ſcribendae illius diſſertationis occaſio, hoc argumentum. Ipſum jam MALDONATI opus exhibeamus.

IN-

INDEX

Diſputationum, & Quaeſtionum hujus Tractatus.

DISPVTATIO I.

Generalis. pag. j.

QVAESTIO I.

Quid ſit Caeremonia. ibi.

QVAESTIO II.

Quotuplex ſit Caeremonia. iv.

QVAESTIO III.

De origine Caeremoniarum. vi.

QVAESTIO IV.

De uſu, & utilitate Caeremoniarum. xvi.

PARS I.

Quaeſtionis. *De utilitate Caeremoniarum per ſe.* ibi.

PARS II.

Quaeſtionis: *In quo genere bonorum ſint Caeremoniae.* xxii.

PARS III.

Quaeſtionis: *Quales eſſe debeant Caeremoniae, & qualiter utendum.* xxiii.

DISPVTATIO II.

Specialis, quae eſt de Miſſae Caeremoniis. xxiv.

§. I.

Generalia de Caeremoniis Miſſae. ibi.

§. II.

De congregatione, & de nomine Miſſae. xxvi.

§. III.

Digitized by Google

§. III.

De propriis Caeremoniis Miſſae. xxviii.

§. IV.

De partibus Miſſae. xxxi.

§. V.

Miſſa, ac primo initium Miſſae. xxxiii.

§. VI.

De introitu Miſſae. xli.

§. VII.

De Alleluja. xlvii.

§. VIII.

De Gloria Patri &c. lv.

§. IX.

De Kyrie Eleiſon. lvii.

§. X.

De Gloria in excelſis. lx.

§. XI.

De converſione Sacerdotis. lxv.

§. XII.

De Oratione. lxx.

§. XIII.

De Epiſtola. lxxiii.

§. XIV.

De Evangelio. xcii.

Digitized by Google

§. XV.

Concio, & expulſio cathecumenorum. c.

§. XVI.

De Symbolo. ciii.

§. XVII.

Offertorium. cvii.

§. XVIII.

De lotione manuum, aliiſque ad ſecretam. cxi.

§. XIX.

De Secreta. cxiii.

§. XX.

De praefatione. cxix.

§. XXI.

De Canone. cxxvi.

§. XXII.

De Oratione Dominica, aliiſque ad communionem. cxliv.

DISPVTATIO III.

Specialis: De uſu, & recipientibus Euchariſtiam, ſeu de Communione.

QVAESTIO I.

De communicantibus. cli.

§. I.

De Sacerdotibus. ibi.

§. II.

De Miniſtrorum Communione. cliv.

Digitized by Google

§. III.

De Laicis. clv.

§. IV.

De pueris, an debeant communicare. clix.

§. V.

De Aegrotis. clxii.

§. VI.

De modo, quo olim mittebatur Euchariſtia. clxiv.

QVAESTIO II.

De praeparationibus veterum Chriſtianorum, antequam accederent ad Communionem. clxviii.

§. I. PRAEPARATIO.

Confeſſio. ibi.

§. II. PRAEPARATIO.

Jejunium. clxxiii.

§. III. PRAEPARATIO.

Abſtinentia a conjugio. clxxv.

QVAESTIO III.

De ritibus communicandi. clxxviii.

QVAESTIO IV.

Quam frequènter ſit communicandum. clxxxv.

QVAESTIO V.

De Communione ſub utraque ſpecie. cxcvii.

APPENDIX

Ad hunc Tractatum, ſeu duplex editoris diſſertatio.
Prima, *De Auctore Antiphonarii, & Sacramentarii* GREGORIANI, *fueritne is* GREGORIVS I., an II.? ccxi.
Secunda, *De Libro Diurno Romanorum Pontificum.* ccxxix.

ADDENDA,

atque emendanda in utroque Bibliothecae Ritualis volumine. ccciv.

IOHAN-

JOHANNIS MALDONATI

VIRI DOCTISSIMI

DE CAEREMONIIS

TRACTATVS.

DISPVTATIO I. GENERALIS.

De caeremoniis duplex eſt diſputatio, alia generalis, alia ſpecialis. Generalis quatuor quaeſtionibus continetur : prima, quid ſit caeremonia: ſecunda, quotuplex : tertia, quam originem habeat : quarta, quem uſum.

PRIMA QVAESTIO.

Quid ſit caeremonia.

I. Quaeſtio de natura duabus ex partibus explicanda eſt. Primum ex vi, & etymologia vocabuli; deinde ex uſu vocabuli.

II. Quod ad etymologiam, quidam putarunt dictas caeremonias a *Caritate*, quaſi *carimonias*, quae ad caritatem, & religionem ſpectant. Alii a Caelo, quod ſint ſigna externa rerum caeleſtium, ac divinarum, quaſi *caelimonias*; ſicut caeruleum dicimus pro *caeluleo* (1). Alii, ut GELLIVS (*lib. IV. cap 9.*), MACROBIVS (*lib.II.* *Caeremoniarum etymon.*

(1) Hunc locum ita exhibet C.L. „ Alii caeremonias dictas a Caelo exiſtimarunt, quod ſint veluti ſigna quaedam externa, pertinentia ad res „ cae-

(*lib. II. Saturnal. cap. 3. & III. lib. cap. 3.*) a *carendo* quaſi *carimonias* ſine dyphthongo (2), ſicut a *queror querimonia*, a *mercor mercimonia* . Quam rationem ſequutus eſt D. AVGVSTINVS (*lib: II. Retract. cap. 37.*) (3) Atque hi putarunt caeremonias eſse idem, quod Religionem, quam ipſam putat a *relinquendo* dictam GELLIVS, quod a rebus multis abſtineatur, ut cernere eſt in Religione *Judaica*, cujus caeremonia erat abſtinere a carne ſuilla &c. (4) At violenta videtur haec notatio. Solent enim potius caeremoniae conſiſtere in habendo, quam in carendo, ut cernere eſt in faciendo Sacrificio, incendendo thure &c. (5). Puto igitur dictas caeremonias [ut LIVIVS *lib. V.* & VALERIVS MAXIMVS *lib. I. cap.* 11.] (6) nempe a *Caeretibus Etruriae* oppido (7). Nam quum urbe *Roma* a *Gallis* capta

---

„ caeleſtes, ideſt divinas, quibus res „ ipſas divinas coleremus, ut Deum „ & Sanctos: quare dictae ſunt caerimoniae quaſi *caelimoniae* paullulum litteris mutatis, quemadmodum „ Latini dicunt *monumenta* a verbo *moneo mones*, & non *monimenta* „.

(2) Addit C. M. *& per* I.

(3) Et S. ISIDORVS (*etymol. lib. VI. cap. ult.*)

(4) Caerimonia fuit Judaeis, ut abſtinerent a ſuinis carnibus, a ſanguine, & ſuffocato. Ita L.

(5) Recito hunc locum ut eſt in C. L. „ Sed haec etymologia eſt violenta. Nam caerimoniae multo magis in habendo, quam in carendo „ conſiſtere videntur. Nam caerimonia eſt habere thus in ſacrificio, „ habere cereos, & cetera hujuſmodi, „ quibus caerimoniis in Eccleſia uti ſolemus. Non ergo a carendo dictae „ ſunt „.

Aliae quoque ab aliis hujus nominis etymologiae excogitatae ſunt. Nam *Joachimus* CAMERARIVS (*problem. IV. decur. III. in diſput. de quorumdam nominum origine*) caeremoniarum vocabulum veluti *gerimoniam a gerendo* derivatum putat, ut indicentur ea, quae in ſacris geri ſolemni ritu debeant. *Angelus* vero CONTVS apud TVRRINVM in *directorio ſacrific. cap.* 1. a CERERE ceremoniarum nomen ducit, quaſi cereris munia, ſive dona, quia antiquitus primae oblationes, quae profecto ſunt caeremoniae, CERERI ex primitiis frugum fiebant. Denique *Joſephus* SCALIGER probantibus VOSSIO (*in etymol. V. caeremonia*) aliiſque auctoribus a *Jacobo* PONTANO indicatis (*Progymn. Latin. Vol. II. adnot. XXIV.*) cenſuit, caeremonias dici ab antiquo vocabulo CAERVS, ideſt *Sanctus*, unde in *Saliari* carmine *caerus manus*, *Sanctus bonuſque*. Ita a *caerus* erit *caerimonia*, ut a *Sanctus Sanctimonia*, a *caſtus caſtimonia*, a *cultus cultimonia*. Verum duae illae priores etymologiae vix ulli nituntur fundamento, praeter vocis ſimilitudinem, nec univerſae caeremoniarum indoli ſatis reſpondent; tertia vero nimis ingenioſa eſt, ut probabilis ſit.

(6) Quod idem FLORVS narrat *lib. 1. cap.* 13. Vide etiam FESTVM.

(7) Codex SIMONII, ut videre eſt *Tom. II. Epiſtol. ſelect. ep. XXIX.* paullo aliter haec exhibebat, nempe *a* Ceretibus Etruriae *populis caeremonias eſſe appellatas, a quibus* Romani *majorem partem rituum & caeremoniarum, quibus Deos ſuos colebant, mutuati ſunt.*

Digitized by Google

capta Flamen *Quirinalis*, Virgineſque *Veſtales* ſacra onere partito ferrent, eaſque Pontem *Sublicium* transgreſſas, & clivum, qui ducit ad *Janiculum*, deſcendere incipientes, L. ALBINVS conjugem & liberos vehens adſpexiſset, ſtudioſior publicae religionis quam privatae caritatis ſuis, ut plauſtro deſcenderent, imperavit, atque in id Virgines & ſacra impoſita, omiſſo coepto itinere, *Caere* oppidum pervexit, ubi cum ſumma veneratione excepta grata memoria ad hoc uſque tempus hoſpitalem humanitatem teſtantur. Inde enim inſtitutum eſt, ſacras caeremonias vocari, quia *Caeretani* ea fracto Reipublicae ſtatu, perinde ac florente coluerunt. Ab eorum igitur populorum Religione credo caeremonias appellatas eſſe, quaſi res externas, quibus procuramus, & adminiſtramus Religionem (8).

III. *Hebraei* videntur nullum habere proprium caeremoniarum vocabulum, vocant enim non aliter quam *Houchin*, ſcilicet *decreta*, *conſtitutiones*, ut vertit D. HIERONYMVS *Gen. XXVI.* & *Exod. XVIII.* & *Gaboda*, quaſi *dicens ſanctitatem*, & *cultum divinum*. Itaque idem HIERONYMVS *Exod. XII.* & *XXVII.*, & *XXXVIII.* vertit *caeremonias*.

IV. Item *Graeci* non habuerunt diſtinctum nomen, ſed vocarunt προϛαγματα, ideſt *praecepta*, λατρειαν, ideſt cultum & ſervitutem, θρησκειαν, ideſt Religionem in rebus externis. Unde PAVLLVS *Col. II.* vocavit εθελοθρησκειαν, quaſi *voluntariam Religionem*: quo vocabulo CALVINVS contra nos ſaepe utitur vocans *ſuperſtitionem voluntariam caeremoniarum*.

V. Si haec omnia inter ſe conferamus, facile intelligemus, quid ſit caeremonia, nempe leges, quibus continetur cultus Religionis externus. Sunt igitur caeremoniae quaſi veſtis, & quaſi vagina Religionis. Nam quemadmodum gladius in vagina conditus non cernitur niſi per vaginam; ita verus Dei cultus, qui in eis latet, per externas caeremonias perſpicuus efficitur (9). *Caeremoniarum natura.*

 VI. Ge-

(8) Eamdem etymologiam prae ceteris probarunt *Joſephus* VICECOMES (*lib. I. de ant. Bapt. Ritib. cap. II.*) & MERATIVS ad T. I. GAVANTI (*p. 2. Ven. edit.* 1740.)

(9) In SIMONII Codice ita hic locus legebatur. „ Caeremoniae ſunt „ velut vagina, ſeu veſtis veri cultus, „ & Religionis Divinae. Nam quem„ admodum gladius in vagina recon„ ditus non videtur, tamen per eam „ dignoſcitur; ita verus Dei cultus, „ qui in animo abſconditur, nonniſi „ per illum cultum & externum habi„ tum dignoſcitur, ac caeremoniis in„ dicatur. „ Aliter C. L. „ Nam quem-

Caeremoniae a Sacramento quid differant.

VI. Generaliter caeremonia eſt quaſi Sacramentum; ſed ſi uſum ſpectes, duabus rebus differunt. Primum, quod Sacramentum vocari ſoleat non omnis caeremonia, ſed ſolum a Deo inſtituta, qualia ſunt quae in novo ac veteri Teſtamento Sacramenta vocantur. Caeremoniae autem aliquando ab hominibus, aut a natura inſtituuntur, ut quod flexis genibus Deum oremus. Secundum, quod Sacramentum ſit major quaedam, & illuſtrior caeremonia. Ideſt caeremoniae non appellantur a nobis maximae illae, qualis eſt baptiſmus, ſed quae illis quodammodo adcedunt, ut quod ter mergamus, quod in fronte ſignemus. Itaque Sacramenta ſunt quaſi trunci & arbores a Deo ſatae, & caeremoniae adjuncta, quaſi adnati ſtolones. Rurſum Sacramentum eſt veluti nomen, aut verbum in grammatica, caeremoniae quaſi ejuſdem declinatio, quae ejus ſignificationem non mutat, ſed tantum modificat. Sic quod Miſsa ſit Sacrificium eſt veluti nomen; quod autem Sacerdos frangat in tres partes hoſtiam, vel adhibeat ſignum Crucis & ſimilia, eſt inſtar declinationis.

SECVNDA QVAESTIO.

Quotuplex ſit caeremonia.

Caeremoniarum varia genera.

Caeremoniarum eſt quinctuplex genus. Primum, quod ſumitur ex perſona, cui religio adhibetur, quale eſt uti ara, quod ſumitur ex perſona Dei, cui quum ſoli ſacrificetur, ſoli illi ara exſtruitur. Idem judicium eſt de thure, & ſi alicubi uſitatum ſit, ut ſigna & imagines Sanctorum thure ſuffundantur. Nos talem conſuetudinem non habemus, neque probo eam (1).

Secun-

---

quemadmodum gladius non videtur, ſed corium; ſic non videtur cultus animi internus, ſed caeremoniis oſtenditur. Nam oſtendo, me non eſſe *Mahometiſtam*, quia utor ſigno Crucis; oſtendo, me non eſse *Manichaeum* quia non abſtineo a carnibus; oſtendo me non eſſe *Calviniſtam*, quia jejuno Quadrageſima, & ſic de aliis.

(1) Probaſſet utique, ſi Rubricas Miſſalis a S. PIO V. reformati, quum haec ſcriberet, videre MALDONATO licuiſset; ibi enim *P. II. Tit. IV.* thuris cultus Sanctorum imaginibus praeſtandus praeſcribitur; immo ex hac Miſsalis *Romani* Rubrica idem decretum tranſiit in Caeremoniale Epiſcoporum *Lib. I. cap. XXIII.* Neque vero primum ſub PIO V. hic mos apud *Romanos* obtinuit. *Iacobus* CAJETANVS Card. S. GEORGII *ad velum aureum* in ordine *Romano*, quem ſaeculo

Digitized by Google

Secundum, quod ex perſona, quae operatur, quales fuerunt omnes veſtes Sacerdotis in veteri Teſtamento *Exod. XXIX.* ut quod Sacerdos geſtaret in pectore nomina XII. tribuum, & illud *Codeſch Adonai*, *Sanctus Deus*, quae verba debebat geſtare inciſa, ut agnoſceretur tamquam ſummus Sacerdos, ut ſemper eſset venerationi populo Judaico: In Evangelio, quod Epiſcopus a tribus Epiſcopis ordinetur; quod Diacono porrigatur liber Evangeliorum, & alia, quae exercentur in Ordinibus.

Tertium ex rebus, & earum natura, ut quod utamur cereis potius, quam ſevo; quod materia illa facta ſit ab animali puriſſimo, ſcilicet ab apibus carentibus omni malitia, & caſtiſſimis, quaeque non congreſſu, ſed induſtria collecta ex floribus materia illud divinum perficiant. Talis eſt aqua ſacra, qua baptizamus.

Quartum ex loco, quale fuit apud *Hebraeos*, quod non ſacrificarent, niſi in Templo *Hieroſolymitano*; nuſquam gentium, niſi eo converſi orarent (2): in Evangelio, quod olim non orarent, niſi ad Orientem converſi, & niſi eo verſus exſtrueretur templum (3).

Quin-

culo XIV. ſcripſiſſe creditur, morem *Romae* fuiſſe, ut ſacrae Imagines *ſtantes ſuper Altare* inter Miſſarum ſolemnia poſt oblatorum thurificationem a Papa *incenſarentur*, teſtificatur cap. LXXI. *de ſecunda Miſſa Natalis Domini*, & cap. LXXII. *in feſto* S. STEPHANI. Eadem apud Graecos conſuetudo pervetuſta eſt. Nam in Typico S. SABAE legimus Cap. I. *Sacerdos .... egreditur per portas Sanctas, factaque Cruce cum thuribulo ante propitiatorium, progreditur, & incenſat imaginem Sancti*. Quid? quod S. GERMANVS *CPolitanus* Patriarcha in litteris ad THOMAM *Claudiopolitanum Epiſcopum* lectis, probatiſque a *Nicaena* II. Oecumenica Synodo *Act. IV.* eorum, qui ante Imagines Sanctorum luminaria concinnabant, & ſuavis odoris thymiamata adolebant, morem laudat atque defendit. *Symbolice namque*, inquit, *alia celebrari ad honorem illorum excogitata ſunt, quorum cum Chriſto requies eſt, quorum honor in eum recurrit*, *hoc probante* BASILIO *Sapiente* (Hom. in XL. Mart.) *qui honor circa bonos conſervorum adprobationem habet benevolentiae erga communem exhibitae Dominum*. Hinc SERGIVS Papa, ut in ejus vita ANASTASIVS ſcribit, *fecit* thymiamaterium *aureum majus .... quod ſuſpendit ante imagines tres aureas* B. PETRI *Apoſtoli, in quo incenſum, & odor ſuavitatis feſtis diebus, dum Miſſarum ſolemnia celebrantur, omnipotenti Deo opulentius mittitur*.

(2) Addit C. L. „ ſicut fecit DANIEL in Captivitate *Babylonica* poſitus „.

(3) Varias hujus conſuetudinis cauſſas innuunt antiqui Patres. Praecipuae duae ſunt, quarum alteram S. BASILIVS (*de Sp. S. cap. XXVII.*) alteram S. AVGVSTINVS (*de Serm. Dom. in monte.*

Quinctum ex tempore, ut quod *Judaei* quatuor menſibus jejunarent; nos tota Quadrageſima, & aliis diebus (4): quod illi Sabbathum colerent propter naturam conditam; nos diem Dominicum propter diem Reſurrectionis.

TERTIA QVAESTIO.

De origine caeremoniarum.

Caeremoniarum prima & generalis origo.

I. PUto cum ipſis hominibus natas caeremonias, nam tam proprium eſt homini aliquid concipere, & id alteri ſignificare, quam canem latrare. Quia ergo nulla eſt gens tam barbara, quin animo Deum concipiat, nec ulla fuit gens umquam, quae aliquas caeremonias non haberet, ut hoc etiam ſignis quibuſdam externis, hoc eſt caeremoniis teſtaretur. [TERTVLL. *lib. de Praeſcriptionibus*; D. AVG. *lib. XXIX. contra* MANICHAEVM *cap.* 11.] Sed modo inſtitutae ſunt partim a Deo, quales quas ſupra diximus; partim ab hominibus, quales quas Chriſtus reprehendit, & vocat *traditiones hominum*; partim ab ipſa natura, ut orare flexis genibus. Nam quemadmodum vocabula quaedam ipſe Deus inſtituit, ut terram vocavit *Ares*, & maria *Janim*; alia homines excogitarunt; alia ipſa natura docet, ut illa *hei*, *eheu*, *heu*: Ita judicandum de ceteris.

Theologia & Sacerdotes Ethnicorum.

II. Adeo autem verum eſt, nullam gentem fuiſſe, quae non haberet caeremonias cum Religione conjunctas, ut olim apud Ethnicos nulla fuerit alia Theologia; & qui de hac re libros habebant, ii Sacerdotes & Pontifices habiti ſunt. PLATO *in Politico*

---

monte lib. II. cap. 2.) profert. *Omnes*, inquit ille, *ſpectamus ad Orientem, quum precamur. Pauci tamen novimus, quod facientes antiquam requirimus patriam, videlicet paradiſum, quem conſeruit Deus in* EDEN *ad* ORIENTEM. Contra AVGVSTINVS: *quum ad orationes ſtamus, ad Orientem convertimur, unde coelum ſurgit; non tamquam ibi ſit Deus, & quaſi ceteras mundi partes deſeruerit, qui ubique praeſens non locorum ſpatiis, ſed majeſtate potentiae: ſed ut admoneatur animus ad naturam excellentiorem ſe convertere, ideſt ad Dominum*. Confer COTELERIVM *ad Conſtit. Apoſtolic. lib.II. cap.*57. PETAVIVM *de opificio ſex dierum* (*lib.II. cap. V. num.* 8.) GRANCOLASIVM (*l'ancien Sacrament. de l'Egliſe P. I. p.* 11. *ſeq.*) ut Proteſtantes * Joachimum HILDEBRANDVM *in Rituali orantium cap. I.* & * BINGHAMVM (*Orig. Eccleſ. lib.XIII. cap.VIII.* §.15.) omittam.

(4) C. L. omiſſo, quod ſequitur, *Sabbati* exemplo, haec ſubjungit: „ ad „ quam quidem caeremoniam revocatur omnes dies feſti „.

litico ſcribit, apud *Aegyptios* ſcriptos fuiſſe de hac re libros, quos Sacerdotes habebant, nec ſolitum apud eoſdem quemquam regem creari, niſi ante ab illis inſtitutus fuiſſet. NVMA POMPILIVS apud *Romanos* libros ſcripſit de caeremoniis, quos vocabant *indigetamenta*, quaſi quod apud nos vocatur *Rationale divinorum officiorum*. ARNOBIVS [*lib. 2. contra gentes*] oſtendit prius natum NVMAM POMPILIVM, quam APOLLINEM, eo quod in illis libris nullam mentionem facit APOLLINIS (1).

Cur tot Iudaeis praeſcriptae caeremoniae.

III. Sed quum ubique gentium fuerint uſitatae caeremoniae, tum vero maxime apud *Judaeos*, idque ſummo quodam Dei optimi beneficio & conſilio. Nam quum illi tardi eſsent, & valde proclives ad imitandam Ethnicorum ſuperſtitionem, praevidit Deus, illos non poſſe niſi magna caeremoniarum multitudine cohiberi (2). Itaque illi neque bibebant, neque edebant, neque ambulabant quidem ſine caeremoniis, ut ſignificat ipſa Scriptura *Exod. XVII. 13.*: *hoc quaſi ſignum in manu tua, & quaſi ſignum adpenſum ante oculos tuos*. Atque ea cauſsa eſt, quod in novo Teſtamento nomine *legis* fere caeremoniae intelligantur, non quod omnia eſsent caeremoniae, ſed quod omnia eſſent caeremoniarum plena. Ita MATTH. XI. *Lex & prophetae uſque* ad JOHANNEM; & Rom. III. *Ex operibus legis non juſtificabitur omnis caro*, ideſt ex caeremoniis; & IV. Cap. *Si* Abraham *ex operibus legis juſtificatus eſt, habet gloriam*, ideſt ex operibus illis, quae verſantur in oculis hominum, habet gloriam apud homines; in autem ex fide, quod opus majus eſt, & ex caritate, habet gloriam apud Deum, & poſt: *Non enim per legem promiſſio* ABRAHAE, ideſt non ex caeremoniis; quod poſtea aliis verbis diligenter declа-

(1) C. L. „ NVMA POMPILIVS *indigetamenta*, ideſt libros caeremoniales conſcripſit. ARNOBIVS (*lib. II. contr. Gent.*) irridens gentes docet prius NVMAM POMPILIVM natum eſse, quam APOLLINEM, quia indigetamenta ille conſcripſiſſet, in quibus *Judaeorum* nomina erant, & nomen APOLLINIS non meminiſſet „.

(2) „ Propterea Deus populo Judaico multas ac varias dedit caeremonias, eo quod eſſet populus durae cervicis, ac pronus ad idololatriam, & ut hujuſmodi caeremoniis in vero cultu retineretur, nec adoraret Deos alienos „. Ita Codex, quem habuit *Rich.* SIMON (*T. II. epiſt. ſelect. pag.* 202.) Codex vero L. „ Nam quum tardi eſſent ad Deum venerandum, debebant ſigna externa habere, ut numquam excideret Religio a mentibus eorum „.

Digitized by Google

claravit, ABRAHAM non adcepiſse promiſſionem, quod circumciſus eſſet, ſed contra circumciſum eſse per illam. Rurſum Cap. VI. *Si enim ſub lege eſtis, non eſtis ſub gratia*; *ſub lege*, ideſt ſub caeremoniis, quibus *Judaei* profitebantur Chriſtum, quae non pertinent ad gratiam, quum excludant Chriſtum. Et *ad Gal. II. Si enim per legem juſtitiam, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt*; ideſt ſi caeremoniae veteris legis ſatis fuerunt ad juſtificationem noſtram, quorſum paſsus eſt Chriſtus? quaſi dicat: *Si umbra fuit ſatis, quid opus fuit corpore*, ut eſt II. Cap. *Coloſſ.*? Rurſus *ad Galatas* III. *Chriſtus redemit nos ex maledicto legis*, ideſt ex circumciſione, & caeremoniis, quas qui non obſervabat, erat maledictus; & poſt: *Lex paedagogus noſter fuit in Chriſto*. Agit enim de caeremoniis, quarum uſus erat, ut erudiret & praepararet ad venturum Chriſtum (3): & poſt Cap. V. *Si ſpiritu ducimini, nolite eſſe ſub lege*, ideſt ſi *eſtis ſub Evangelio, in quo maxime donatur ſpiritus, ne ſitis adhuc ſub onere caeremoniarum veteris legis*.

Haereticorum errores hinc orti.

IV. Quae res non conſiderata induxit haereticos in varios errores. Primum ut putarent opera noſtra nihil valere ad juſtificationem. Secundum ut putarent, eſse Chriſtianum nihil aliud eſse, quam eſse exemptum ab omni poteſtate temporali, & ſpirituali, quum ſit eſſe exemptum a caeremoniis legis (4). Tertius error fuit de ipſis caeremonis. Putant enim in Evangelio iis nullum eſſe locum, quod nos a lege veteri [quae ſolae caeremoniae eſse videatur] nos liberarit. Hic error ita paucis refutari poteſt. Primum ſi in novo Teſtamento nullus eſt locus caeremoniis, cur in eo legimus multas? ut eſt mulierem orare velato capite, virum nudo; item laudare Deum canendo 1. *Cor.* XI. & XIV. *Quum convenitis, quiſque pſallat* (5) &c. *Epheſ.*

Refutatur error de abolendis caeremoniis.

---

(3) Addit C. L. „ quemadmodum „ Paedagogus erudit puerum, ut praeparet ad Philoſophiam, & ſolidiores diſciplinas. Quare quum puer inſtitutus eſt, & auditor factus eſt Philoſophus, non opus eſt illi Paedagogo. Ita Chriſtus poſtquam venit, „ non opus eſt illo Paedagogo, ſive illis „ caeremoniis. Unde ad Gal. V. &c. „

(4) C. L. „ Secundo errarunt in „ Chriſtiana libertate, ut putarent, „ nihil aliud eſse, Chriſtianum eſſe „ liberum, quam expertem eſſe omnis poteſtatis, & liberum ab omni „ ſervitute Eccleſiaſtica. At hoc non „ eſt libertas Chriſtiana, de qua Chriſtus nos liberavit. Liberavit enim, „ nos a maledicto diaboli, & non ab „ omni poteſtate „.

(5) M. *Pſalmum habeat*. L. *Pſalmum dicat*.

Epheſ. V. *Loquentes vobiſmetipſis in pſalmis , & Canticis Coloſſ.* III. *Verbum Chriſti ambulet in vobis , ambulantes in omni ſapientia diſcentes , & commonentes vos metipſos in pſalmis , hymnis , & canticis ſpiritualibus* &c. Sed quid aliud ſunt Sacramenta ? niſi caeremoniae, quae tamen non vocantur caeremoniae, quod ſint praeſtantiores quaedam caeremoniae & nobiliores. Item quod Chriſtus apud Evang. MATTH. XXI. inſufflarit in Apoſtolos, ut adciperent Spiritum Sanctum, quae caeremonia inde uſque a nobis retenta eſt in Ordinibus Eccleſiaſticis, manus pueris imponeret (6), atque inde relicta conſuetudo confirmandi baptizatos. Debuerunt illi conſiderare, in veteri lege ſicut praeceptorum, ita & caeremoniarum fuiſſe genera varia. Primum praecepta alia erant quidem omnino moralia, ut amare Deum; alia omnino caeremonialia, ut de circumcidendis maſculis 8. die, de celebrando Paſcha 14. Luna primi Menſis; alia Judicialia ut dentem pro dente. Non autem omnia illius legis praecepta abolita ſunt, moralia enim fuerunt potius ſtabilita, & confirmata, & illuſtrata, ut quum Chriſtus jubet nos inimicos diligere. Caeremonialia ſunt abolita, ut circumciſio, & quidquid ſignificabat Chriſtum venturum. Judicialia denique neque neceſse fuit aboleri neque retineri: ut illud de homicida morte mulctando retinetur; de adultera lapidanda non retinetur; immo de adultero occidendo nec ubique retinetur. Sic caeremoniarum fuerunt 4. genera. Primum quae erant ſolum caeremoniae, ut quae erant de venturo Chriſto, ut circumciſio, qua profitebantur *Judaei* Chriſtum venturum ex ſemine ABRAHAE. Secundum genus fuit moralium, quales erant, ut non vererentur ſanguine, ut docerentur eſſe abſtinendum a caede, ut admonerentur lenitatis. Tertium genus earum, quae ad judicium pertinebant, ut *Numer. V.* quae pateretur fluxum ſanguinis, ſepararetur a populo, & iſta remanſit. Quartum genus, quae non erant tantum morales, ſed etiam quoquo modo naturales, ut orandum eſse Deum expanſis manibus *Exod. XVII.*; ipſa enim natura docet, ita moveri miſericordiam. His adijcere poſsumus (7), morales non naturales alias fuiſse proprias *Judaeorum*, ut

In veteri lege praeceptorum, & caeremoniarum varia genera.

Mald. b

(6) M. Quin ipſe CALVINUS fatur eſse caeremoniam, quod Chriſtus ...eris manus imponeret.

(7) Hunc locum in F. Codice ſatis obſcurum, vitiatumque ex M. reddidimus. Non tamen ſpernenda L. lectio,

ut abſtinere a ſanguine & ſuilla; alias communes cum gentibus, ut quod in ſacrificiis uterentur cereis: quae potuerunt in novo Teſtamento retineri. Quando igitur dicuntur caeremoniae abolitae, intelligitur tantum de primo genere, earum ſcilicet, quae tantum erant caeremoniae, hoc eſt quod PAVLLVS ait ad Gal. V. *Teſtificor omni homini circumcidenti ſe &c.* & *Coloſs.II.* reprehendens eos, qui ſervabant has caeremonias, quae ſunt umbra futurorum, Corpus autem Chriſti; umbra praecedit corpus. Sequitur ergo: qui profitetur Chriſtum veniſse non habet illas caeremonias, quibus qui uteretur, mentiretur, profitens venturum, qui jam venit. Caeremoniae autem naturales, & morales tantum abeſt, ut aboleri debuerint, ut neceſſario retinendae ſint in novo Teſtamento. Hoc intelligitur ex D. PAVLLO 1.*Cor.XI.* qui argumento ſumpto ex lege naturali jubet velari feminam, virum orare aperto capite; & 11. Tim. II. *Orate levantes manus* (8). Caeremoniae autem, quae erant morales, & communes omnibus gentibus, non fuit neceſse, ut reijcerentur, neque ut retinerentur. Retentae quaedam ſunt, ut adhibere cereos in ſacris. Quae propriae erant *Judaeis*, non debuerunt retineri, niſi ſenſu mutato. Sic Chriſtiani ſemper uſi ſunt azymis, ſicut *Judaei*, ſed mutato ſenſu; hi enim ut ſignificarent venturum eſse Chriſtum; nos propter Chriſti imitationem, aut ad exprimendum myſterium, etſi *Graeci* coeperint poſt uti fermentato. Idem judicandum eſt de jejunio quatuor temporum. Vide LEON. Papam *Serm. 6. de jejunio decimi menſis*. De reliquis tantum abeſt, ut neceſse fuerit abrogari omnes, ut videamus Apoſtolos etiam confirmaſſe, vel probaſſe caeremonias eas, ac obſervaſse certa de cauſsa, quae erant de Chriſto venturo, qualis erat circumciſio, qua uſus eſt PAVLLVS circumcidens TIMOTHEVM. Item omnes Chriſtiani abſtinuerunt a ſanguine, & Ido-

---

ctio, quae hujuſmodi eſt. „ Quartum „ genus earum fuit, quae non tantum „ erant morales, ſed etiam naturales, „ aliae morales tantum. Naturales, ut „ expanſis manibus orare, & genibus „ flexis, quemadmodum oravit MOY- „ SES *Exod.* XVII. quod quidem non „ erat praeceptum a Deo, ſed a natu- „ ra ipſa. Morales tantum, qualis eſt „ illa abſtinere a nonnullis cibis; quod „ non a natura erat, ſed Deus praece- „ perat, ut nos admoneret eſse mun- „ dos & incorruptos. Addendum „ etiam eſt, has caeremonias morales „ alias proprias fuiſſe *Judaeorum* &c. „

(8) Codex M. ita hunc locum reddit; Ita PAVLLVS (1. *Cor.XI.*) ipſam naturam citavit: *ipſa natura docet, quod ſi vir comam nutriat, ignominia eſt illi &c.* Item (1. *Tim. II.*) *Orate &c.*

Digitized by Google

& Ido lothytis ex decreto omnium Apoſtolorum *Actor. XV.*, & item 300. annis poſt Chriſtum, ut conſtat ex Minutio FELICE in diſputatione inter CAECILIVM, & OCTAVIVM : *homicidium*, inquit, *neque nobis audire fas eſt, neque videre; tantumque ab humano ſanguine abſtinemus, ut neque edulium, neque epulum in ſanguine noverimus*. Deinde caeremonia erat maxime propria *Judaeorum*, ut tonderent crines. D. PAVLLVS totondit *Actor. XV.* in *Cenchris* aliqua tantum certa & peculiari de cauſsa. Nos ſi faceremus, non faceremus niſi bona de cauſsa.

Quis poſſit caeremonias inſtituere?

V. At quis poteſt inſtituere caeremonias? CALVINVS dicit, in Evangelio poſse nos caeremoniis uti, ſed a Chriſto inſtitutis, ſicut *Judaei* non obſervabant, niſi a Deo inſtitutas. Itaque, inquit, contenti ſimus duobus Sacramentis, quae conſtat Chriſtum inſtituiſse. Poſtularet quidem aequa, ſi non haberemus contrarium exemplum Apoſtolorum. Si enim ita erat, cur Apoſtoli uſi ſunt aliis? cur etiam novas inſtituerunt? Can. L. (9), ut ter mergerentur baptizati. Ab iiſdem Apoſtolis inſtitutam caeremoniam de non jejunando Sabbato legimus Cap. LXVIII. *ut omnes jejunent quadrageſimam*; item Can. LXXII. *Ut vaſa ſacra Eccleſiae nemo convertat in uſum profanum*. Duo igitur ſunt genera caeremoniarum (10). Aliae ſunt nobis traditae, ut illis inſtauremus ſalutem perditam animae, qualia ſunt Sacramenta omnia; aliae ſunt, quae non ſunt inſtitutae, ut illis quaeramus ſalutem, ſed ſunt tamquam adiumenta Religionis, tamquam tutamenta (11) pietatis. Caeremonias prioris generis, quae adjuvantes tantum ſunt, Eccleſia poteſt inſtituere, et etiamſi ſolius medici ſit praecipere aegrotanti potionem, pharmacopola poteſt aliquid porrigere, quod ſit adjumento ad hanc ſumendam (12). Solius Dei fuit nobis tradere caeremonias,

b 2 qui-

(9) Condonandum MALDONATO, qua ſcripſit, aetati, quod Canones Apoſtolorum genuinum illorum foetum habuit. Ceterum a doctis viris animadverſum eſt, eos ſaltem ab Apoſtolis viris ante *Nicaenam* Synodum conditos fuiſse, nec probari facile poteſt, nullum omnino ab Apoſtolis ipſis editum fuiſſe.

(10) Addit M. aptiſſime *quoad effectum* L. etiam *ſecundum effectum*.

(11) Et *irritamenta pietatis* M. & L.

(12) M. C. „ Nam quemadmodum ſolius medici eſt praeſcribere „ potionem; pharmacopolam autem „ nihil vetat addere auream bracteolam, quo aegrotantis ſtomachus nauſea levetur; ſic &c. „

quibus comparemus ſalutem; Eccleſia vero tradidit nobis caeremonias, quae eſſent nobis adjumento ad eam. Quod ſi Apoſtoli fecerunt, qui praeferebant totam Eccleſiam; Ergo Eccleſia poteſt inſtituere caeremonias exemplo Apoſtolorum; homines vero privati non poſſunt. Non debet etiam Epiſcopus inſtituere, niſi conſenſu totius Eccleſiae (13), non quod non habeat poteſtatem; ſed quod non expediat, quia plus ſuperſtitionis oritur, quam utilitatis. Nos autem debemus ſemper habere judicium, ut diſcernamus, quae caeremoniae ſint Eccleſiaſticae, quae ſint hominum privatorum. Nam caeremonias Eccleſiae omnes obſervare debemus, privatorum non tenemur obſervare, quamvis ſint bonae, ſi alius non offendatur, & ſi ſine offenſione poſſemus eas tollere de medio; ſed Eccleſia debet eas tollere, & quemadmodum in linguis etſi verba non ſignificent natura ſua, ſed ex inſtitutione hominum, tamen non eſt hominis privati fingere vocabula, nam ſtatim lingua corrumperetur, ſed eſt totius gentis inſtituere nova vocabula, & ſtatuere, qua lingua ſit utendum; ita totius Eccleſiae eſt, non privatorum hominum praeſcribere, quibus caeremoniis utendum ſit, ſicut Apoſtoli fecerunt (14). Deinde ad conſervandam, & retinendam concordiam,

(13) Nollem, quempiam quum *Maldonatum* audit *conſenſum Eccleſiae* tantopere urgere, aut mirari, aut queri, quaſi ille Romani Pontificis auctoritati aliquid detrahere voluiſſet. Sed facile eſt cauſſas perſpicere, cur is Romanum Pontificem, cujus alias ſtrenuus defenſor fuit, hoc loco ſiluerit, *conſenſum autem totius Eccleſiae poſtularit*. Nam praeterquam quod erat Theologi in Pariſienſi Urbe, in qua *Calviniani* Eccleſiae univerſae auctoritatem, caeremoniaſque ab ea ſtatutas convellere omni niſu ſtudebant, iſthaec tradentis, eam quoad fieri poſſet, praedicare, atque defendere, *Maldonatum* particularium Eccleſiarum ritus heic comparare cum caeremoniis univerſae Eccleſiae, cujus utique caput eſt, & magiſter Romanus Pontifex, illoſque his poſthabendos docere, patet quamobrem non fuit, cur de ſummo Pontifice apertius heic Auctor loqueretur, quum ſine illo *conſenſus totius Eccleſiae* nec eſſe, nec conſiſtere poſſit. Quod Romani Pontificis minueret auctoritatem, neceſſitas eſſet conſenſus Eccleſiae, ut ejus decreta vi ſua pollerent; hanc autem neceſſitatem quis jure ex eo colligat, quod privatis Epiſcopis Eccleſiae ſequendum eſſe conſenſum *Maldonatus* docuerit?

(14) Ex his, quae SIMONIVS (*T. II. epiſt. ſelect. p.* 205.) recitat, perſpicuum eſt, Codicem quem ipſe adhibuit, a tribus noſtris diverſum omnino fuiſſe. Doleo equidem ab illo integrum hunc locum non fuiſſe deſcriptum. Reddo tamen, quae ab eo in medium adferuntur. „Quamvis Epiſ„copi poſſint aliquas inſtituere, tamen „non debent, nec expedit. Privati er-

diam, & pacem in Eccleſia expedit tantum ab Eccleſia introduci caeremonias, ut patet ex plurimis exemplis.

Contentiones de caeremoniis.

Primum exemplum eſt. Contentio mota eſt inter PETRVM & PAVLLVM propter caeremonias *ad Gal. II.* an PETRVS deberet verſari cum gentibus incircumciſis, an non? ſecundum: Alia contentio *Actor. XV.* inter neophytos Chriſtianos, qui venerant ex Judaiſmo, & inter illos, qui venerant ex *Graecia*. Nam illi volebant abſtinere a ſuis idolothytis, alii nolebant (15). Tertium: Tempore Apoſtolorum orta eſt contentio de jejunio diei Sabbati *Can. L.* alia de Paſcha, & tanta quanta numquam fortaſſe fuit *Can. VIII. Apoſtolorum*, ut nulla fuerit provincia, in qua non fuerint coacta concilia hoc nomine, & magna, ut *Neocaeſarenſe*. EPIPHANIVS *haereſ.* LXX. laudat CONSTANTINVM, quod congerit Concilium *Nicaenum*, & fecerit, ut de medio tolleretur illa contentio de Paſcha (16). Item etiam propter leves caeremonias tempore TERTVLLIANI orta eſt contentio magna in *Africa* de corona laurea, quam ſoliti erant gerere milites *Romani*. Dedit ea contentio occaſionem, ut ſcriberet TERTVLLIANVS librum *de corona militis*. Levis erat ea caeremonia. Item eo tempore fuerunt, qui nolebant orare niſi manibus lotis, quos idem reprehendit lib. *de oratione*. Reprehendit etiam TERTVLLIANVS in eodem libro *de oratione eos*, qui ſimul atque abſolverant orationem, ſedebant ſuper lectum, HERMAN diſcipulum PAVLLI ita feciſse dictitantes. Item fuerunt alii, qui putarent, ſe non rite orare, niſi nudo corpore, ideſt ſine paenula, ſine pallio, quos etiam TERTVLLIANVS reprehendit: *quaſi vero*, inquit, *Deus paenulatos non audiat*. Fuit etiam contentio inter *Cappadocum* Eccleſiam, & *Neo-*

„ go hominis ſi quae ſint in Eccleſiam „ introductae caeremoniae, eas cenſerem abrogandas, modo commode, „ & abſque populi ſcandalo fieri poſſit .... Licet enim multae inde natae ſint Eccleſiae caeremoniae ſuperſtitionis plenae, multo tamen ſatius „ eſt eas tolerare, quam majori Eccleſiae detrimento, & ſcandalo eas evellere. Quare cum ſummo judicio hi, „ penes quos auctoritas eſt, debent omnia ponderare ad diſcernendas Eccleſiae caeremonias ab aliis, ut illae „ diligentius ſervarentur; hae vero, „ quando fieri poſſet, abrogarentur „. *Leçon admirable*, inquit SIMONIVS, *a ceux, qui condamnent leurs freres, & qui même ſe ſeparent d'eux pour des pures ceremonies, les quelles ne ſont de la ſubſtance de la Religion*.

(15) Addit M. C. Act. XV. conſtitutum eſt, ut abſtinerent.

(16) Vide quae diximus *Lib. I.* noſtrae *Bibliothecae Ritualis Diſs.* I. *cap.*4.

Digitized by Google

Neocaeſarienſium de modo cantandi (17) . Auctor eſt BASILIVS *epiſt 63*. Fuit etiam contentio in Eccleſia inter Catholicos & *Donatiſtas* (AVGVSTINVS *epiſt.19. c.18.*) Similiter fuit magna contentio de ciborum delectu , & caeremoniis ciborum, & haeretici , quibus ſemper ſtudium fuit vel tollere omnino caeremonias Eccleſiae , vel mutare , vel contemnere , *Marcioniſtae* , *Tacianiſtae* , & paullo poſt *Manichaei* voluerunt , ut Chriſtiani abſtinerent a multis cibis , contra quos diſputat paſſim AVGVSTINVS . De caeremoniis etiam Miſſae variae contentiones fuerunt . Primum quidem Chriſtiani (18) die Jovis hebdomadae magnae [ſic enim vocabant hebdomadam , quae praecedit Paſcham] ſolebant Miſſam non celebrare niſi hora nona , ideſt hora tertia poſt meridiem ad melius imitandum Chriſti exemplum , qui ſerotino tempore (19) illo die celebravit coenam ſuam . Fuerunt qui non hora nona , ſed tertia matutina , ut *Priſcillianiſtae* in *Hiſpania* ; de quibus primum Concilium *Bracarenſe cap. XVI.* Fuerunt , qui ut utriſque ſatisfacerent , celebrarent eo die duas Miſsas , alteram mane hora tertia , alteram a prandio hora nona ; de quibus AVGVSTINVS ad JANVARIVM *ep. CXVIII.* Item quum Chriſtiani jejuni alias ſacrificarent , eo die poſt prandium ſacrificabant . Quod quidam putantes eſse nefas , mane jejuni celebrabant , a prandio tantum caeremoniis utebantur , quae id myſterium ſignificarent ; de quibus AVGVSTINVS *eodem loco* . Denique fuit de caeremoniis tota quaeſtio in *Hiſpania* poſt tempus AVGVSTINI , ut neceſſe fuerit cogere magnum Concilium , ut de ea controverſia ſtatueretur . Itaque in Concilio *IV. Tolet. c.* 11. definitum fuit ab omnibus Epiſcopis , ut omnes Sacerdotes uterentur iiſdem caeremoniis . *Gothi* mutaverunt etiam multas caeremonias quum irruerent in *Hiſpaniam* , & facti fuiſſent Chriſtiani , ita ut *Hiſpani* aliter celebrarent , quam tempore ISIDORI, & LEANDRI; & quia aliis caeremoniis *Hiſpani* , quam *Romani* uterentur , adcidit

(17) C. M. de Pſalmis canendis in Eccleſia .

(18) Peſſime quae ſequuntur , corrupta fuerant tum in F. tum in L. C. Itaque ab his verbis : Primum quidem Chriſtiani ad ea de quibus AVGVSTINVS eodem loco ex M. locum deſcripſi, paucis demptis , de quibus mox .

(19) Duo haec verba *ſerotino tempore* ex L. C. addidi , uti paullo poſt illa *hora tertia ..... hora nona* ex L. & F.

cidit ea de cauſa, ut 500. ab hinc annis (20) Rex ALPHONSVS VI. uxorem duxerit filiam regis cujuſdam *Galliae* (21), ut eſt in hiſtoria generali *Hiſpaniae* conſcripta ab ALPHONSO Rege *Tolet. X. 4. parte ca. 3.* quam memorat Alphonſus a CASTRO *de juſta haereticorum punitione lib. I.* (22) quae *Gothicas* illas caeremonias abrogare, & introducere *Romanas* conata eſt, idque Regi perſuadere tentavit. Itaque definitum fuit, ut armis res tranſigeretur, & ut eſset aliquis, qui defenderet caeremonias *Romanorum*, alius *Gothorum*. Vicerunt *Gothi*; ſed quum Regina nec ſic conquieſceret, & rogatus GREGORIVS Papa, utrum Concilium congregari juſſiſſet, decretum fuit, ut res miraculo exigeretur, & liber caeremoniarum *Romanorum*, itemque *Gothorum* in ignem mitterentur: exiliit *Gothicus* ex igne, *Romanus* igni reſtitit, & a flamma illaeſus manſit (23). Ne ſic quidem Regina conquievit. Ita factum, ut *Hiſpani Romanae* Eccleſiae caeremonias ſervent, retenta tamen, quam vocant ISIDORI Miſſa, quae in ejus rei memoriam certis locis in *Hiſpania* etiam hodie celebratur (24). Exorta eſt alia contentio de Monachis, qui voluerunt cantare ſuo more, ideſt alio, quam Eccleſiae Romanae; in Concil. I. *Braccarenſi* cap. XIX. definitum eſt, ut uterentur iiſdem caeremoniis. Item *Arriani* in *Hiſpania* voluerunt mutare tonſuram Clericorum. Quare in Concilio IV. *Toletano* cap. IV. revocata eſt antiqua caeremonia, ut omnes Sacerdotes raderent caput, relicta tenui corona, ut nunc videntur Chriſtiani factitare. Denique erat caeremonia, ut clerici in via non ſalutarent niſi dicendo *Dominus vobiſcum*,

---

(20) M. Cod. in aliam plane ſententiam haec exhibet. „ Item GOTHI „ de HISPANIA facti Chriſtiani mu- „ taverunt multas caeremonias, ita ut „ tempore ISIDORI; & LEANDRI „ aliis *Hiſpania*, quam *Romana* Eccle- „ ſia uteretur, donec ante quingentos „ annos &c. „

(21) Nempe CONSTANTIAM ROBERTI I. Ducis *Burgundiae* filiam.

(22) Hujus hiſtoriae Codicem *Matriti* ſe vidiſſe Cl. *Nicolaus* ANTONIVS in epiſtola ad Cardinalem *Johannem* BONA teſtatus eſt.

(23) De utriuſque heic a MALDONATO indicati miraculi veritate inter eruditos viros non convenit. Eidem BONAE, le BRVN, aliiſque fabula potius, quam hiſtoria videtur. Cl. PINIVS *in Tract. de Liturg. Ant. Hiſpan. cap. V. §. 4. & 5.* eam in medio relinquit. Vide illum, qui etiam citatam *Nicolai* ANTONII epiſtolam affert.

(24) *Toleti, Salmanticae, & Valliſoleti*, ut vidimus *Lib. I. Diſs. 1. cap. 5.*

Digitized by Google

biſcum, reſpondentibus obviis, *& cum Spiritu tuo* (25). PRISCILLIANI mutaverunt hanc conſuetudinem, & caeremoniam: in concilio autem *Bracar. I.* cap. XXI. decretum eſt, ut Epiſcopi, & Sacerdotes ſalutarent dicentes *Dominus vobiſcum ſicut in libro Ruth dicitur*: *ſicut ab ipſis Apoſtolis traditum omnis retinet occidens*.

QVARTA QVAESTIO.

De uſu, & utilitate caeremoniarum.

HAec quarta quaeſtio habet tres partes. Prima eſt de ipſa utilitate caeremoniarum per ſe. Secunda eſt proprie Theologica quaeſtio, in quo genere bonorum numerandae ſint caeremoniae, quia aliae ſunt bona per ſe, alia indifferentia. Tertia pars quaeſtionis de ſobrio, & puro uſu caeremoniarum, in qua diſputandum eſt, qualibus, & quatenus utendum ſit caeremoniis.

PRIMA PARS QVAESTIONIS.

De utilitate caeremoniarum per ſe.

I. Utilitas. I. QUod ad primam partem adtinet, ſeptem ſunt maxime utilitates caeremoniarum, quae etiam in novo Teſtamento habentur. Prima quod quemadmodum maxima virtus orationis eſt, & oratoris actio, & pronunciatio, ita maxima caeremoniarum utilitas eſt quaedam veluti actio, quae relucet in exercendis caeremoniis. Itaque ut adcidit oratori dicenti, ut ipſe per ſe excitet propria ſua actione, ſic iſtae caeraemo.

(25) Addit C. M. (unde colligere eſt, non eſſe proprie caeremoniam Miſsae, ſed tantum in Miſsa ideo obſervari, quia Sacerdos ſe convertens ad circumſtantes eos ſalutet). Ceterum *Garzias* LOAYSA, & ex eo BONA *Lib. II. Cap. V. n.* 1. & MERATIVS ad GAVANTVM *T. I. p.* 68. longe aliter hanc Catholicorum cum *Priſcillianiſtis* controverſiam narrant. Nempe ajunt, in Eccleſia *Latina* moris eſse, ut Epiſcopus ſemel tantum, & prima vice in ipſa Miſsa populum ſalutet dicens: *Pax vobis*, deinceps vero quemadmodum ceteri Sacerdotes dicat: *Dominus vobiſcum*. PRISCILLIANVM vero, in ea fuiſse haereſi, ut ſemper ab Epiſcopis dicendum eſse *Pax vobis*, numquam *Dominus vobiſcum* contenderet.

remoniae non minus quam ipſe externus motus incitat hominem dicendo, incitant homines ad res ſacras, & ad pietatem, ut quo tempore ores, temporis eſt caeremonia, ſimiliter quo loco. Etſi enim ubique & ſemper orare poſſis, non tamen aeque commode; melius enim in templo ſecundum illud *adorabo ad templum ſanctum tuum*, Pſal. V. 8.; melius in noctis ſilentio, unde *media nocte ſurgebam*, Pſal. CXVIII. 62. Similiter etiam refert, quo pacto ores, in ſilentio, an verbis; ipſae enim voces melius excitant. Ita TERTVLL. in *Apolog. cap. 39. certe fidem junctis vocibus* (1) *paſcimus*, *ſpem erigimus*, *fiduciam figimus* (2). Hinc factum eſt, ut qui plurimum dediti fuerint orationi, excogitarint (3) varium habitum, quia multum refert, an ores ſedens, quia vix aliquis ſedens poteſt bene orare: itaque flectenda genua. Intereſt etiam plurimum facere, quod fecit Chriſtus, qui proſtratus oravit: cujus exemplum imitantes legimus viros ſanctiſſimos. Ut ſcribit THEODORETVS in *hiſtoria Sanctorum cap. 28.* quidam Monachus PAVLLVS ſimplex conſcendit ardentiſſimo ſole rupem orans rectus, & quidquid voluit, a Chriſto eſt conſequutus (4).

(1) *Sanctis*, C. M. & ita etiam RIGALTII *Pariſienſis* editio a. MDCXLI. Non diſplicet tamen illud *junctis*, quod forte MALDONATVS in aliquo MS. Codice legerat.

(2) Addit C. M. „ Quod etiam „ conſilium in recitandis horis Cano„ nicis optimum fuerit, adeo ut juvet „ etiam cantillare „.

(3) Paullo aliter hunc locum legimus in eodem Cod. M., nempe: excogitarint varios corporis habitus in orando, ut flexum genuum; item proſtrationem corporis, ut legimus de Domino apud MATTH. Idem commemorat de JVLIANO quodam THEODCRITVS *in hiſt. Sanct. cap.* 2. Alii expanſis manibus, & aperto capite orarunt, ut eſt apud TERTVLLIANVM in *Apolog.* Cap. XXX. Vide exemplum PAVLLI *Simplicis*, qui Dominum orabat pedibus nudis, inſiſtens rupi ferventi, in hiſtoria PALLADII Cap. XXVIII.

(4) L. C. totum, quem hactenus exſcripſimus, locum ita refingit. „ Prima & maxima, quia caeremonia „ actio quaedam eſt, quae relucet in „ omnibus Chriſtianorum actionibus. „ Multum enim refert, quo loco ado„ res: nam licet ubique adorare poſſi„ mus, aptiſſimus tamen adorandi lo„ cus eſt in Eccleſia; unde DAVID „ *adorabimus in loco, ubi ſteterunt pe*„ *des ejus*, & Evangeliſta in perſona „ Chriſti ait: *Domus mea domus ora*„ *tionis vocabitur*. Multum enim re„ fert, quo tempore ores juxta illud „ SALOMONIS: *eſt tempus flendi*, „ *tempus gaudendi*, *omnia*, inquit, „ *tempus habent*. Quare licet omni „ tempore orandum ſit, commodiſſi„ mum tamen tempore Quadrageſi„ mae, & Dominica, & ceteris diebus „ feſtis. Multum etiam refert, inquit „ TERTVLLIANVS *Apolog. c.* 39. „ *an ſilentio, an verbis ores, ſi ſpiritus*

„ *oran-*

II. *Utilitas*. II. Secunda utilitas eſt, quae eſt etiam in oratione, quod quemadmodum actio non excitat tantum nos dicentes, ſed etiam audientes; ita etiam caeremoniae Religionis movent non tantum nos, ſed etiam alios ad pietatem. AVGVSTINVS *lib.* X. *Confeſs. cap.* 33. etiam ex ſplendore Eccleſiae Catholicae, quum jejunia, & omnia tam apta videret ad pietatem, nec inveniret iſtam majeſtatem in Eccleſia *Manichaeorum* novem annos in ea moratus, commotus fuit uſque ad lacrymas, & ob eam rem revocatus ad Eccleſiam rediit. Eodem modo ſe mihi quidam confeſsus eſt a Calviniſmo reſipuiſſe.

III. *Utilitas*. III. Tertia utilitas eſt, quod caeremoniae non tantum moveant ipſum exercentem, & ſpectantem, ſed etiam Deum ipſum. Quod autem Deum moveant, Deus ſtudio & data opera voluit explicare *Exod. XVII.* quum MOYSE manus erigente victores *Iſraelitas* efficiebat, *deprimente &c.* Quid enim videbatur intereſse, modo MOYSES oraret magna animi intentione, quid referebat, ut manus extolleret? & tamen id Deus ab eo exegit, ut *Iſraelitae* vincerent AMALEC. Similiter apud LVCAM *cap. XVIII.* declaratum eſt de illo publicano, qui humiliter adceſſit ad orandum: tundendo pectus, & cetera praeſtando placuit ita Deo, ut domum juſtificatus rediret. At dicet aliquis, eum non propter caeremonias externas, ſed propter adfectum ſolum Deo gratum fuiſse. Verum non refert, quomodo caeremoniae placeant Deo, ſive per ſe, ſive quia indicant animae adfectum tamquam ſigna quaedam externa; ſatis eſt enim, quod Deo placeant. Jam vero idem eſt apud CYPRIANVM teſtimonium de hac re, qui in lib. *de oratione Dominica* docet, quo pacto debeamus orare non tantum quoad animam, ſed quoad corpus, qua modeſtia, qua compoſitione corporis ad Deum adcede-

„ *orando vacillet, cantandum tibi eſt,*
„ *ſic enim ſpem erigimus, & fiduciam*
„ *figimus*, inquit TERTVLLIA-
„ NVS. Multum autem refert, an ſe-
„ dens, an ſtans ores: nam ſedens vix
„ quiſque orabit bene, ſed ſtans, aut
„ melius genibus flexis, & in terram
„ proſtratus, ut Chriſtus fecit, ut San-
„ ctiſſimos viros oraſſe legimus, ut
„ THEODORETVS in hiſtoria San-
„ ctorum c. 2. de quodam JVLIANO
„ refert: alios ſtantes aperto capite le-
„ gimus oraſse, ut narrat TERTVL-
„ LIANVS in *Apolog.* c. 30., & PAL-
„ LADIVS *in hiſtoria Sanctorum* cap.
„ 28. de PAVLLO Simplici, qui ſtans
„ aperto capite adloquens Chriſtum
„ dixit, *non exeam hinc, donec dae-*
„ *monem* &c. „

cedere debeamus. *Cogitemus*, inquit, *nos in conſpectu Dei ſtare: placendum eſt divinis oculis, & habitu corporis, & modo vocis. Nam ut impudentis eſt clamoribus ſtrepere, ita verecundi eſt modeſtis vocibus orare* (5), exiſtimans magnam eſse vim in externis corporis caeremoniis ad concitandam Dei miſericordiam.

IV. Quarta utilitas eſt, quod caeremoniae ſint veluti picturae, aut ſigna popularia, in quibus homines alioqui litterarum rudes, & ignari legere poſſint, & ſunt loco ſcripturae, & hiſtoriae. Nam quemadmodum *Indiae* populi antequam noſtri ad eos perveniſſent, uſu litterarum carentes ad rerum memoriam propagandam picturis utebantur, quibus res geſtas majorum conſervabant: Sic caeremoniae Eccleſiae conſervant Religionem, & quod litterae in conſervanda rerum memoria, id caeremoniae in retinenda Religione praeſtant. Hujus rei probationem perſpicuam habemus *Exod. XII.* ubi quum inſtituiſſet Deus caeremoniam de agno, declaravit, quare id fecerit: *Quum interrogaverint vos filii veſtri, quae eſt iſta Religio? dicite: tranſitus Domini eſt.* IV. Utilitas.

V. Quincta utilitas eſt, quod caeremoniae ſint characteres, quibus Chriſtiani a ceteris dignoſcuntur. Sicut enim in bello haeretici, & hoſtes denique omnes habent ſigna, & vexilla diverſa, quae ſolent geſtare, quibus diſtinguuntur inter ſe; ſic Chriſtiani habent externas caeremonias, quibus ab omni haereticorum proluvie diſcernantur, & ob hanc cauſſam multos quidem *Judaeos* ſponte mortem obiiſse legimus, ut non deflecterent a caeremoniis majorum ſuorum, quales fuerunt *Macchabaei*, qui crudeliſſimam mortem ſubire, quam violare caeremonias a majoribus acceptas maluerunt, non quod multum intereſſet, ſed quod ſi feciſsent, deſeruiſſe viderentur Religionem; quemadmodum hoc tempore Chriſtiani viderentur ad Turcas, aut haereticos defeciſſe, ſi eorum uterentur caeremoniis. Sunt enim caeremoniae veſti ſimiles, & ſicut ex veſte hunc eſſe Turcam &c. cognoſcimus; ſic ex caeremoniis hunc eſſe Chriſtianum, & Catholi- V. Utilitas,

(5) *Precibus orare*. C. M. Neſcio an ex Codice aliquo hunc locum MALDONATVS expreſſerit, an memoria adjutus. Nam apud PAMELIVM aliter legitur; nimirum: *ita contra congruit verecundo, modeſtis precibus orare*.

tholicum. Atque haec cauſſa fuit, cur Eccleſia ſemper dederit operam, ne Chriſtiani uterentur caeremoniis communibus vel cum profanis, vel cum *Judaeis* aut haereticis, ut ne Chriſtiani die Sabbati jejunarent, quia eo die jejunabant *Judaei*; ne etiam die Jovis, quia etiam in honorem Jovis pagani jejunabant, & GREG. *M. lib. I. epiſt. XLI.* & Concil. *Tolet* 4. *c. V.* ſcribit, Apoſtolos voluiſse, ut qui recepturi erant Baptiſmum, ne mergerentur, ut hac ratione *Ebioniſtarum* haereſis labefactaretur. Itaque hinc factum, ut multae caeremoniae Eccleſiae fuerint mutatae, quia illis haeretici utebantur, quos ſemper exhorruit Eccleſia, ut quum *Arriani* in terna merſione tres Deos intelligerent, Sacerdotes *in Hiſpania* ſemel tantum mergebant. Hinc etiam factum eſt, ut multi auctores graviſſimi ex caeremoniis ſumſerint argumenta ad multas quaeſtiones confirmandas, ut TERTVLL. in lib. *de Idololatria* probat, Chriſtianis non eſſe ad ſpectacula prodeundum, quia in recipiendo baptiſmo pompis Satanae renunciaverint. Idem in *Scorpiaco* diſtinguit Chriſtianos ab Ethnicis, quod pagani ſoliti eſsent ſumere remedia, quibus morſui Scorpionis mederi poſsent; Chriſtiani vero ſolo ✠ Crucis ſignaculo omnem vim veneni ſopiebant, & ne ſibi noceret, efficiebant. Idem in lib. *de ſpectaculis* probat, Chriſtianos eadem ratione non debere prodire ad ſpectacula, quod manibus, quas Deo conſecraverant, hiſtrionibus & mimis applaudere non debeant, & ad Deum tantum manus exercitatas habere. Similiter DIONYSIVS *Alexandrinus* apud EVSEBIVM *lib. VII. de hiſt. Eccleſ. cap.* 8. ita determinavit difficilem quaeſtionem ejus, qui ſe non rite fuiſse baptizatum opinabatur, petebatque iterum Baptiſmum; nimirum ſtatuit, non eſſe iterum baptizandum, quia ipſe diu verſando in Eccleſia compenſavit caeremonias, quae quum baptizabatur, ab haereticis fuerant praetermiſsae. EPIPHANIVS ſcripſit de hac re integrum librum *de caeremoniis Eccleſiae Catholicae* (6), ut omnes ex caeremoniis quaſi ex habitu quodam ſcirent cognoſcere, quinam eſſent vere in Eccleſia. Hinc factum eſt, ut haeretici, qui id ſemper moliuntur, ut Eccleſiae verae ſplendorem obſcurum reddant, magnam dederint operam, ut Eccleſiae caeremonias prorſus delerent, extenuarent, aut mutarent,

---

(6) C. M. addit, *Epitomen* ſcilicet adjectam *Panario*.

Digitized by Google

rent, quia caeremoniae ſunt vultus & facies Eccleſiae Catholicae, quibus haec a ceteris fallacibus, & erroneis Eccleſiis dignoſcitur. Qua in re pueris iratis ſimiles ſunt haeretici, qui unguibus matris ſuae faciem lacerant, & foedant. Hoc ex Concilio *Braccârenſi* conſtat. Haereticorum vero nonnulli, ne ulla in re viderentur Catholici, & Eccleſiae caeremonias, & linguam mutarunt. Itaque non eſt mirum, quod haeretici aetate noſtra ubicumque fuerint, mutarint caeremonias, ſicut linguam *Gallicam*, *Belgicam*, *Flandricam*, *Scoticam*. Hoc enim ſolitos factitare haereticos, declarat D. HIERONYMVS in cap. II. & X. OSEAE: *Voluerunt*, inquit, *ſemper haeretici excogitare, quo faciant fucum hominibus popularibus ſpumantibus vocibus, & concinnis, & compoſitis*. Alii autem haeretici quum viderent ſe non poſse extinguere, & mutare caeremonias Eccleſiae, eaſdem voluerunt imitari, ut viderentur non eſse haeretici, ſed Catholici, quales fuerunt *Pelagiani*, qui exorciſmum retinebant, ſed tamen ſuccum, & ſubſtantiam reijciebant (7). Quos omnes ideo IRENAEVS *lib. II. cap.* 12. cani fabuloſo AESOPI adſimilat, qui ut apparentem in aqua carnem adriperet, carnem veram perdidit. Sic haeretici retinent externum tantum cultum, & caeremonias, quibus ſimiles videri poſſent Catholicis; ſed melius eſſet de caeremoniis diſsentire, quam de ſumma Religionis.

VI. Sexta utilitas eſt, quod caeremoniae nobis declarant ſenſum Eccleſiae, quem ſaepe niſi beneficio caeremoniarum non intelligeremus, ut quum inſufflamus infantes in Baptiſmo. Multi enim quum vident inſufflari, moventur ad interrogandum, quid eſt hoc? & doctores reſpondent, eſſe peccatum originale, quod mittitur foras, & exſufflatur per gratiam Dei. Itaque D. AVGVSTINVS hoc ſolo argumento *lib. II. de peccato originali cap.* 4. & lib. 4. *de nuptiis & concupiſcentia* cap. 20 & *lib. II. cap.* 18. & *lib. I. contra IVLIANVM cap.* 2. & *lib.* 6. *cap.* 2. dejecit & expugnavit *Pelagianos*. Tantam tribuebat AVGVSTINVS vim caeremoniis, ut putaret ſufficere ad revincendum errorem *Pelagianorum*. *VI. Utilitas.*

VII. Septima utilitas eſt, quod caeremoniae conſervant Reli- *VII. Utilitas.*

(7) C. L. ſubdit; *negabant enim peccatum originale in pueris*. C. vero M., Fecit idem TERTVLLIANVS, „ & omnes MONTANISTAE „.

Religionem, putreſceret enim Religio, ſi non eſſet condita caeremoniis. Id enim ſunt in Religione caeremoniae, quod ſal in cibis. Quamvis ſal non ſit idoneum ad cibum, ſine eo tamen nulli cibi poſsunt apparari: ſic caeremoniae per ſe nihil valent, nihil ſunt; at ſine caeremoniis nulla Societas hominum poteſt conſervari, hiſque veſtitur & ſaporatur omnis religio, atque conſervatur. Quae cauſſa eſt, cur *Judaeorum* Religio numquam ita potuerit aboleri, & extingui, ſicut ceterae omnes antiquae, quae penitus exoleverunt, quod nulla Religio fuerit tam ornata caeremoniis, quam quibus retinentur *Judaei*, & adſuefiunt adeo, ut eas nulla ratione poſſint relinquere. Itaque ad Chriſtianiſmum difficillime adtrahuntur, multoque facilius haeretico, aut ethnico perſuades, quam *Judaeo*, quia ita ſibi placet in illis ſuis caeremoniis, ut putet, non poſſe ſalvari, qui illas non obſervet, nec placere Deo, qui veſcatur ſuilla; ex quo nonnulli etiam facti Chriſtiani non poſſunt illas omittere, ſed adhuc retinent, & ſuilla abſtinent. Ad haec videntur etiam caeremoniae Reſpublicas conſervare, qualis ea eſt in Univerſitate *Pariſienſi*, ut omnes gererent zonam, qui ſub praeceptore operam darent; quod quamdiu eſt obſervatum, tamdiu diſcipuli ſe praeclare geſſerunt; ubi vero hoc neglectum eſt, neglecti quoque mores, & optime componendae vitae ratio. Itaque ſimul diſsoluti ſunt mores cum cingulo, videreque etiam nunc eſt bene morigeratos, qui zonas ferunt, qui vero diſcincti ambulant, omnium corruptiſſimos. Docet etiam illud exemplum ejus, qui quum contra Collegii morem vicini cubiculum eſſet ingreſſus cum candelabro, orta contentione, hoc ipſo caput illi comminuit.

SECVNDA PARS QVAESTIONIS QVARTAE.

In quo genere bonorum ſint caeremoniae.

Bonorum varia genera.

VIII. Bonorum quaedam ſunt adeo per ſe bona, ut nulla ratione poſſint fieri mala, quaedam adeo mala per ſe, ut nulla ratione, etiamſi adjungas bonum finem, poſſint fieri bona; ut amare Deum ita per ſe bonum, ut numquam poſſit eſſe, malum; at odiſſe Deum ita malum eſt, ut numquam poſſit eſſe bonum. Alia ſunt quae dicuntur per ſe bona, aut per ſe mala, non quod non poſſint fieri bona aut mala, ſed quod ſint talia natura ſua,

ſua, ut reddere depoſitum per ſe eſt bonum, quia eſt juſtitia, non quod non poſſit fieri malum, ut ſi reddatur enſis furioſo. Et hominem interficere per ſe eſt malum, ſed tamen interdum eſt bonum. Alia vocantur per ſe bona, non quod ſint ita natura ſua bona, ſed quod ſint propenſiora ad bonum, ut dare cibum pauperi, quod etſi relatum ad malum finem, malum ſit, eſt tamen propenſius ad bonum; quod non ita bonum eſt, ut reddere depoſitum, quia infinitis modis poteſt eſſe malum. Nec haec tamen ſunt adiaphora, ideſt indifferentia, ſed ſunt propenſiora in unam partem, quam in alteram. Alia ſunt, quae omnino vocantur *indifferentia*, quae ejuſmodi erunt, qualis finis ad quem ſpectabunt, ut ambulare propter bonum finem bonum eſt, & contra, fricare barbam &c. Ea enim ejuſmodi erunt ratione finis ſine ulla propenſione. Nunc dico, caeremonias eſse reponendas in tertio genere, non inter adiaphora, nec inter illa, quae ſunt natura ſua ita bona, ut reddere depoſitum; ſed inter illa, quae ſunt propenſiora ad bonum, quam ad malum (8).

Cujuſmodi caeremoniae?

TERTIA PARS QVAESTIONIS QVARTAE.

De caeremoniis in genere.

Quales eſſe debeant caeremoniae, & qualiter utendum.

IX. NOnnulli ſunt ſimiles iis, qui venantur piſces hamo aureo; & ideo caeremoniae ſemper debent eſſe tales, ut non obruant Religionem neque non ornent. Nam adhibere caeremonias, ubi non eſt opus, perinde eſt ac ſi quis humeris gereret enſem. Quales autem eſſe debeant, cognoſci poterit, ſi videamus quem ad finem inſtitutae ſint. Certe ſicut figurae orationis ad perſuadendum, ſic caeremoniae ad Religionem illuſtrandam inſtitutae ſunt. Si caeremoniae obruant Religionem, purgandae ſunt (9); ſemper enim eſſe debent ejuſmodi, ut plus habeant

Qualiter utendum caeremoniis.

Quales eſſe caeremoniae debeant.

(8) Rationem addit unus C. L. „ quandoqu dem tendunt ad unam partem magis, quam ad aliam, ad bonum ſcilicet finem, quam ad malum; „ ut orare genibus flexis magis propenſum eſt ad bonum, quam ad malum „.

(9) M. C. aliter hunc locum effert.

habeant emolumenti, quam ponderis. Itaque ſint comparatae, ut juvent Religionem, non impediant (10).

X. Quales autem eſſe debeant, nulla ex re melius cognoſci poteſt, quam ex Sacrificio Miſsae. Quemadmodum autem ſaepe fit in magnis familiis, ut illi ipſi, qui nati ſunt in fine, ignorent, quae fuerint inſignia majorum ſuorum propter antiquitatem, & incidunt in neſcio quod aedificium ruinoſum, in quo deprehendunt antiqua veſtigia inſigniuin, ex quibus eorum antiquitatem confirmant; ſic quae fuerint caeremoniae veteris Eccleſiae, ex Miſsae Sacrificio quaſi veſtigiis quibuſdam cognoſcimus.

SECVNDA DISPVTATIO SPECIALIS.

Quae eſt de Miſsae caeremoniis.

§. I.

GENERALIA DE CAEREMONIIS MISSAE.

Miſsa varie conſiderata varias habet caeremonias.

TOta diſtributio caeremoniarum haec eſt. Quum enim nonnulli non intelligant caeremonias Miſſae, quia omnes Miſſae proprias eſſe exiſtimant, ita ſunt diſtribuendae. Miſſa poteſt ſpectari quatuor modis. 1. qua ex parte eſt actio Chriſtiana, quale eſt orare in cubiculo. 2. ſpecialius, quatenus eſt non tantum actio Chriſtiana, ſed etiam ſynaxis, ideſt conventus, & coetus Chriſtianorum, quale eſt convenire ad Veſperas. 3. quatenus eſt Sacramentum. 4. quatenus eſt Sacrificium. Ergo quaedam ſunt Miſsae, quatenus eſt Miſſa, ut incipere *in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, caeremonia eſt non Miſſae, ſed omnis actionis Chriſtianae. Teſtis eſt TERTVLLIANVS de

fert. „ Quod adtinet ad tertiam quae„ ſtionem dico eatenus eſſe utendum „ caeremoniis, ut ne ſint παλαια τα πα„ ρεγα των εργων, & ne (quo exemplo „ OCTAVIUS AUGUSTUS uti so„ lebat) aureo hamo minutos piſciculos „ piſcemur. Debent enim caeremo„ niae pertinere ad Religionem conſer„ vandam, & illuſtrandam; quod ubi „ deeſt, purgandae ſunt, & reſecan„ dae „.

(10) Addit C. L. „ Nam ut ridi„ culus eſſet, qui ad amphoram por„ tandam, bigas adhiberet; ſic ille, „ qui plures caeremonias, quam Re„ ligioni eſſent neceſſariae, adhibe„ ret „.

Digitized by Google

de corona, ubi non tantum quum adgrederentur ad ſacrificandum, ſed etiam quum quodlibet aliud agere adgrederentur, ſignare ſe ſemper ſolitos Chriſtianos docet (1). Similiter *Dominus vobiſcum* non eſt caeremonia propria Miſſae, quia non tantum illic Sacerdos dicebat, ſed etiam in foro, ut probatum ex Concilio *Braccarenſi* (2). Item quod dicatur *Pax vobis*, & reſpondeatur: *& cum ſpiritu tuo*; id enim ubique ab Epiſcopis olim uſurpabatur, in ingreſſu templi, in initio concionis &c. (3) auctore *D. Johanne* CHRYSOSTOMO (*hom. III. in epiſt. ad Coloſſ.*). Similiter quod oſculemur, illud non eſt caeremonia propria Miſſae. Illud intelligitur ex antiquiſſimis, ut TERTVLL. qui in libro *de oratione* vocat oſculum illud *ſignaculum orationis*. Similiter lib. II. *ad uxorem* hanc eſſe conſuetudinem docet communem caeremoniam, qua ſe oſculo ſalutabant Chriſtiani. Sunt etiam aliae caeremoniae, quae conveniunt Miſsae, quatenus eſt congregatio, ut quod Epiſtola, & Evangelium legatur; non enim leguntur, quia eſt Miſſa, ſed quia eſt congregatio Chriſtiana, quippe quod fiebat in omni conventu Chriſtianorum. Aliae ſunt caeremoniae in Miſſa, quatenus eſt Sacramentum, ut ante conſecrationem ſigno Crucis ſignare oblationem poſitam ſuper aram, quod fit in omnibus Sacramentis, auctore D. AVGVSTINO *Tract. in* IOH. *CXVIII.* Aliae ſunt caeremoniae propriae Miſsae, quatenus eſt Sacrificium, ut quod frangatur Hoſtia, eſt caeremonia Sacrificii, non Sacramenti, quia quod in

(1) Item Lib. III. adverſus MARCIONEM cap. XXII. exponens illud EZECH. II. *dicit Dominus ad me .... da ſignum* TAV *in frontibus virorum, ipſa eſt enim, inquit, Littera Graecorum* TAV, *noſtra autem* T, *ſpecies crucis, quam portendebat figuram in frontibus noſtris*. Eadem fere S. HIERONYMVS Comm. in EZECH., ubi ait: *Extrema* TAV *littera Crucis habet ſimilitudinem, quae in Chriſtianorum frontibus pingitur, &* FREQVENTI *manus* INSCRIPTIONE *ſignatur*. Verum de frequenti apud Chriſtianos Crucis ſigno praeter GRETSERVM, adi *Joh. Baptiſtam* SCORTIAM erudite differentem *de ſacroſ. Miſſae ſacrif. Lib. III. cap.* 8.

(2) Vide infra §. *XI.*

(3) Hinc primis Eccleſiae ſaeculis Infideles, Poenitentes, & Catechumeni ſermoni intereſſe non poterant (quem tamen ritum poſtea ſublatum fuiſſe oſtendit BONA *Rer. Liturg. Lib. II. cap.* 7.) quia Epiſcopus ipſum inchoaturus prius populum ſalutabat; ea autem ſalutatio *Pax vobis* teſſera habebatur mutuae communionis, & pacis, qua fideles in Chriſti fide, & caritate copulantur. Sed de hoc vide plura infra §. *XXII.*

veteri lege erat Sacrificium pacificum, in partes tres dividebatur, una pars dabatur Sacerdoti, una populo, alia cremabatur: Ita & nunc ſacra Hoſtia dividitur.

§. II.

DE CONGREGATIONE, ET DE NOMINE MISSAE.

I. DE nomine Miſſae hoc unum repetendum eſt (1), fuiſſe valde uſitatas apud Chriſtianas olim Congregationes, quod ſcripſit D. PAVLLVS *Cap. XI. & XIV. ad Cor. I.* & CLEMENS *in Conſtitutionibus Apoſtolicis*, DIONYSIVS *Areop.* in *Eccleſiaſt. Hierarch. cap.* 28. adeo ut hoc vitio daretur Chriſtianis quaſi factioſis, quod quidem legitur apud TERTVLLIANVM, & QVINCTVM FELICEM in diſputatione OCTAVII, & CAECILII (2): *Coimus*, inquit TERTVLLIANVS L. c. *ad Deum, quaſi manu facta precationibus ambiamus*. Solebant enim Chriſtiani convenire, ut facta veluti ſancta quadam conſpiratione Deum adorarent, a quo quod vellent, impetrarent. CLEMENS *Alexandrinus* lib. II. *Paedagogi*, & EPIPHANIVS *in Epitom. Doctrinae Catholicae* ſcribit, Apoſtolos ſtatuiſſe, ut omnes Chriſtiani convenirent tribus diebus in hebdomada, Mercurii, Veneris, & potiſſimum die Dominica, ac de hac teſtis eſt JVSTINVS in 2. *Apologia pro Chriſtianis*. Conventus autem ejuſmodi vocabantur a *Graecis* σύναξις, ideſt congregatio, ſicut con-

(1) Scilicet de nomine *Miſſae* eruditiſſime diſſeruerat de *Euch.* III. p. col. 227. ad 231. *oper. Theol.* Pariſ. edit. in fol. T. I. quo tamen ſane perridiculus error vel typographi, vel correctoris culpa irrepſit. Nam quum in codice legeretur apud *Pap. I. C. Leg.* 19. edendumque fuiſſet apud PAPINIANVM *Iuriſconſultum*, ineptiſſime impreſſum fuit *apud* Pomponium *Ieſu Chriſti*.

(2) De Chriſtianorum conventibus praetereundus locus non eſt PLINII in celebri ad TRAJANVM epiſtola (*Lib. X. ep.* 97.) ubi *adfirmabant*, inquit de quibuſdam Apoſtatis, ex quorum ore id acceperat, *hanc fuiſſe ſummam vel culpae ſuae, vel erroris, quod eſſent ſoliti ſtato die ante lucem convenire, carmenque Chriſto, quaſi Deo, dicere*. Alia de hiſce Chriſtianorum coetibus dabunt ex Catholicis GRANCOLASIVS in *Breviar. Rom. Lib. I. cap.* 21. & AZEVEDO *Exercit. Liturgic. Exercit. VI.*, ex Proteſtantibus BINGHAMVS *Orig. Eccleſ. Lib XIII cap.* 9. & BOEHMERVS in XII diſſertationibus *Iur. Eccleſ. ant.* ad PLINIVM ſecundum, & TERTVLLIANVM diſſ. II. quam *de antelucanis Chriſtianorum coetibus* praenotavit.

conſtat ex omnibus Conciliis, praeſertim ex *Gangrenſi cap.* 25. Hinc factum, ut Latini vocarent *communionem* omnem congregationem, & pro coetu Chriſtiano *communionis* nomen uſurparent imitatione *Graecorum*, qui appellabant omnem conventum Chriſtianorum *ſynaxim*.

Nomen Miſſae.

II. Poſtea id nomen Κατὰ ἐξοχὴν ideſt per excellentiam translatum eſt ad illam congregationem, quae fit in ſancto Sacrificio. Hinc factum eſt, ut hodie hoc nomine *Communionis* intelligamus Miſsae Sacrificium. *Miſſae* vero nomen latinum eſt deductum a Miſſione, ſicut collecta a collectione, & condicta a condictione, quae vocabula etiam a CICERONE uſurpantur. Miſſae nomen ſignificabat omnem Congregationem Chriſtianorum, quemadmodum ex regula D. BENEDICTI *cap.* 16. cognoſcimus, ubi vocat *Miſſas matutinas*, *&* *veſpertinas*, quod omnis congregatio vocaretur Miſſa, & ex *lib. III.* CASSIANI *cap.* 3. *&* 8. de modo *pſallendi*, *canendi*, *&* *orandi*, qui loquens de matutinis, & veſpertinis coetibus vocat *Miſſam*; ex quo dimitti Miſſam, ideſt congregationem (3).

(3) Idem Miſſae etymon tradunt, ac copioſe illuſtrant BELLARMINVS [*de Miſſa Lib. I. cap. I.*] SCORTIA [*Lib. I. cap. I.*] GAVANTVS, & in eum MERATIVS, qui alios plures ejuſdem etymi ſectatores, & vindices indicat (*T. I. p.* 6. *ſeq.*) BONA, & in eum SALA (*Rer. Liturg. Lib. I. cap. I.*) BENEDICTVS XIV. *de Sacroſ. Miſſae Sacrif. Lib. II. cap I.* ubi alios appellat, & GERBERTVS *in principiis Theol. Liturgicae ſect. I. cap.* 2. *p.* 37. *ſeq.* Mirarer autem BINGHAMVM, qui quae ad hoc etymon ſpectat ex MABILLONIO praeſertim, ac Bona mutuatus eſt *orig. Eccleſ. Lib. XIII. cap. I.* § 4. haec ſcribere potuiſſe: *in praeſenti obſervare licebit, quam turpiter antiquo nomine Miſſae abutantur, qui id ad denotandum officium conſecrandi panem, & vinum in Corpus, ac Sanguinem Chriſti, ipſumque tamquam Sacrificium expiatorium pro vivis, ac mortuis offerendi adplicant*; niſi ad haereticorum, quorum ipſe ſectam profitebatur, mores referendum id eſſe intelligerem. Equidem non adſentior viris quibuſdam doctiſſimis ajentibus cum *Wallemburgiis* Tom. II. *Controv.* Tract. I. *cap.* 37. *Sacrificium* MISSAE *nomine ſignificari in Concilio* Chalcedonenſi .... *in ſecundo & tertio Concilio* Carthaginenſi, *in quibus adfuit* S. AVGVSTINVS, *& in Concilio* Epheſino. Nam in *Chalcedonenſis* quidem Concilii Latina verſione id nomen legitur, non autem in Graeco primigenio textu; idem dic de *Epheſino*, ubi ne *Latine* quidem Miſſae nomen uſurpatur, ſed *ſacrificii*; in tertio autem Carthaginenſi Concilio *Sacramenta altaris* nominari video, non Miſſam. Unum ex his Conciliis, a quo *Miſſae* nomen adhibitum fuerit, eſt *Carthaginenſe* II. Cap. 6. in haec ver-

§. I I I.

DE PROPRIIS CAEREMONIIS MISSAE.

Qui de caeremoniis ſcripſerint.

I. NUnc de Miſsae caeremoniis, quid unaquaeque ſignificat, & qui auctores egerint, de iiſdem paucis eſt aperiendum. Primus itaque eſt GREGORIVS *Magnus* mille ab hinc

---

verba: *reconciliare quemquam in publica Miſſa Presbytero non licere*. Verum, ut ad antiquitatem *Latini* hujus nominis oſtendendam hoc *Carthaginenſis* Concilii canone uti tuto poſſemus, illud conſtare deberet, quo tempore Poenitentes reconciliari apud *Carthaginenſem* Eccleſiam conſueſſet. Quum enim varia hac in re fuerit Eccleſiarum diſciplina, atque in aliquibus ante Evangelium, quid ſi haec eadem fuiſſet *Carthaginenſis* Eccleſiae conſuetudo? Tum enim vero nihil ad rem noſtram Canon ille efficeret, ut qui ad unam Miſſam Catechumenorum pertineret. Haec tamen licet vera ſint, dubitari nequit, quin *Miſſae* nomen pro Sacrificio apud *Latinas* Eccleſias antiquiſſimum ſit. Nam (ne PII I. ad JVSTVM Epiſcopum *Viennenſem*, & CORNELII ad LVPICINVM ejuſdem Sedis Antiſtitem epiſtolas, licet a multis etiam heterodoxis non improbatas, a Juſto FONTANINIO praeterea in hiſtoria Literaria *Aquilejenſi* ſtrenue defenſas appellem) illud quincto ſaeculo uſurpatum fuit a S. Leone M. ep. LXXXI. ad DIOSCORVM *Alexandrinum*, quarto quoque Saeculo tum a RVFINO in Latina CLEMENTIS *Romani* interpretatione, tum a S. AMBROSIO *ep*. XIII. ad MARCELLINAM *Sororem*, ubi ait: *Ego* (poſt lectiones & ſermonem, atque adeo dimiſſis jam Catechumenis, cum ſibi nunciatum eſſet, ſagittarios ad occupandam Eccleſiam a Palatio mitti) *manſi in munere, Miſſam facere coepi*. Videat jam BINGHAMVS, qui, & quanti viri *turpiter antiquo nomine Miſſae* abuſi dicendi eſſent, ſi qui illud ad ſacrificium deſignandum *traducunt, turpiter eo abutuntur*. Quod ſi nulla in eos reverentia ductus illo eos nomine abuſos fuiſſe praefracte contendat, animadvertat I. *antiquo* ſaltem nomine abuſos dici non poſſe, quum quod nobis antiquum eſt nomen, qua illi aetate ſcripſerunt, *antiquum* haberi nequiverit; hincque perſpiciet, vim ejus nominis exploratiorem illis, quam nobis fuiſſe, ut incredibile ſit, eam illam eos pervertere voluiſſe. 2. quas ipſe [etiam a BELLARMINO jampridem notatas] pſalmodiae, lectionum, collectarum ſignificationes huic nomini tributas in medium adfert, eas nonniſi ab auctoribus veteribus quidem, ſed RVFINO ac praeſertim AMBROSIO recentioribus, uſurpatas fuiſſe, ut ſiquid hac in re abuſus ſit, illud ab his, qui ab antiquiore illa ſignificatione vocabulum hocce detorſerint, potius, quam ab AMBROSIO, ac RVFINO admiſſum fuiſſe videatur. 3. ipſum non invitum fateri *Miſſam Catechumenorum* a vetuſtis temporibus nomen ab eorum dimiſſione accepiſſe: ex hoc enim facile ſuam inconſtantiam agnoſcet. Si enim ab extrema omnino actione, cujuſmodi Catechumenorum dimiſ-

hinc annis amplius, propterea quod de caeremoniis Miſsae variae exoriebantur contentiones praeſertim ſaepe inter Eccleſias, ſcripſit de hac re librum, quem vocavit *Rationale divinorum officiorum*, quem ab eo ſcriptum cognoſcimus ex antiquiſſimis auctoribus. Hunc enim librum citat *Walafridus* STRABO Abbas monaſterii Sancti Galli (1) in libro *de rebus Eccleſiaſticis* cap. 22. Vixit autem ab hinc annis fere 800. tempore PII Imperatoris. Idem ex ipſo etiam GREGORIO intelligitur *lib. 7. regiſtri ep.* 33. & ex epiſtola ADRIANI Papae ad CAROLVM Magnum, quae ab hinc 800. annis ſcripta eſt, in qua D. GREGORIVS dicitur auctor libri illius: liber autem ille vocabatur ab antiquis *liber Sacramentorum* (2). Quae res dedit occaſionem haereticis, ut exiſtimarent & probro verterent, quod D. GREGORIVS *Magnus* Auctor fuiſſet Miſſae; at tantum primus redegit in ordinem, & ſcripſit rationem celebrandi ritum *Romanorum*. ISIDORVS ſcripſit etiam *de officio Miſſae*, qui ante 1000 annos tempore ejuſdem GREGORII ſcripſit. Praeter hos RHABANVS *Maurus* ſcripſit librum unum *de divinis officiis* tempore CAROLI Magni (3). Poſt illum ſcriptus eſt libellus, cujus titulus factus eſt de *ordine Romano*, quem conſtat ſcriptum eſſe ante 700. annos. Nam citatur ab Auctoribus, qui vixerunt tempore [LVDOVICI] Pii Imperatoris, ut AMALARIO, qui idem AMALARIVS ſcripſit librum integrum *de Sacrificio Miſſae*. *Walafridus* quoque STRABO ſub idem tempus. Paullo poſt (4) Auctor quidam Monachus nomine SOLITARIVS ſcripſit

---

dimiſſio erat, pſalmodia, Scripturarum lectio, preces, ſermo, atque, ut verbo dicam, ea omnis ſacrorum pars, cui Catechumeni intererant, *Miſſa* nullo hujus nominis abuſu appellari potuit, quidni *& Miſſam Fidelium*, quae proprie Sacrificium erat, ab alia, quae ſub finem a Diacono adnunciabatur, populi dimiſſione eodem *Miſſae* nomine abſque ulla reprehenſione deſignari licuerit?

(1) Addit M. C. in *Helvetia*.

(2) Haec MALDONATVS ſcripſit, quum PAMELIVS Librum *Gregorianum* Sacramentorum nondum ediſſet. Itaque conjecturis non plane infeliciter uſus eſt, licet rem acu [quod dicimus] non tetigerit.

(3) Immo LVDOVICI PII, hunc enim Librum, ſeu potius Libros tres *de Clericorum inſtitutione, & caeremoniis Eccleſiae* RHABANVS ſcripſit a. 819. ut ex quibuſdam verſibus, qui tamen in editione *Colonienſi* a. 1617. omiſſi ſunt, recte LABBEVS colligit.

(4) Rectius C. M. omittit adverbium *paullo*. Auctor enim hujus operis fuit HONORIVS *Auguſtodunenſis*, qui a. MCXXIV. obiit.

Digitized by Google

pſit librum *de antiquo ritu Miſsarum*, cui fecit titulum *Gemma animae*. Poſt hunc ſcripſit INNOCENTIVS III. tempore Concilii celeberrimi *Lateranenſis* (5) libros *de myſteriis Miſſae* 300. etiam ab hinc annis (6) fere. *Guilielmus* DVRANDVS *Gallus* ſcripſit unum librum, qui vocatur *Rationale divinorum officiorum*, qui nunc verſatur in manibus Sacerdotum. Noſtra etiam aetate aliqui viri docti ſcripſerunt de hac re. Omnium vero doctiſſimus *Conradus* BRVNO *Germanus* libros ſex *de caeremoniis*, & Beatus RENANVS de hac re ſcripſit diſputationem in adnotationibus in librum TERTVLLIANI *de Corona militis* (7).

Judicium de his Auctoribus.

II. Ut verum fatear, hi omnes, excepto GREGORIO M. qui non exſtat (8), & S. ISIDORO, cogunt nos deſiderare multa, quia agunt & diſputant omnes allegorice, neque quidquam probant aut teſtimoniis, aut conjecturis. Optime vero omnium ſcripſit auctor, qui vocatus eſt *Micrologus*, qui fuit poſterior AMALARIO, & WALFRIDO; illum enim citat *cap. IV.* Sed tamen ea utitur ſtyli gravitate, ut videatur vixiſse ante DC. annos (9).

Caeremoniarum Miſſae partitio.

III. Nunc ad rem veniamus. Igitur quum ſint variae caeremoniae in Miſsa; aliae quidem, quae ſumuntur ex rebus; aliae, quae ex perſonis, ut veſtes Sacerdotum; aliae, quae ex loco, ut quod una parte legatur Evangelium; aliae, quae ex tempore, ut quod celebratur matutino, non veſpertino tempore; quia de omnibus dici in genere non poteſt, ſed in ſpecie, ideo prima diſputatio futura eſt de caeremoniis ſumptis ex rebus (10). Quum autem alia de caeremoniis, alia de partibus Miſsae debere eſse videretur diſputatio; quia tamen neſcio quomodo factum eſt, ut nunc partes Miſſae non videantur eſſe niſi caeremoniae, illaeque in harum naturam tranſiiſſe videantur; de utriſque ideo ſimul eſt diſputandum.

§. IV.

---

(5) C. M. & L. *Tempore Generaliſſimi Concilii Lateranenſis*.

(6) Sub annum MCCLXXXVI.

(7) Addit C. M. „ Denique reperire eſt diverſas Liturgias, ideſt ritus „ Miſſarum celebrandarum in diverſis „ Eccleſiis, quas corraſit CASSANDER „.

(8) Pauca haec verba *qui non exſtat*, ex C. M. addimus omnino neceſſaria.

(9) Divinando haec MALDONATVS ſcripſit: ante *D. annos* ſcribere debuerat.

(10) Addit C. M. *alias rejecturus ad diſputationem de ordinatione, ſi anguſtiae temporis ita poſtularint*. Sed revera in ea diſputatione, quam ob oculos habeo, nihil de his legere eſt.

§. I V.

DE PARTIBVS MISSAE.

I. TRes partes ſunt in Miſſa. Prima eſt a principio ad illud, quod latini vocant *offertorium*, quae a *Graecis* dicta eſt Αγηφοςα, ſicut diſcimus ex octava Synodo Generali Act. VI. Secunda pars eſt ab *offertorio* uſque *ad communionem*, & illa eſt vera Miſſa. Tertia pars eſt a communione uſque ad finem. *Partes Miſſae.*

II. Prima pars non erat proprie pars Miſſae, ſed erat veluti emblema in vaſis, quod poterat extrahi & adjungi, & erat congregatio quaſi ſeparata, atque idem factum eſſe videtur in Miſſa, quod in Urbe *Pariſienſi*, in qua continebatur parva inſula, & haec vere erat Urbs *Pariſienſis*; progreſſu vero temporis additae ſunt & âliae urbeculae & pagi, ex quibus tam ampla civitas conflata eſt. Sic Miſſa proprie *Sacrificium* vocatur *ab offertorio* uſque *ad communionem*. Deinde congregatio quaedam addita eſt a principio, quae vocata eſt *Miſſa Catechumenorum*, ut conſtat ex Concilio *Carthaginienſi* IV. *Can.* LXXXIV., & ex Conc. *Ilerdenſi* cap. 4. & ex Concilio *Valentino* cap. 1. & ex D. AVGVSTINI Sermone *de tempore* 237. diſcimus (1). Vocabatur autem illa prima pars *Miſſa Catechumenorum*, quia Catechumeni, poenitentes, energumeni [nomen autem habebat ex Catechumenis] (2) intererant quidem Orationibus, lectioni, *Miſſa Catechumenorum.*

(1) De Miſſa Catechumenorum agunt BONA (*Rer. Lit. Lib. I. cap. XVI.*) *Emmanuel* a SCHELSTRATE (*de Diſcipl. arcani cap.* 6.) MORINVS in *diſſert. de Catech. expiat. cap.* 4. BELLOTTE in ſuis *obſervationibus ad Rit. Eccleſ. Laudun.* p. 366. GRANCOLAS *Ancien. Sacram. Tom. I. pag.* 571. ut MAGRIVM in ſuo *Hierolexico* V. *Catechumenus*, CANGIVM in Gloſſario V. *Miſſa Catechumenorum*, & MERATIVM ad GAVANT. *T. I. p.* 32. omittam.

(2) Duobus, vel tribus primis Eccleſiae ſaeculis Miſſa Catechumenorum aliquot precibus, & pſalmis conſtabat, quibus abſolutis ante Evangelii lectionem, multoque magis concionem Catechumeni dimittebantur. Diſerte id TERTVLLIANVS tradit *de Praeſcript. cap. XLI.* ubi *Marcioniſtis* exprobrat, quod apud eos *quis Catechumenus, quis Fidelis incertum eſt: pariter adeunt, pariter audiunt, pariter orant.* Miror itaque BINGHAMVM (*Lib. XIII. cap. I.* §. 2.) SCHELSTRATIO (*de Conc. Antioch.* p. 200.) Catechumenos etiam TERTVLLIANI aetate

ni, & concioni (3), quae habebantur ante offertorium, & faciebant unam Congregationem cum Chriſtianis; abſoluta tamen hac prima parte, & dicto Evangelio, ejiciebantur ab Eccleſia.

Primae partis diviſio. III. In hac prima parte Miſſae tres ſunt partes, quia omnes Congregationes tribus de cauſſis fiebant. Prima cauſſa laudis & conſolationis, ſecunda orationis, tertia cauſsa doctrinae. His tribus de cauſſis conveniſſe Chriſtianos D. PAVLLVS inſinuat *cap. XIV. Cor. I. Quum convenitis, unuſquiſque pſalmum habet, doctrinam habet*. Aperte TERTVLLIANVS id docet *cap. 39. in Apolog. Coimus*, inquit, *ad divinarum litterarum commemorationes, prout temporum praeſentium qualitas aut praemonere cogit, aut recognoſcere*. Idem ex PHILONE *Judaeo* in libro *de vita contemplativa* intelligimus. Haec tria ſunt in parte prima Miſsae. Nam laudes ſunt in introitu; orationes ſunt collectae; epiſtola & Evangelium ſunt doctrina. Solet autem id uſuvenire in Eccleſia, quod in civitate in lingua, & formulis notariorum, in quibus lingua & uſus loquendi antiquus ſervatur maxime incorruptus. Sic enim in Miſſa latent iſtae ſuperiores tres partes, quae habent originem ex tempore Apoſtolorum, omneſque caeremoniae veteris Eccleſiae videntur man-

---

tate concionibus interfuiſſe contendenti adſentiri maluiſſe, quam ALBASPINAEO, & BONAE id inficiantibus. Poſtea & ipſi ad Evangelii *lectionem*, ac concionem admiſſi ſunt. Nam a. CCCXCVIII. Concilium *Cartaginenſe* IV. Can. LXXXIV. ſtatuit, ut *Epiſcopus nullum prohibeat ingredi Eccleſiam, & audire Verbum Dei, ſive gentilium, ſive haereticorum, ſive Judaeorum uſque ad Miſſam Catechumenorum*; hincque S. AVGVSTINVS *Sermone* CXCVII. *de temp. vet. edit.* ajebat: *ecce poſt ſermonem fit Miſſa Catechumenorum, manebunt fideles: venietur ad locum orationis*. In Concilio quoque VALENTINO apud *Hiſpanos Can. I.* ſancitum eſt: ut *Sacroſancta Evangelia ante munerum illationem in Miſſa Catechumenorum in ordine lectionum poſt legantur, quatenus ſalutaria praecepta Domini Noſtri Ieſu Chriſti, vel ſermonem Sacerdotis non ſolum fideles, ſed etiam Catechumeni, ac poenitentes, & omnes, qui e diverſo ſunt, audire licitum habeant. Sic enim pontificum praedicatione audita nonnullos adtractos ad fidem evidenter ſcimus*. Neque aliter in Galliis actum fuit. Nam decrevit *Arauſicana* I. Synodus *cap. XVIII. Evangelia placuit deinceps Catechumenis legi apud omnes Provinciarum noſtrarum Eccleſias*. Non ubique tamen, aut ſaltem non ſemper eadem lex obtinuit. Nam AMALARIVS Gallus ſaeculi IX. Scriptor *Lib. III. c. 36.* ait: *conſuetudo noſtra eſt, ut Catechumenos repellamus ante Evangelium*.

(3) Quia, inquit BONA (*Lib. I. cap. XVI. §. I.*) major tunc erat illorum numerus, & nonnumquam contingere poterat, ut nulli eſſent poenitentes, vel energumeni.

manſiſſe in Miſſa, & ſi volumus videre, quid factum fuerit olim, ex nulla re melius, quam ex Miſſa cognoſcimus (4).

§. V.

PRIMA PARS MISSAE, AC PRIMO INITIVM MISSAE.

I. Solet itaque Sacerdos antequam incipiat dicere, *in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*; & haec eſt communis caeremonia, ut ſupra oſtenſum eſt. Deinde aliquem pſalmum dicit, ut *Introibo ad Altare Dei*, aut *Judica me Deus* (1). Cujus rei origo haec eſt, quod olim Sacerdotes antequam ad altare venirent, parabant ſe nonnullis pſalmis DAVIDIS, quod ex MICROLOGO *cap. I.* colligitur, qui dicit, in more fuiſſe poſitum, ut Sacerdotes quatuor pſalmos recitarent adcommodatos ad id, quod volebant, ſcilicet Pſalm. LXXXIII. *Quam dilecta*, LXXXIV. *Benedixiſti Domine terram tuam*, LXXXV. *Inclina Domine aurem tuam*, & CXV. *Credidi*. Poſtea negligentia crevit, atque Religio, & pietas imminuta eſt, nec Sacerdotes voluerunt tamdiu immorari in recitandis integris Pſalmis. Itaque remanſerunt illa quaſi fruſta, quae hodie recitantur: *Introibo ad Altare Dei &c.* (2) *I. Caeremonia. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Introibo ad Altare Dei.*

---

(4) Additur in C. M. „ Explica-„ bo Ritu Romanae Eccleſiae, ſic ta-„ men ut adtingam, ſicubi aliae Ec-„ cleſiae differunt a *Romana*.

(1) Aliter hoc L. aliter M. Codex exhibet. Ille „ Prima caeremonia eſt, „ quod Sacerdos antequam incipiat, ſo-„ leat dicere: *in nomine Patris, & Fi-„ lii, & Spiritus Sancti*. Poſtea reci-„ tare aliquem verſum, ut *Confitemini „ Domino, quoniam bonus*, aut aliquem „ alium „. Hic vero poſt priora illa: „ Deinde Eccleſia *Romana* fere recitat: *Introibo ad Altare Dei*, vel *Deus, in adjutorium meum intende*.

Quam varia fuerit vel in hoc Pſalmo recitando, ſeu etiam omittendo, vel in aliis verſibus ei ſubſtituendis Eccleſiarum diſciplina, docent BONA (*Rer. Liturg. Lib. II. n. 3.*) & in eum SALA, GRANCOLASIVS (*Anciennes Liturg. p. 441.*) MERATIVS ad GAVANT. *T. I. p. 157.*) GEORGIVS (*de Liturg. Rom. Pont. Lib. II. cap. IX*) de RVBEIS (*de Sacr. Forojul. ritib. cap. V. & XIII.*) donec ex S. PII V. lege ejus recitatio firmata fuit. Sed in exemplis, quae hic ex *Romanae* Eccleſiae, aliarumque Eccleſiarum Miſſalibus Libris colligere, nullum occurrit verſiculi: *Deus, in adjutorium &c.*

(2) Vereor, ut huic conjecturae alii docti Viri adſentiantur. Quo enim tempore Pſalmi illi recitabantur, veluti remotior quaedam ad Miſſam praeparatio, eodem jam Pſalmus *Judica a Romanae*

Confiteor Deo. II. Sequitur ſtatim confeſſio, quae non eſt pars, neque caeremonia Miſsae, niſi communis, quia in matutinis precibus antiquiſſimi Chriſtiani ea ſemper uſi ſunt (3), ſed relictus eſt hic ritus

manae Eccleſiae Sacerdotibus dicebatur. Nam MICROLOGVS, qui *cap I.* quatuor illorum Pſalmorum meminit, deinde cap. XXIII. ait: *Sacerdos venit ad Altare, dicens Antiphonam:* Introibo ad Altare Dei, *& Pſalmum* Judica me Deus, *poſt quem ſequitur Confeſſio.* Aliam fortaſſe veroſimiliorem ipſe originem darem. *Benedictini*, quos MARTENIVS (*de ant. Monach. rit. Lib. II. cap.* 4. *n.*14.) *Caſalinos* appellat, & GEORGIVS [*L. c. p.* 54.] *Caſinenſes* perperam vocat, Pſalmum *Judica* dicebant, dum e veſtiario ad altare procedebant. Idem hic mos hujus Pſalmi in adceſſu ad altare recitandi, & a *Carmelitis* hodieque ſervatur, & in nonnullis *Galliarum* Eccleſiis viguit. Certe, ut adnotat SALA ad BON. [*T. III. p.* 35.] in antiquo Miſſali *Pariſienſi* juſſu *Petri de* GONDY Archiep. Pariſ. & S. R. E. Card. & in Miſſali ab *Henrico* de GONDY ejus ſucceſſore in publicam lucem emiſſo Sacerdos ſtatim, atque induit ſe caſula, dicit: *Introibo ad Altare Dei* &c. & Pſalm. *Judica* &c. ſolus recitat, ſcilicet e ſacrario ad Altare procedens. In pluribus autem Eccleſiis in ipſo Sacrario recitabatur. Nam *Catalauni ad Matronam* fluvium, vulgo *Chalons ſur Marne*, Sacerdos in Sacrario poſt adceptam ſtolam, antequam Caſulam adciperet, hunc Pſalmum dicebat. *Rhemis* etiam in Sacrario a celebrante dicitur, ut & in *Senonenſi* Eccleſia, atque *Aurelianenſi*. Immo Miſſale *Romanum* a PAVLO III. recognitum, & *Lugduni* editum a. MDL. illum Pſalmum a ſolo Sacerdote vel clara voce, vel ſub ſilentio, antequam ad Altare adcedat, dici jubet. Hinc porro ſequitur, hujus Pſalmi recitationem habitam a decimo ſaltem ſaeculo (ejus enim neque in antiquo ordine *Romano*, neque apud AMALARIVM ulla fit mentio,) veluti proximam quamdam, eamque aptiſſimam ad Sacrificium praeparationem. *Romanae* autem Eccleſiae conſultius viſum eſt, ut ad ipſum Altare ante Confeſſionem recitaretur, quo Sacerdos, loco ipſo verborum vim quodammodo adjuvante, ad cordis compunctionem facilius excitaretur. Qua etiam de cauſſa factum eſt, ut PIVS V. non amplius illius recitationem Sacerdotum arbitrio dimittendam cenſuerit.

(3) Varia apud varias Eccleſias fuit hujus Confeſſionis formula, ut apud BONAM (*Lib. II. Rer. Liturg. cap.* 2. *§.* 5. *&* 6.) GRANCOLASIVM (*Ancien. Liturg. pag.* 443. *ſeqq.*) GEORGIVM [*de Lit. R. Pont. Lib. III. cap. IX. p.*55. *ſeqq.*] & de RVBEIS (*de Sacr. Forojul. Ritib. pag.* 253.) videre eſt. Qua *Romana* Eccleſia nunc utitur, eadem prorſus in pluribus Codicibus ante ſaeculum XIII. exaratis legitur. Quare Le BRVN (*T. I. p. I. art. IV.*) hanc formulam jam ſaeculo XIII. a *Romana* Eccleſia adhibitam fuiſſe exiſtimat. Eadem certe apud MABILLONIVM legitur in ordine *Romano* XIV. qui ſaeculo XIV. conſcriptus fuit (cap. LXXI.) niſi quod duo verba adduntur, nempe quia *peccavi nimis cogitatione*, DELECTATIONE, CONSENSV. Eamdem etiam *Albertus* CASTELLANVS in Lib. *Sacerdotali*, quem ex antiquis Codicibus Apoſtolicae Bibliothecae ſe collegiſſe ait, evulgavit. Sed ut Codices deeſſent, mihi certe ad id argumento foret *Ravennatis* Concilii an. MCCCXIV. habiti decretum, quo ſtatutum fuit, ut per totam *Ravenna-*

tem

Digitized by Google

ritus dicendae confeſſionis ex antiquo more poenitentium, qui publice ſolebant confiteri, & quia omnes, qui volebant participare Euchariſtiam, prius confitebantur, factum eſt, ut omnes recitent confeſſionem ante Miſsae celebrationem. Hujus rei argumentum eſt, quod non ſolum Sacerdos dicat, ſed etiam populus; & haec cauſsa eſt, cur etiam populus reſpondeat Sacerdoti, quia omnes uno ore, Sacerdos, & populus, olim confitebantur, & quemadmodum fit in ordinationibus, ita fiebat in Miſſa: dicebat & pronunciabat Sacerdos, & ſequebatur populus; ſicque olim totus populus ſimul cum Sacerdote Confeſſionem dicebat. DAMASVM Papam Confeſſionem inſtituiſſe ab hinc M. annis ſcribunt Auctores (4). Alia etiam potuit eſse ratio, & cauſsa, cur diceretur confeſſio, nempe ut humiles, & ſupplices adcederent omnes ad Sacrificium tam horrendum, ut illi ſemper vocabant; quod ſe confitendo praeſtare videbantur. Hanc cauſſam reddit MICROLOGVS *cap. I.* ex *cap. XVIII. Proverb.* SALOMO-

---

tem Provinciam nonniſi ea confeſſionis formula, quae communis nobis eſt, uſurparetur; id enim *Romanae* Eccleſiae exemplo factum fuiſſe facile eſt intelligere. Fatendum tamen eſt, nonniſi ſaeculo XVI. ſub S. PIO V. eam formulam in ipſa quoque *Romana* Eccleſia firmam permanſiſſe. In Miſſali enim *ſecundum conſuetudinem Curiae Romanae*, quod Neapoli excuſum fuit a. MCCCCLXXVII. haec praeſcribitur: *Confiteor Deo omnipotenti, & Beatae* MARIAE *Virgini, & Beato* N.N. [nomen Patroni heic addebatur] *& omnibus Sanctis, & vobis fratres, me graviter peccaſſe per ſuperbiam in Lege Dei mei, cogitatione, delectatione, omiſſione, conſenſu, verbo, & opere. Mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatiſſimam, & glorioſam Virginem* MARIAM, *& Beatum ..... & omnes Sanctos, & Sanctas Dei, & vos fratres orare pro me.* Hanc vero heic exhibere ea quoque de cauſſa mihi placuit, quod a ceteris ejuſmodi formulis a BONA, GRANCOLASIO, & GEORGIO adlatis diſcrepet. Brevior ea eſt, quae in Miſſali *Romano* an. MDL. ſub PAVLLO III. legitur: *Confiteor Deo omnipotenti, B.* MARIAE *ſemper Virgini, B.* PETRO, *& omnibus Sanctis, & vobis fratres, quia peccavi; mea culpa: precor vos orare pro me.*

(4) Nempe RADVLPHVS *Tungrenſis* [*Lib de Canon. obſervant. prop.* 23.] PLATINA in DAMASO, atque ex eo CIACCONIVS. Alii PONTIANO Papae tribuunt apud *Joh. Stephanum* DVRANTIVM (*Lib. II. de ritib. Eccleſ. cap.* 12.) atque hos inter falſo indicatur BERNO *Augienſis* [*de officio Miſſae cap. XXV.*] quum BERNONIS opus ſeptem tantum capitibus definiatur, neque ea de re quidquam habeat. Optime tamen BONA, & MERATIVS, quos ſequitur BENEDICTVS XIV., monent, nec DAMASVM, nec PONTIANVM, ſilentibus priſcis omnibus Scriptoribus, hujuſmodi confeſſionis auctorem haberi veroſimiliter poſſe.

LOMONIS : *Juſtus accuſator eſt ſui*. Itaque Chriſtiani non tantum quum conveniebant ad Sacrificium, ſed etiam ſub mediam noctem ante auroram confitebantur, quod exiſtimarent inſtare diem judicii, & venturum eſſe Chriſtum de nocte juxta illud Evangelii : *tamquam fur de nocte fuget* : & in illo conventu totus populus ſolebat confiteri. Hinc factum eſt, ut in precibus matutinis diceretur confeſſio. Quod autem Sacerdos inclinatus confitetur, petitum eſt ex poenitentibus, qui proſtrati in terram confitebantur, & Sacerdos gerit perſonam poenitentis. Atque haec caeremonia, ut proſtratus dicat, non propria eſt Miſſae, ſed communis, & naturalis, quia poenitens debet confiteri peccata ſua humiliter. Alia caeremonia eſt, ut dicta confeſſione erigit ſe dicendo : *Miſereatur veſtri* (5), & expandat manus, quae caeremonia eſt orationis ſumpta ex modo orandi antiquo, qui erat ut Chriſtiani orarent, expanſis manibus. Addit ſtatim quoſdam verſus pſalmorum, quales ſunt : *Deus converſus vivificabis nos*, & *aufer a nobis iniquitates &c.* quae caeremonia pertinet ſimiliter ad praeparationem Miſſae, ne adcedat imparatus, quemadmodum D. AMBROSIVM ſcripſiſſe legimus, apud quem habemus duas orationes, quibus ſe praeparabat Sacerdos (6).

Cur Sacerdos altare oſculetur. III. His abſolutis, ingreditur ad altare, ac prima eſt caeremonia oſculari altare. Hujus rei duae ſunt cauſsae. Prima cauſſa eſt, quod Sacerdos ingrediens Eccleſiam ſoleret ſemper precari pacem populo, quod oſculo fiebat, ut cognoſcimus ex CHRYSOSTOMO [*homil III. in Ep. ad Coloſs.*] & ex CYRILLO [*lib.*12., *& in* IOH. *cap. XIV.*] Solebant immo antiqui

(5) Et hujus deprecationis formula varia fuit pro variarum Eccleſiarum diſciplina. Confer Auctores ſuperiore adnotatione indicatos. In Miſſalibus, quae propius ad noſtram formulam adcedunt, ut in Miſſali nuper indicato a. MCCCCLXXVII. ſaltem additum videas OMNIBVS *peccatis veſtris*, & OMNIVM *peccatorum veſtrorum*, quod in correcto Miſſali expunctum fuit.

(6) Una ex his illa eſt: *Summe Sacerdos, & vere Pontifex*, quam a RAYNAVDO *contra fidem veterum Codicum* ANSELMO *Cantuarienſi* tributam fuiſſe Emin. BONA queritur (*Lib. II. cap.* 1. §. 2.) Sancto tamen AMBROSIO abjudicarant etiam *Maurini Ambroſianorum* operum editores, immo GERBERONIVS ex fide MSS. Codicum *Cantuarienſi* ANSELMO adſcripſit in noviſſima, quam ipſe curavit, Sancti hujus Praeſulis editione. Sunt quoque, qui ejus auctorem S. AVGVSTINVM faciant. Vide SALAM ad eum BONAE locum (*T. III. pag.* 2.)

Digitized by Google

tiqui Chriſtiani pacem dare oſculo, adeo ut in publicis viis ſe ſe ſalutarent oſculo, ut conſtat ex 2. *Apolog.* JVSTINI Martyris, & ex TERTVLLIANO [*lib.* 2. *ad uxorem*] (7). Quemadmodum igitur quia poſt conſecrationem nimis longum eſse videbatur, ſi Sacerdos omnes oſculatus fuiſſet, poſt conſecrationem ſolum oſculabatur Diaconum, & hic Subdiaconum, & hic populum, omneſque ceteros ſibi proximos [hoc colligimus ex libro SOLITARII, qui inſcribitur *Gemma animae cap.* 4.]; Deinde abiit in deſuetudinem illud oſculum; primum quidem inter feminas [nam & has fuiſse oſculi participes diſcimus ex TERTVLLIANO *lib. II. ad uxorem*, qui diſſuadet uxori, ut nubat alteri]; deinde etiam inter viros, ita ut ſolos Diaconum, & Subdiaconum Sacerdos pro omnibus oſcularetur; ac poſtea eo deventum eſt, ut nunc rem, hoc eſt *pacem*, quam vocamus, oſculetur Sacerdos pro omnibus, & ſi haec deſit, altare: ita factum eſt, ut Sacerdos initio Miſsae oſcularetur altare; quod perinde erat, atque oſculari omnes Chriſtianos. Hinc oſculari altare erat ſignum pacis, & mutua oſcula figere. Hoc diſcimus ex D. AMBROSIO [*Ep.* 33.] qui ait, multos ſolitos oſculari ſe ſe invicem, quum pacem vellent ſignificare. Haec itaque prima cauſsa eſt, cur Sacerdos oſculetur altare. Altera vero cauſsa eſt, quod nullum fere altare aedificaretur, niſi ſubtus eſsent Reliquiae Sanctorum, ut patet ex Concilio *Carthaginenſi V. cap.* 14., & *Africano cap.* 54. (8). Et quia ſolebant Chriſtiani oſculari Reliquias, ſicut conſtat ex libro B. HIERONYMI contra VIGILANTIVM, Sacerdos oſculabatur altare, in quo illae eſſent; quinimmo non ſub aram ſolum fuiſſe Reliquias conſtat, ſed etiam Euchariſtiam; quam cera obſignatam ſerva-

(7) C. M. ex quo hunc locum reſinximus, addit, *& de oratione cap. penultimo*.

(8) Hinc apud Rubricarum interpretes ea quaeſtio ſuborta eſt, num ſi vel ex incuria, vel ex diſpenſatione Apoſtolica nullae in ara conſecrata reconditae ſint reliquiae, omitti debeant ea verba: *Quorum reliquiae heic ſunt*. Et GAVANTVS quidem cum pluribus, quibus Miſſales non pauci libri a GRANCOLASIO indicati [*Ancien. Liturg. p.* 455.] adſtipulantur, omittenda ait; alii tamen, quibus MERATIVS in GAVANT [*T. I. p.* 163.] adſentiri videtur, recitari jubent, quia, inquiunt, quum de more ibi collocentur Sanctorum Reliquiae, ſufficit hoc ad communis illius orationis veritatem, quamvis in hoc, illove altari Reliquiae deſiderentur.

Digitized by Google

ſervabant ſubtus aram, ut a muribus, & furibus tuta eſſet. Quae cauſsa fuit, ut in ejus honorem Sacerdos oſculetur altare. Hoc ex *Can. IV.* cujuſdam Concilii *Turonenſis* conſtat, quod Concilium non habemus nunc (9), ſed citatur a BVRCHARDO [*lib. III. decretor. cap. V.*] tametſi non ignoro alios legere *ſupra altare*, pro *infra*.

De Thymiamate.

IV. Solebat etiam adhiberi alia caeremonia, quum Epiſcopus ſolemniter facit ſacrum, utquamprimum ſcilicet adceſſit ad altare, id ſuffundat thure; quae caeremonia in ſolemni, & celebri ſacro bis aut ter ſolet obſervari. Tria ergo nunc de thuris caeremonia dicenda ſunt. Primo de cauſſa originis, unde habuit originem, & de cauſſis; ſecundo de auctore, qui hanc introduxit in Eccleſiam; tertio quibus in rebus adhibeatur. Quod ad primum, multae ſunt cauſſae. Prima fuit ipſa lex naturae, quae tacentibus etiam hominibus oſtendit neſcio quam adfinitatem eſſe in thure cum divinitate. Nullus enim legislator dixit thus adhibendum eſſe in Sacrificio, & tamen nulla gens eſt ejus copiam habens, quae eo non utatur in ſacris. Propterea quoties adhibitum non eſt alicubi, non aliunde id factum, quam quod ſero admodum notum fuit, nec ejus eſſet copia. Itaque ARNOBIVS [*lib. VII. contra gentes*] hoc probro vertit *Romanis*, novamque eſse eorum Religionem ex hoc docet, quod ſero coeperunt uti thure: *Quando*, inquit, *coepiſtis uti thure in Sacrificiis? Sed neque* ROMVLVS, *neque* NVMA POMPILIVS *inſtituit vobis de thure Religionem*, quod ex *lib. 12. cap. 13.* PLINII ſcripſiſſe videtur, qui dicit, non fuiſſe thus *Romanis* in ſupplicationibus, temporibus illius. Secunda cauſſa fuit imitatio veteris legis. Non enim ſine ratione Deus inter alias caeremonias imperavit *Judaeis*, ut ſibi cum thure ſacrificaretur; *Exod.* XXV. XXX. XXXV. uſque ad XL. Tertia cauſſa fuit, quod videretur thus natura ſua habere ſimilitudinem cum orationibus. Itaque D. JOHANNES [*in Apoc.* cap. VIII.] ſcripſit, *incenſum*

(9) Prodiit deinde hic Canon, eſtque tertius Concilii *Turonenſis* II. apud LABBEVM [*T. V. col.* 853.] Sed ex legitima illius lectione alia omnino ab hac MALDONATI Sententia proficiſcitur. Neque tamen docti viri, quaenam ea eſſe debeat, plane conſentiunt. Vide MABILLONIVM in diſſert. de *Azymo* (*cap.* 8.) ac de *Liturg. Gallicana* (*Lib. I. cap. IX. pag.* 92.) & GRANCOLASIVM [*Ancien. Sacram. P. I. pag.* 201. *ſeq.*]

ſum ſignificare orationes Sanctorum, quia omnes homines, quum ſupplicant, videntur quaſi legatione quadam mittere orationes ſuas ad Deum, quod optime ſignificatur thure ſurſum adſcendente. Quarta cauſſa eſt, quod Deus ſemper quotieſcumque loquutus eſt hominibus, quaſi latenter, & fumo obnubilatus loqueretur. Loquitur Deus cum MOYSE, & non loquitur, niſi tectus nube, ne nimio ſplendore deterreat homines ſi adpareret. Sic ergo & Chriſtiani quum ſacrificabant, ut humiliter adcederent ad Deum, praemittebant nubem incenſi, & timide volentes adcedere ad Deum tam horrendum Sacrificium non arroganter, ſe ſe velut fumo tegebant, ne deterrerentur (10). At quis auctor fuit caeremoniae thuris? Error nimis turpis eſt PLATINAE, & POLYDORI VIRGILII, qui putant, LEONEM III. annis ab hinc 500. introduxiſſe in Eccleſiam caeremoniam thuris (11). Nam in Canone tertio Apoſtolorum legimus: *nemo adferat*

(10) Ex TOVRNELIO refellendus heic du VERTIVS, qui more ſuo in alium, quam decet, ſenſum thuris uſum detorquet. Quod de cereis [ait ille *de Sacr. Euch.* ubi de Miſſa *art.* 13.] idem & de thure, ſeu incenſo docet D. Du VERTIVS: non alium ſcilicet illius finem, ac uſum primitus fuiſſe, quam ut purgaret tetrum, ac foetidum odorem, qui ex locis ſubterraneis, in quibus primi Chriſtiani metu perſequutionum Sacra faciebant, exhalabant. Quod ſi opponas, Eccleſiam illum thuris, & incenſi uſum etiam retinuiſſe, quum ipſi libero coelo frui datum eſt, ac in iis locis offerre Sacrificium, in quibus a foetido exhalitu nihil erat timendum; reſpondebit, hanc cauſſam eſſe tum quod Eccleſia ſuorum uſuum in officiis publicis retinentiſſima ſit, ac cujuſcumque innovationis inimica; tum quod populi regionum, in quibus publica officia Eccleſiaſtica celebrata primum fuere, aromatibus, & incenſo plurimum delectarentur. Verum quae noſter Auctor de Ethnicis, ac de veteri Lege indicavit, ſatis haſce du VERTII nugas evertunt. Abutitur autem ille manifeſto S. THOMAE auctoritate [3. *p.* *q.* 83. *art.* 5. *ad* 2.] ubi thus adoleri ait, ut *ſi quid pravi odoris fuerit, depellatur*. Ita revera, ſed ad reverentiam, quae Euchariſtiae debetur, adeoque ad cultum religioſum iſtud refert Doctor Angelicus. Audiantur ejus verba, non truncata a D. du VERTIO, ſed integra: *Dicendum, quod etiam thurificatione non utimur, quaſi caeremoniali praecepto Legis, ſed ſicut Eccleſiae ſtatuto. Pertinet autem ad duo. Primo quidem ad reverentiam hujus Sacramenti, ut ſcilicet per bonum odorem depellatur, ſi quid pravi odoris in loco fuerit, quod poſſet provocare horrorem. Secundo pertinet ad repraeſentandum effectum gratiae, ſicut bono odore Chriſtus plenus fuit ...... Et ideo undique thurificato Altari, per quod Chriſtus deſignatur, thurificantur omnes per ordinem.*

(11) Nec minus errarunt DVRANDVS [*Lib II. Rational. cap.* 31.] & RADVLPHVS Tungrenſis [*prop.* XXIII.] eamdem thuris inſtitutionem S. LEONI M. tribuentes.

ferat ad altare, *niſi ſpicas*, *oleum*, *&* *thymiamata* (12). Ergo tempore Apoſtolorum thus habebatur in uſu. Legimus etiam thymiamata *in hierarchia* DIONYSII *Areopagitae*; legimus thuribula in ſecunda epiſtola SOTERIS, qui vicinus fuit Apoſtolis. Nam quum prohiberet, ne femina tractaret ſacra vaſa, inter vaſa ſacra numerat thuribulum (13). Ad haec DAMA-

SVS

---

(12) Adverſari videtur TERTVLLIANVS, qui [*Apol.* C. XLII.] Chriſtianos purgans a paganorum criminatione, qui eos infructuoſos eſſe in negociis vociferabantur, dicit: *Thura plane non emimus*. *Si* Arabiae *queruntur*, *ſciant* Sabeai *pluris*, *& carioris ſuas merces Chriſtianis ſepeliendis profligari*, *quam diis fumigandis*. Hunc enim vero TERTVLLIANI locum DALLAEVS contra indicatum Canonem tertium Apoſtolorum objecerat. Sed BEVEREGIVS [*in Cod Can. Vindic. L. II. cap.* 2. *n.* 5.] recte reſpondit, ſe TERTVLLIANI *verba agnoſcere*, *ſed conſequentiam ex iis deductam negare*. *Etiamſi enim*, inquit, *hic ritus in Eccleſia Africana* TERTVLLIANI *aevo fortaſſe non obtinuerit*, *minime tamen exinde ſequitur*, *quin aliis in locis eodem tempore uſitatus eſſet*. Provocat ad HIPPOLYTVM *Portuenſem* Epiſcopum CLEMENTIS Alexandr. diſcipulum, ac propterea ejuſdem fere ac TERTVLLIANVS aetatis, qui in oratione *de conſummatione mundi* diſertiſſimam hujus rei facit mentionem: *Lugebunt Eccleſiae*, *quia nec oblatio*, *nec ſuffitus fiet*, *nec cultus Deo gratus*. Ubi revera thymiama, ceu pars cultus divini, ponitur praeter eum, quem TERTVLLIANVS tantum apud Chriſtianos in ſepeliendis mortuis innuit. Qui quidem etiam eſt religioſus, ac ſacer; at forte tunc Chriſtiani alicubi religioni ducebant ethnicorum morem ſequi, quorum in idolis ſuffumigandis thus offerendo perpetuus fuit uſus, non ſua natura, ſed ſuperſtitione perverſus. Confer BONAM [*Rer. Lit. Lib. I. cap. XXV.* §. 9.] & in eum SALAM [*T. II. pag.* 330]

(13) Quod falſa haec decretalis SOTERI tribuit decretum, Liber Pontificalis BONIFACIO I. adſcribit. Sed certiora hujus uſus monumenta promamus. Ac primum perſpicua illius mentio exſtat, ut vidimus, apud HIPPOLYTVM Epiſcopum *Portuenſem*. Vulgatum quoque eſt S. AMBROSII teſtimonium de uſu incenſi ad altare: *Utinam*, inquit, *nobis quoque adolentibus altaria*, *& ſacrificium deferentibus adſiſtat Angelus*, *immo praebeat ſe videndum*. S. EPHRAEM *Syrus* in ſuo *Teſtamento* ex Latina verſione nuperrimae editionis (*T. II. p.* 399.) *ne cum aromatibus me ſepeliatis*: *non enim hic mihi honor prodeſt*: *neque mecum ſuaves odores ponatis*; *non enim decet me gloria*. *Sed thura date in Sanctuario*; *me autem orationibus veſtris comitamini*. *Aromata offerte Deo*, *& pſalmis me perſequimini*. *Pro odoribus*, *& aromatibus*, *mei memoriam in deprecationibus veſtris peragite*. *Quid enim mortuo proderit ſuavis odor*, *jam ſenſu carenti*? *Incenſa adolete in domo Dei*, *ut qui illam ingrediuntur*, *ſuavi odore perfundantur*. Uſus praeterea incenſi in Miſſa commendatur in Liturgiis omnibus antiquiſſimis *Latinis*, & *Graecis*. Proditur etiam, in Concilio Chalcedonenſi A. D. CCCCLI. ISCHIRIONEM diaconum *Alexandrinae* Eccleſiae conqueſtum fuiſſe de DI-

OSCO-

Digitized by Google

SVS (14) ſcribens vitam SILVESTRI Papae, qui vixit tempore CONSTANTINI Imperatoris, inter alia, quae refert dona data a CONSTANTINO, refert thuribula aurea. Quod ad tertium. Duobus maxime (15) in locis thus in Miſsa adhibebatur, in ingreſſu ad altare, ut homines adcederent ad Deum timide, & humiliter quaſi tecti nube; deinde quum legendum erat Evangelium, ad explicandam fragrantiam Evangelicae doctrinae, quae prae ſe fert bonum odorem.

§. VI.

DE INTROITV MISSAE.

I. SEx de introitu dicenda ſunt. Primum quid ſit; 2°. quare ita vocatus eſt; 3°. quis inſtituit; 4°. an ſit caeremonia propria, an communis; 5°. quare ſemper conſtet verſibus pſalmorum DAVIDIS; 6°. quare repetitur. Quod adtinet ad primum. Introitus vocatur ille pſalmus, aut verſus, qui recitatur, vel canitur a Sacerdote ſimul atquè adceſſit ad altare. *Quid ſit introitus.*

II. Quare autem vocatus ſit *Introitus*, tres ſunt opiniones. Alii dixerunt, vocatum eſse introitum, quod recitetur, & can- *Quare ita vocatus eſt.*

OSCORO Patriarcha *Alexandrino*, quod male diſtribuiſſet pecunias legatas a PERISTERIA clariſſima femina, *ut neque incenſum ex oblatione illius clariſſimae memoriae* PERISTERIAE (*quantum ad eum pertinuit*) *Deo offerretur*. Plura vide apud SCORTIAM (*Lib.* 3. *cap.* 13.) BONAM (*L. I.*) GRANCOLASIVM (*Ancien. Liturg. p.* 576.) GEORGIVM (*de Liturg. R. P. Lib. III. cap. II.*) & CATALANVM tum in opere *de Codice Sancti Evangelii* (*Lib. II. cap.* 13.) tum in Commentariis ad Pontificale *Romanum*. Vide etiam, quae diximus ſuperiore diſputatione ad quaeſt II. adnot. I.

(14) Intellige Librum Pontificalem falſo DAMASO adſcriptum.

(15) Sed non omittenda oblatorum thurificatio, de qua confer LESLAEVM ad *Miſſale Mozarabum* (*p.* 536. *ſeq.*) GEORGIVM (*Lib. III. cap.* 23.) & CATALANVM in Caeremoniale Epiſcoporum (*Lib. I. cap. XVIII.* §. 10. *pag.* 320.) Porro quotieſcumque incenſum thuribulo imponeret Sacerdos, illud prius benedicebat. Harum benedictionum formulae plures apud MARTENIVM leguntur (*de ant. Eccl. ritib. Tom. I. cap.* 4. *art.* 12.) inter quas [*pag.* 532.] eſt haec in Pontificali PRVDENTII *Trecenſis* Epiſcopi: *hoc incenſum ad omnem putorem nocivum extinguendum Dominus benedicat, & in odorem ſuavitatis ſuae adcendat*. Adi etiam GEORGIVM (*cit. Lib. III. cap. II. pag.* 74.) & CATALANVM in Caerem. Epiſcop. (*cap. XVIII.* §. 1. & 2. *pag.* 314.)

Digitized by Google

tetur a cantoribus interim, dum Epiſcopus, aut Sacerdos pergit ad altare. MICROLOGVS in ea eſt ſententia (1). Alii dicunt, quod ſit quaſi prooemium, & exordium Miſſae. Nam confeſſio eſt quoddam extrinſecus adcedens; ingreſſo autem Sacerdote ad altare nihil dicitur prius quam introitus, ideoque eſt introitus, atque exordium, differuntque ſolo nomine, quod hoc ſit Miſsae proprium. Ita exiſtimat *Conradus* BRVNO [*Lib. 2. cap. 2. de caeremoniis*] (2). Alii dixerunt, quod putavi aliquando probabile, vocatum fuiſſe, non quod cantaretur, dum introiret Sacerdos, ſed quia quum conveniebant Chriſtiani in templum, non poterant ſimul adgregari, expectandique erant omnes; illi vero, qui alios anteverterent, ne eſſent otioſi, canebant interim, dum totus populus conveniebat: & quia id faciebant, dum introibat populus, vocaverunt introitum. In hac ſententia eſt *Beatus* RHENANVS [*in lib. de corona militis*]. TERTVLLIANVS juvat hanc opinionem, quia poſt introitum dicitur *Gloria Patri* &c. quod non ſolet dici, niſi finitis pſalmis, ut etiam nunc fit. Ex quo colligitur, fuiſſe cantatos integros pſalmos ad trahendam moram (3).

III. Om-

---

(1) Sic etiam RHABANVS, RVPERTVS, Joh. BELETH, quos indicat, ac probat SCORTIA (*Lib. III. cap. 14. n. 1.*)

(2) BRVNO autem praeiverat PAPIAS in Gloſſario. *Introitus*, ait, *dicitur, quod per eum introimus ad ejus officium; verſus, quod per eum revertimur ad introitum*. Sic etiam AMALARIVS (*Lib. III. de Eccleſ. offic. cap. V.*) & ante ipſum CAROLVS M. Imp. in Libello ad ALCVINVM *de Sacrificio Miſſae* apud LATIVM [*pag.* 83.] ubi ait: *Antiphona ideo ad introitum dicitur, quia per hanc introimus ad officium divinum, ſicut per introitum oſtii ad ſecreta domus*. Quod & confirmat vetus quidam Anonymus Auctor in *Expoſitione Miſſae*, & *Sacrarum Scripturarum concordia*, quae teſte Card. THOMASIO *in diſquiſit.* praemiſſa antiquis libris Miſſarum exſtat in Mss. Ordine Romano Biblioth. Vallicellanae. Inde fortaſſe eſt quod ut obſervat *Petrus Le* BRVN (*Tom. I. caerem. Miſſae pag.* 161.) in antiquis Miſſalibus Eccleſiarum *Ebreduncaſis*, & *Glandatenſis*, aliiſque in *Normanniae* Provinciae locis, de quibus mentio habetur in Codice Reg. Biblioth. Paris. *num.* 3878. quemadmodum & in veteri *Carmelitarum* Miſſali, introitus officium vocatur, quia ab eodem Chorus incipit officium Miſſae; ſic pariter dicitur apud Monachos *Carthuſianos*, & PP. *Praedicatores*.

(3) Atque haec etymologia mihi maxime probatur. Nam uſus antiquis ad XII. ſaeculum temporibus obtinebat, ut antiphona ad Introitum in Miſſa publica a celebrante non legeretur. Certe, ut GEORGIVS animadvertit (*Lib. III. de Liturg. Rom. Pont cap. 7. p. 45.*) „ in vetuſtis *Romanis* ordinibus,

„ in

Digitized by Google

III. Omnes Scriptores hiſtoriae Eccleſiaſticae dicunt, introitum inſtituiſse in Eccleſia CAELESTINVM Papam (4), & Liber Pontificalis in Vita CAELESTINI id confirmat (5). At etiamſi referunt hoc omnes hiſtoriae, contra tamen videtur eſſe, quod DIONYSIVS *Areopagita* dicat, cantatos fuiſſe pſalmos a pſaltis, dum Epiſcopus ingrederetur ad altare. Ad haec ex TERTVLLIANO [*Lib. II. ad uxorem*, & in *exhortatione ad caſtitatem*] diſcimus, inter orationes Chriſtianorum praecipuum locum habuiſſe pſalmos DAVIDIS. Si itaque in ceteris congregationibus cantabantur pſalmi, quis ſibi perſuadeat, non fuiſse factum in Sacrificio praecipua Orationis parte? Certe D. BASILIVS praecipit in Liturgia, ut dum Epiſcopus ingreditur ad altare, pſaltae canant pſalmos. Praeterea D. GERMANVS CP. Epiſcopus in libro, quem inſcripſit *Theoriam rerum* *Quis inſtituit?*

 Eccle-

» in Miſſa *Illyrici*, in Miſſa *Ratoldi*,
» aliiſque vetuſtioribus, neque ab
» INNOCENTIO III. uſquam prae-
» cipitur, ut antiphona ad Introitum a
» celebrante dicatur. Immo DVRAN-
» DVS refert, Introitum, *Kyrie elei-*
» *ſon, Gloria in Excelſis Deo, & Cre-*
» *do, & Sanctus, & Agnus Dei*, le-
» cta fuiſſe a Capellanis *Romani* Ponti-
» ficis, quum ipſe Miſſam celebraret,
» vel audiret. Aptiſſimum tamen vi-
» ſum eſt, ut *Introitus* ſubmiſſa voce
» a Pontifice, caeteriſque celebrantibus
» legeretur; iſque mos initio ſaeculi
» XIV. invaluerat; ſiquidem in ordi-
» ne *Romano* XIV. qui a Cardinali *Ja-*
» *cobo* CAIETANO exaratus eſt, ha-
» betur, ut Cardinalis Epiſcopus, ſeu
» Presybter *Romano* Pontifici in Miſſa-
» rum ſolemniis adſiſtens: *quum Pon-*
» *tifex ad ſedem venerit, adſcendat di-*
» *ctus Cardinalis, & adſiſtens ei ex*
» *parte dextra, dicat cum ipſo Introi-*
» *tum Miſſae, & Kyrie eleiſon, legen-*
» *do*. » Aliud quoque hujus rei argumentum ſuppetit. Nempe ubi vel Proceſſiones Miſſam antecederent, vel officium quodpiam ante Miſſam celebraretur, totus omittebatur introitus, quod hodieque in Vigiliis Paſchae, & Pentecoſtes obſervatur, quia ſcilicet populus jam congregatus erat. Vide CATALANVM [*Comm. in Caerem. S. R. E. L. II. cap.* 57. *p* 238.]

(4) Plures vide indicatos a SCORTIA (*L. I. n.* 2.) BONA (*Lib. II. cap.* 3. *§. I.*) MERATIO ad GAVANT: (*p.* 70.) & GEORGIO [*Lib. III. de Liturg. Rom. Pont. cap. VII. n.* 1.] qui in eamdem abeunt ſententiam. Quamobrem videri fortaſſe poſſet BENEDICTVS XIV. ſummae ſuae ſemper in notandis Auctorum ſententiis moderationis nonnihil oblitus, dum de hac opinione pronunciavit (*de Sacroſ. Miſſae Sacrif. Lib. IV. cap.* 4. *n.* 2.) *Sed haec opinio omni caret fundamento*.

(5) Ante *Librum Pontificalem*, idem ſcripſerat auctor veteris Catalogi *Romanorum* Pontificum ab HENSCHENIO editi (*T. I. April.*) in haec verba de *Caeleſtino*: *hic fecit, ut Pſalmi centum quinquaginta deberent ante ſacrificium pſalli; quod ante non fiebat, niſi tantum epiſtola* PAVLLI *Apoſtoli, & Sanctum Evangelium, & ſic Miſſae celebrabantur*.

Eccleſiaſticarum, ait omnibus Congregationibus Eccleſiaſticorum, & Chriſtianorum commune fuiſse convenire, ut a pſalmis DAVIDIS incipiant (6). Poſſumus tamen illas hiſtorias cum his auctoribus ita conciliare, ſi dicamus in Eccleſia *Romana* cantatos quidem ſemper fuiſſe pſalmos, ſed non fuiſſe habitum pro certa lege; quod ipſe DAMASVS indicat in epiſtola, quam ſcribit ad D. HIERONYMVM, hac de re rogans, ut ad ſe mittat rationem, quam *Graeci* ſequuntur in ſacrificio: *quia*, inquit, *tantum legimus unum caput Evangelii, alterum Apoſtolorum* (7). Alio modo poſſumus conciliare, ut CAELESTINVS non introdu-

(6) Addit COVSTANTIUS (*T. I. epiſt. Rom. Pont. col.* 1226.) etiamnum extare homilias, & conciones, quibus Patres, etiam CAELESTINO antiquiores, Pſalmos, aliaſque ab Evangeliis, aut PAVLLI epiſtolis Scripturas explicant, quae populis, quum ad ſacrificium celebrandum convenirent, recitatae fuerant.

(7) Ineptiſſima eſt ea, quae ſub DAMASI nomine ad HIERONYMVM circumfertur epiſtola, nec tanto Pontifice digna. Vide LABBEVM (*T. II. Concil. col.* 867.)

Ceterum haec conciliandorum, quos appellavimus, Auctorum ratio non diſpliceret, niſi vetus ille *Romanorum* Pontificum catalogus diſerte moneret, Pſalmos ante CAELESTINVM non fuiſſe in introitu decantatos: *quod ante non fiebat, niſi tantum Epiſtola PAVLLI Apoſtoli, & Sanctum Evangelium; & ſic Miſſae celebrabantur.* Potius igitur iis, quae pro Pſalmorum cantu ante CAELESTINVM uſurpato noſter Auctor adtulit, reſpondendum eſſe video. GERMANVM tamen omittam, quem quum octavo ſaeculo vixerit, de ſacris ſuae aetatis conventibus, non de priſcis egiſſe quis non intelligat? DIONYSIVS igitur fruſtra objicitur, quum dubiae ſaltem auctoritatis ſint opera ejus nomine praenotata. BASILIVS vero, aliique Patres a COVSTANTIO indicati (quod idem de DIONYSIO dictum eſto, ſi tanti ſit) *Graeci* fuerunt: ſcimus autem, ut recte animadvertit BONA (*L. c.*) diverſos fuiſſe mores *Graecorum*, & *Latinorum*. Denique ut argumento, quod ex TERTVLLIANO petebatur, occurram, ſatis eſt, ſi in ipſo ſacrificio, ut in graduali, offertorio, Pſalmi canerentur, quin eos quoque in introitu decantari oportuerit. Certe S. AVGVSTINI aetate in *Africa* Pſalmi poſt Apoſtolum, ſeu epiſtolam canebantur. Nam ille initio Serm. XXXIII. *de verbis Domini* recenſet, quid in lectione Apoſtolica, quid in Pſalmo, quid in Evangelio lectum ſit. Et *de verbis Apoſtoli* ſerm. VIII. *Apoſtolum*, inquit, *audivimus, conſonant omnes divinae lectiones*; & infra Serm. X. *Primam lectionem audivimus Apoſtoli, deinde cantavimus Pſalmum: poſt haec Evangelica lectio decem Leproſos mundatos nobis oſtendit. Carthagine* quoque circa annum Domini CCCC. mos vigebat pſalmos ad oblationem canendi. Docet hoc idem S. AVGVSTINVS (*Retract. lib. II. cap. XI.*) Neque tamen in *Africa* pſalmi ad introitum canebantur. Inſignis eſt ad id comprobandum ejuſdem AVGVSTINI locus [*de Civit. Dei*

troduxerit introitum, ſed inſtituerit illos verſus, qui recitantur inter Epiſtolam, & Evangelium, quos vocant *tractus*, & *reſponſoria*, qûae introitui ſolitum ſtatim ſubjungi colligo ex Concilio IV. *Toletano Can. XI.* [inter quod, & illum fuerunt anni circiter cc.] quod reprehendit Sacerdotes *Hiſpanos*, qui aliquid canebant inter Epiſtolam, & Evangelium, & vocamus *Graduale*; hinc enim arguo, ante epiſtolam fuiſſe cantatum, idque a CAELESTINO inſtitutum (8).

IV. An autem haec caeremonia communis ſit, an propria Miſſae, conſtat ex his, quae dicta ſunt, ſcilicet quia Chriſtiani ſolebant auſpicari omnes orationes a pſalmis DAVIDIS in omnibus Congregationibus, non eſſe propriam, ſed communem. *An ſit caeremonia Miſſae propria?*

V. Ad quinctum reſpondeo, fuiſſe multas cauſſas. Prima, quam exponit idem GERMANVS [*eodem loco*] eſt, quod ſemper Chriſtiani vellent conjungere utrumque teſtamentum in Congregationibus, & utrumque diſcere, quemadmodum nunc non ſolum legimus unum Teſtamentum, ſed utrumque; at pſalmi DAVIDIS habent crebriores, & pulcriores ſententias: deinde ſunt quaſi Evangelium propheticum. Secunda cauſſa eſt, quod Chriſtiani ſemper inciperent ſuas orationes a cantu. Hoc tantum Chriſtianorum habent noſtri haeretici, quod incipiant a cantu conciones ſuas. Hanc ergo conſuetudinem habent a nobis. Tertia cauſſa erat, quia volebant Chriſtiani excitare animos quaſi *Quare ſemper conſtet verſibus DAVIDIS?*

Dei Lib. XXII. cap. VIII. n. 22.] in quo exordium Miſſae in die Paſchae his verbis commemoratur: *Venit Paſcha, atque ipſo die Dominico mane, quum jam frequens populus praeſens eſſet .... inde ad me curritur, ubi ſedebam jam proceſſurus .... procedimus ad populum: plena erat Eccleſia: perſonabat vocibus gaudiorum, Deo gratias, Deo laudes nemine tacente, hinc atque inde clamantium. Salutavi populum ..... facto tandem ſilentio, Scripturarum divinarum ſunt lecta ſolemnia.* Ex quo, inquit GEORGIVS (L. c. *pag.* 42.) patet, Anno Domini CCCCXXV. quo haec ſcribebat AVGVSTINVS, Antiphonam ad Introitum nondum ad Miſſam cantari coeptam.

(8) Atque id quidem ingenioſe excogitatum, ſed falſo. Laudes enim, de quibus *Toletanus* Canon, non erant niſi verſiculus cum *alleluja*, qui ex *Mozarabum* ritu poſt Evangelium canebatur. Veterem porro hunc *Hiſpaniarum* morem quum Sacerdotes quidam pervertere coepiſſent, Laudibus illis Evangelio praemiſſis, hoc eorum vitium Canon reprehendit, ac prohibet, non autem Tractus, & Gradualis cantum contra antiquam, quae invecta a CAELESTINO, conſuetudinem Epiſtolae poſtpoſitum. Vide BONAM [*Lib. II. Rer. Liturg. cap. 6. §. 4.*]

quaſi tuba quadam, quia miro modo animus adcenditur cantu. Quid autem canerent niſi pſalmos, qui vocati ſunt a pſallendo (9)?

Quare repetatur?

VI. Quare autem repetatur, variae ſunt ſententiae. Nonnulli putant, ex eo eſſe factum, quod ſaepiſſime Cantores abſolverant integrum pſalmum, & iterabant eumdem pſalmum, ut tempus protraherent, ut poſſet ingredi totus populus in Eccleſiam. Quod ſolebat repeti, & geminari propter expectandum populum, id nunc geminatur loco caeremoniae veneratione antiquitatis. Alii dicunt repeti, eo quod non canebatur integer pſalmus, ſed unus tantum, aut duo verſus, quod eſt valde probabile; ſeligebantque Chriſtiani verſiculos habentes plus efficaciae, & quia illa repeti ſolent, quae dicuntur magno adfectu, iterabatur introitus (10).

VII. No-

(9) Haec ex regula, & ordinaria introituum conſtitutione ſint dicta. Nam pauci ſunt Introitus, ex Pſalmis nequaquam deprompti; propterea illos DVRANDVS *irregulares* appellat. Ejuſmodi ſunt, qui dicuntur in Nativitate Domini: *Puer natus eſt nobis*; in Adſcenſione Domini: *Viri Galilaei*, in die Pentecoſtes: *Spiritus Domini*; & in Feſto S. *Petri* Apoſtoli. Hi tamen, aliique non multi apud GEORGIVM (*L. C. p.* 44.) e ſacris Libris petiti ſunt. Adde illis paucos neque e Pſalmis, neque ex ullo alio ſacrarum Litterarum Libro depromptos, ut ſunt *Salve Sancta Parens*, *Gaudeamus omnes in Domino*, & *Benedicta ſit Sancta Trinitas*, & qui Feria tertia Pentecoſtes recitatur ex Libro IV. ESDRAE [inter apocryphos a *Tridentinis* Patribus recenso (*cap. II. v.* 36. *ſeq.*) *Adcipite jucunditatem &c.*

(10) Ita ſenſiſſe AMALARIVS videtur, qui (*L. III. cap. V.*) quod a CAELESTINO inſtitutum diximus, ut Pſalmi in Introitu canerentur, ſic explicat, *ut ex omnibus Pſalmis excerperet Antiphonas, quae pſallerentur in officio* Miſſae. Ego autem cum BONA HONORIO *Auguſtodunenſi* adſentiri malo, quam AMALARIO, ac CAELESTINVM, ut Pſalmi *Antiphonatim* (quod legimus in Libro Pontificali) alternis ſcilicet choris ad introitum cantarentur, conſtituiſſe; S. GREGORIVM vero M. poſtea ex illis antiphonam pro introitu, alias pro reſponſorio, offertorio, & communione ſelegiſſe, hincque demum Librum ſuum *Antiphonarium* compoſuiſſe crediderim. Reddo HONORII verba in *Gemma animae* [*Lib. I. cap.* 87] CAELESTINVS, inquit, *Pſalmos ad introitum Miſſae cantari inſtituit, de quibus* GREGORIVS *Papa poſtea antiphonas ad Introitum Miſſae modulando compoſuit*. Immo & ante HONORIVM BONIZO *Sutrinus* Epiſcopus, qui saeculo XI. Libellum de *Sacramentis* ſcripſit a MVRATORIO vulgatum (*T. III. antiq. Med. aevi*) idem tradiderat his verbis: *Beatus vero* GREGORIVS *primus in Romana Eccleſia inſtituit, ut antiphona, quae vocatur Introitus, ad mulcendum audientium animos decantaretur*.

Digitized by Google

VII. Notandum eſt, eos verſus, quos uſurpamus in introitu, fere non reſpondere verſioni pſalmorum, qua nunc utimur (11), ut (12) ex Pſalmo XXIV legimus: *Libera Deus Iſrael ex omnibus anguſtiis*, ſecus quam habet noſtra verſio (13); quae res indicat antiquitatem, valetque ad probandum Introitum Miſſae eſſe antiquiorem HIERONYMO; nam omnes Auctores ante illum utebantur alia pſalmorum verſione (14).

§. VII.

DE ALLELVIA.

I. DUo ſunt quae adjunguntur ad Introitum, *Alleluja*, & *Gloria Patri*. De *Alleluja* ſunt ſex dicenda. Primo quid ſignificet; 2. quis introduxerit; 3. quibus in rebus dicebatur; 4. quo tempore; 5. quo loco Miſſae; 6. quare geminatur, ſicut introitus. Quod adtinet ad primum, quid ſignificet, cognoſcimus manifeſte ex initio Pſalmi CXLVI. *Laudate Dominum*; *quoniam bonus eſt pſalmus*. Hujus titulus eſt *Alleluja*. Itaque videtur ludere ſimilitudine vocabuli, ſicut quum Poeta dicit: *ante mare*, *&* *terras*, *&* *quod tegit omnia coelum*, coeli indicat etymologiam, nempe dictum eſſe a coelando, ſive tegendo. Sic DAVID ab etymologia videtur ſignificare nihil aliud eſſe *Alleluja*, quam laudare, aut pſallere, Graece ὑμνεῖν. Duae autem ſunt apud Hebraeos in illo verbo diſtinctiones; *Allelu* quod eſt laudare, & *Jah*, quod eſt unum ex decem nominibus propriis Dei. *Alleluja* ergo eſt *laudate Dominum*, ſed non ſignificat ſimpliciter abſolute laudare, ſed laudare,

I. Quid ſignificet.

(11) a S. HIERONYMO ad Hebraicum textum reſtitutae.

(12) *In Introitu Dominica II. Quadrageſimae addit C. L.*

(13) Addit idem C. L. *Libera Deus ex omnibus tribulationibus*.

(14) Id equidem verſionis antiquitatem indicat, non Introitus. *Romanos* enim ad S. PIVM V. Pſalterio veteris verſionis ad LXX. Interpretum editionem ante HIERONYMVM elaboratae, quam *Italicam* vocabant, uſos in ſacris ſemper fuiſſe, nova *Hieronymiana* interpretatione a *Gallicanis Hiſpaniſque* Eccleſiis recepta compertum eſt. Quamobrem quicumque demum *Romanus* Pontifex, CAELESTINO licet recentior, Introitum ex Pſalmis praeſcripſiſſet, non niſi antiquiorem illam verſionem, quae una in *Romana* Eccleſia obtinebat, exhibere Antiphonae potuiſſent.

re, vel celebrare canendo, quemadmodum apud *Graecos* υμνειν ſignificat non tantum laudare, ſed canendo divinas laudes celebrare. Teſtatur id PLATO (*Lib.* 3. *de Legibus*). Itaque quod eſt υμνειν apud *Graecos*, eſt *Alleluja* apud *Hebraeos*. D. autem PAVLVS non ſine cauſſa fere junxit haec tria υμνυς, ψαλμυς, και ωδας, ideſt cantus *Epheſ.* Cap. V., & *ad Coloſſ. III.* D. HIERONYMVS adnotavit in commentariis *in caput V. Epheſ. Hymnos* ſignificare laudes Dei, *Pſalmos* continere locum aliquem moralem, pertinereque ad mores, *odas* pertinere ad mundi fabricationem, & opera Dei. Itaque *Coeli enarrant gloriam Dei* eſt oda; *Laudate Dominum omnes gentes* eſt hymnus. Addit eſſe hymnos inter Pſalmos DAVID omnes illos, quibus praeponitur *Hallelujah* CVI. CXI. CXII. CXXXV. CXLVI. CXLVII. uſque ad ultimum. Idem notavit, in iiſdem Pſalmis ſemper repeti ad calcem *Hallelujah*, ut videantur eſſe carmina εγκυκλια exceptis duobus CXI. & CXII.

II. Unde habeat originem.

II. Secunda quaeſtio eſt, unde habeat originem. D. GREGORIVS (*Lib. 7. epiſt.* 63.) qui accuſatus fuerat, quod inſtituiſset, ut in Eccleſia *Romana* cantaretur extra tempus Pentecoſtes, originem habuiſse ſcribit ab Eccleſia *Hieroſolymitana*, tractumque fuiſse a D. HIERONYMO; ex quo omnes auctores ſcripſerunt D. HIERONYMVM introduxiſſe. Quidam vero dixerunt, DAMASVM Papam hortatu D. HIERONYMI inſtituiſſe, ut in Eccleſia *Romana* caneretur. Tamen falſum videtur (1), quia MARCELLA, ut conſtat ex CXXVII. epiſtola ad ipſam (*Tomo III.*) propoſuit quaeſtionem D. HIERONYMO, quare ea vox fuiſſet retenta ſine verſione, quod non feciſſet, niſi fuiſſet antiquiſſima. Reſpondet autem D. HIERONYMVS, id factum, ut aliquid venerationis tribueretur antiquiſſimae Eccleſiae *Judaeorum*. Ex quo patet, HIERONYMVM non fuiſse primum auctorem. Deinde idem in *Epitaphio* PAVLLAE ad EVSTOCHIVM ſcribit, ſolitam PAVLLAM hac voce *Hallelujah* convocare ſuas moniales ad Congregationem, tamquam adverbio quodam, uti videmus nunc pleroſque Religioſos τω *Deo gratias*, *Benedictinos* τω *Benedicite*, Moniales τω *Ave Maria*

(1) Totum hunc numerum ex C. M. fere reddidimus, paucis ex C. F. additis, quod C. F. plurimis mendis ſcateret.

Digitized by Google

Maria . 4. ibidem ſcribit HIERONYMVS, PAVLLAM fuiſſe vehementer laetatam; quod audiviſſet PAVLLAM infantem in cunis cecinisſe *Hallelujah*; unde colligimus, ſolitos fuiſſe Chriſtianos hanc ſanctiſſimam vocem docere ſuos pueros, non ſordidam aliquam, ut nunc noſtri aliquando factitant (2). 5. D. AVGVSTINVS (*ep. CXIX.*) loquitur de hac caeremonia tamquam antiquiſſima. Idem (*epiſtola CLXXVIII.*), ait ſuo tempore cantatam eſſe in omnibus Eccleſiis, & [*Lib. II. de Doct. Chriſt. cap. 2.*] propter venerandam antiquitatem docet, hanc vocem eſse retentam, nec verſam Latine. Item IVSTINVS, aut quiſquis fuit auctor *quaeſtionum*, quae Chriſtianis a gentibus proponebantur: *quum ubique*, inquit *quaeſt.* 50. (3), *cantetur, quid ſignificat?* Reſpondet: *το υμνησατε μετα μελος το ον: Laudate cum cantu id quod eſt.*

III. *Quibus in rebus dicebatur?*

III. Ad tertium reſpondeo, quod non dicebatur tantum in ſacro, neque tantum in laetis rebus; immo vero in exequiis cantabatur. Auctor eſt HIERONYMVS *in Epitaphio* FABIOLAE, deſcribens illius funus: *ſonabant pſalmi, & aurata tecta Templorum reboans in ſublime quatiebat Halleluja* (4).

(2) Neque omittendum, quod de *Palaeſtinae* ruſticis ad MARCELLAM idem HIERONYMVS ſcribit (*ep.* XVII.) *quocumque te verteris, arator ſtivam tenens Alleluja decantat:* (quod ipſum ſeq. ad eamdem epiſtola repetit) additque: *haec ſunt in hac Provincia carmina; hae, ut vulgo dicitur, amatoriae cantilones; hic Paſtorum ſibilus: haec arma culturae.*

(3) Loci hujus indicationem C. L. debemus.

(4) Chriſtianus LVPVS [*T. V. oper. p.* 159.] ad haec HIERONYMI verba, *exiſtimo*, inquit, *illum non de Cleri ſacro cantu loqui, ſed de fauſtis populi Chriſtiani adclamationibus.* At (quod etiam a SALA in notis ad BONAM *T. III. p.* 135. animadverſum video) nihil eſt, cur non de Cleri quoque cantu haec adcipiantur. Nam *Mozarabes* in Miſſa Defunctorum etiamnum *Alleluja* concinunt. *Galli* quoque antiquitus in Miſſis Defunctorum *Alleluja* canebant. (*Baudonivia* in vita S. RADEGVNDIS apud BOLLAND. *T. III. Auguſt. pag.* 82.) Idem adparet ex officio pro defunctis, quod ex Codice *Rhemenſi* edidit MENARDVS in notis ad Sacramentarium *Gregorianum* (*p.* 60.) ubi, ut praeſcribit rubrica, *in primis canitur pſalmus*: In exitu Iſrael, *cum Antiphona, vel Alleluja, deinde has orationes canit Presbyter*; orationes autem illae eaedem integrae exſtant in Sacramentario *Gelaſiano* Em. Thomaſii [*l.* 3. *n.* 91.] & earum prima extat in Sacramentario *Bobiano inter orationes ad defunctos*. *Graeci* pariter in officiis defunctorum, *Alleluja* frequenter ingeminant (*Euchol. Graec.* GOARII *pag.* 326.)

Ratio erat, quia quotieſcumque dicebatur hymnus, canebatur *Alleluja*: porro in exequiis etiam nunc hymnos canimus, in quibus pro *Hallelujah* addimus *Requiem* (5).

IV. Quo tempore dicebatur.

IV. Ad quartum. D. AVGVSTINVS [*ep. CXIX.*] ſcribit his verbis: *Paſchali tempore, & omnibus diebus Dominicis idem ad Altare obſervatur, & Alleluja canitur, quod ſignificat omnem actionem noſtram non eſse niſi laudare Deum*. Idem in commentariis *in Pſalm. CX.* (6). Haec fuit cauſſa, cur D. GREGORIO datum ſit vitio, non quod inſtituiſſet *Alleluja* (7), ſed quod

(5) Utut eſt, hoc mihi certum, apud antiquos Chriſtianos *Alleluja* vel in ipſis defunctorum exequiis cantum laetitiae fuiſſe; ii enim, ut ad Miſſale Mozarabum [*p.* 618.] obſervat Cl. LESLAEVS, admonitionis Apoſtoli memores [*ad Theſſal. IV.* 12.] de morte carorum ſuorum non triſtabantur, utpote qui ſpem certam de Reſurrectione conceperant: quin potius laetabantur, eos curſum ſuum pie, & laudabiliter in pace Eccleſiae Catholicae terminaſſe.

(6) In Pſalmum quoque CXLVIII. docet, moris fuiſſe, ut ante Paſcha minime cantaretur; bene vero tempore Paſchali; ait enim: *Ante Paſcha ergo, quod celebramus, hoc & agimus: poſt Paſcha autem, quod celebramus, ſignificamus, quod & nondum tenemus. Propterea illud tempus in jejuniis, & orationibus exercemus, hoc vero tempus, relaxatis jejuniis, in Laudibus agimus. Hoc eſt enim Alleluja, quod cantamus, quod latine interpretatur, ut noſtis*, Laudate Dominum. *Ideo illud tempus ante Reſurrectionem Domini eſt.* Hoc autem tempus quinquaginta ipſis a Paſchate ad Pentecoſten diebus definiri docet *Serm.* CCX. in Quadrag. (*cap.* 6.) *Sed tamen poſt ſolemnitatem Dominicae Paſſionis a die Reſurrectionis ejus per dies quinquaginta, quibus jejunia relaxamus, hoc in Domini laudibus perſonante* ALLELVIA *celebramus*.

(7) SOZOMENVS quidem [*Lib. VII. hiſt. Eccleſ. cap. XIX.*] narrat, ſemel tantum in anno eam vocem ALLELVIA decantatam fuiſse. Sed illum BARONIVS cum in notis *ad Martyrol.* [*ad diem V. Apr.*] tum in Annalibus [*ad ann.* CCCLXXXIV. *num.* 29.] egregie refellit, ubi diſertis S. HIERONYMI teſtimoniis id non *Romanae* Eccleſiae conſuetudinem, ſed VIGILANTII haeretici fuiſſe dogma demonſtrat. Mirum autem eſt, VALESIVM in notis ad eum *Graeci* hiſtorici locum in ea fuiſſe ſententia, ut SOZOMENO, cujus, ut ait S. GREGORIVS M. [*Lib. VII. ep. XCV.*] *hiſtoriam Sedes Apoſtolica recipere recuſat, quoniam multa mentitur*, potius quam HIERONYMO doctori Summo, *Romanarum* conſuetudinum peritiſſimo, antiquiori, atque adeo oculato teſti habendam eſſe fidem contenderit. BARONIVM & SOZOMENVM conciliare ſtuduit Eminentiſs. THOMASIVS [*Praefat. ad ant. Miſsar. librum p.* 29.] animadvertens, fortaſse die tantum Paſchae cantatum fuiſſe *Romae* ritu publico, ac ſtato *Alleluja*, ceteris vero diebus ex B. HIERONYMI traditione quemque ſuo arbitratu, ut mallet, illud ceciniſſe. Mihi tamen SOZOMENVS tanti non eſt, ut de ejus

Digitized by Google

quod inſtituiſſet eam extra tempus Pentecoſtes (8). Itaque tempore D. AVGVSTINI nec jejunabatur diebus Dominicis in Quadrageſima a carne, ſicut nunc; immo poenitentes etiam ea die veſcebantur carne, & canebatur *Alleluja*, quia erat Religio

g 2 non

ejus narratione cum HIERONYMO concilianda laborandum exiſtimem. Nam eamdem *Latinis* calumniam a MICHAELE *Cerulario* impactam video, quod ſolo Dominicae Reſurrectionis die *Alleluja* cantarent, quum tamen non ad cujuſque arbitrium, ſed ritu publico praeter novem hebdomadas, a ſeptuageſima nimirum ad Paſcha, toto anno apud nos caneretur. Nec ſane intelligo, quei AVGVSTINVS [*epiſt. CXIX.* ad IANVARIVM] ſcripſiſſet: *ut autem* Halleluja *per illos ſolos dies quinquaginta in Eccleſia cantetur, non uſquequaque obſervatur: nam & aliis diebus varie cantatur alibi, atque alibi*, IPSIS AVTEM DIEBVS VBIQVE (ritu certe publico, ac ſtato, quem unum heic ſpectabat cum IANVARIVS in ſua inquiſitione, tum AVGVSTINVS ei reſcribens) ſi *Romae* nonniſi Paſchatis die publico ac ſtato ritu cantatum fuiſſet. Quamquam non alia SOZOMENO videtur fuiſse erroris cauſſa, niſi quod, ut COVSTANTIVS [*Tom. I. epiſt. Rom. Pont. col.* 615.] ſcite animadvertit, quum apud Scriptores *Latinos* Paſcha vel de toto Paſchali tempore, vel de uno Reſurrectionis Dominicae die promiſcue dicatur, *Graecus* Scriptor *Alleluja Romae* tantum in *Paſcha* cantari audiens de uno die interpretatus ſit, quod de toto Paſchali tempore ſibi dictum fuerat.

(8) Eamdem GREGORII verbis interpretationem adhibuit laudatus COVSTANTIVS (*L. c.*) quamquam ut eam planiorem redderet, ex duobus MSS. Regio, & Colbertino particulam *non* Gregoriano textui addiderit: *Nam ut* Alleluja *heic non diceretur* [ſupple *extra Pentecoſtes tempora*] de Jeroſolymorum Eccleſia ex B. HIERONYMI *traditione* .... *traditur tractum*. Longe aliter BENEDICTVS XIV. (*de Feſtis D. N. J. C. Cap. VIII. n.*65.) GREGORIVM intellexit. Animadvertit ille, GREGORIVM poſtquam dixerat: *ut* Alleluja *heic diceretur, de Hieroſolymorum Eccleſia* .... *traditur tractum*, continenter addidiſſe: *Et ideo magis in hac Sede illam conſuetudinem amputavimus, quae heic a* Graecis *fuerat tradita*. Hinc porro collegit doctiſſimus Pontifex, GREGORIVM a Quadrageſima, & ab Exequiis mortuorum eam vocem ſubmoviſſe. Graeci enimvero non ſolum in defunctorum funere, ſed etiam in Quadrageſima *Alleluja* decantant; quod ex eorum *Euchologio* conſtat. Nec ſane video, quibus monumentis COVSTANTIVS confirmaturus ſit, quod tamen pernecesſarium foret, *Hieroſolymitanam* Eccleſiam HIERONYMI tempore, ab his *Graecorum* moribus diſcrepaſſe, ut extra Pentecoſtes tempora a cantando *Alleluja* omnino abſtinuerit, praeſertim quum *Palaeſtinis* quoque aratoribus adeo ſolemnis fuerit ejus vocis cantus, ut ipſe (quod ſupra vidimus) HIERONYMVS ex inde argumentum duxerit, quo MARCELLAM ad *Palaeſtinam* inviſendam excitaret. Itaque cum BENEDICTO XIV. id unum a GREGORIO M. conſtitutum crediderim, ut abrogata, quae ſub DAMASO ab *Hieroſolymorum* Eccleſia invecta fuerat, conſuetudine, neque in Quadrageſima, neque in defunctorum Exequiis *Alleluja* caneretur.

non laetari die Dominico. Sed Concilium IV. *Toletanum cap.* 10. ducentis annis poſt prohibuit, ne in Quadrageſima *Alleluja* caneretur, excepta hebdomada ſancta, quam interpretor excipi propter diem Sabbathi, quo incipit celebrari Paſcha, & quia haec dies non eſt moeroris, ſed laetitiae (9). Idem Concilium prohibuit, ne caneretur Calendis Januarii, quod Ethnici celebrarent choreas, & comeſſationibus colerent *Janum*. Ad quod etiam D. AMBROSIVS (*Serm. XI.*) exhortatur Chriſtianos, ut eo die ſint triſtes, ne imitentur Gentiles, qui eo die in honorem *Jani* curant culmas. Hac de re ſcripſit BEDA integrum caput in Lib. *de offic. cap.* 4. (10). D. HIERONYMVS epiſtola ad DAMASVM monet eſſe canendum *Alleluja* a Reſurrectione uſque ad Pentecoſten, & diebus dominicis (11): quod nunc facimus (12).

V. Quo loco diceretur.

V. Ad quinctum. *Walfridus* STRABO Lib. *de rebus Eccleſiaſticis* [*cap.* 22.] eſt in ea ſententia, ut aeſtimet, non fuiſſe cantatum in Introitu, ſed in Tractu, & Graduali. *Temporibus*, inquit, *laetis canendum eſt* Alleluja, *&* Gloria in Excelſis &c. Non probat, ſed tantum colligi dicit ex Conciliis *Hiſpanicis*.

Su-

---

(9) Hinc ISIDORVS in Lib. I. *de divin. offic.* (*Cap. XIII.*) *In* Africanis, inquit, *regionibus non omni tempore, ſed tantum Dominicis diebus, & quinquaginta poſt Domini Reſurrectionem Alleluja cantatur pro ſignificatione futurae Reſurrectionis, & Laetitiae. Verum apud nos, ſecundum antiquam* Hiſpaniarum *traditionem praeter dies jejuniorum, vel Quadrageſimae omni tempore canitur Alleluja*. Quamobrem quum *Gotho-Hiſpani*, uti & *Galli* Quadrageſimam quidem a die Dominica, quae *prima Quadrageſimae* dicitur, inchoarent, jejunium tamen a feria II. proxime ſubſequente, die illa Dominica magna cum ſolemnitate *Alleluja* canebant; immo Dominicam illam vulgo appellabant *Dominicam* in ALLELVIA, ut quae feſtive ab omnibus celebraretur.

(10) Confer MARTENIVM (*de ant. Eccleſ. ritib. Lib. IV. cap.* 13. *n.* 16.)

(11) Suppoſititia eſt ea epiſtola D. HIERONYMI nomine inſcripta.

(12) Non id tantum facimus; *Alleluja* enim toto apud nos anno locum in officio habet, excepto tempore quod a Septuageſima ad Paſcha decurrit. ALEXANDRI II. hac de re decretum referunt MICROLOGVS (*cap.* XLVII.) & HONORIVS *Auguſtodunenſis in Gemma animae* (*Lib.* IV. *cap.* CXVII.) Hujus ſunt verba: ALEXANDER *Papa ſecundus conſtituit, ut* ALLELVIA *ad veſperas* (Septuageſimae) *dimittatur*. Apud Monachos tamen non una in dimittendo *Alleluja* fuit conſuetudo; qua de re vide eumdem MARTENIVM [*de ant. Monach. ritib. Lib. III. cap.* 8. *n.* 3.]

Suſpicor ſignificare Concilium quartum *Toletanum cap.* 4., & *cap.* 11. (13).

VI. Ad ſextum. D. AVGVSTINVS in commentariis *in Pſal. CVI.* reddit cauſſam, quod ſoleat geminari in initiis pſalmorum (14): quod imitando Eccleſia geminat. Puto (15), aliam cauſſam eſse veriorem, nempe quod *Hallelujah* vox eſt multi adfectus, ſicut & illae: *Amen*, *Selah*. Itaque videmus in fine Pſalmi XL. ingeminari *Amen*, *Amen*. Item in fine Pſalmi LXXXVIII. quod (16) verterunt LXX. Interpreces γενητω, γενητω, *fiat*, *fiat*, & AQVILA, quem HIERONYMVS laudat inſignem Magiſtrum proprietatis Linguae Hebraicae, vertit πεπιςωμενως (17). Ergo quemadmodum geminabant *Amen* ad exprimendum adfectum, ſic *Alleluja*, ſicut illi, quibus impendent poenae, aut periculum, geminant *miſericordia*, *miſericordia*.

VI. Quare repetitur.

§. VIII.

(13) De Introitu ſilet quoque HILDEBERTVS (*Serm. XXIV.*) ſolumque Graduale, & Tractum indicat. Ceterum *Alleluja* muſicis notis cantabatur ab uno cantore in alba ſine planeta, ſtaute in gradu ambonis verſus orientem, & repetebatur a Schola Cantorum, ac ter ſaltem ſemper dicebatur. Quoad ritum cantandi Hugo VICTORINVS (*in ſpec. Eccleſ. cap. VII.*) *Alleluja*, inquit, *modicum eſt in Sermone, & multum in pneumate*. Et RVPERTVS *Tuitienſis* (*Lib. I. de divin. offic. Cap. XXXV.*) *Dum vero pſallimus Alleluja, jubilamus magis, quam canimus, unamque brevem digni Sermonis ſyllabam in plures neumas protrahimus; ut jucundo auditu mens attonita repleatur, & rapiatur illuc, ubi Sancti exultant in gloria*. Haec neumata, ſeu jubilationes, *Sequentiae* appellantur. *Hugo* VICTORINVS (*de offic. Eccl. L. II. c. XIX.*) *Notandum autem quod pneumata, quae in* Alleluja, *& ceteris cantibus in paucitate verborum fiunt, jubilum ſignificant*.

(14) C. M. addit: non tamen integre, ſed *Hallelujah*, *hallelu*.

(15) Malui ex C. M. majoris claritatis gratia iſtum locum exhibere, quam ex F. nec tamen, quae in illo deſiderantur, in hoc autem adduntur, omittam.

(16) F. C. addit: *ut obſervat* HIERONYMVS *in epiſt. ad* MARCELLAM [*T. III. epiſt vet. edit. ep.* 137.]

(17) Graecum non habet C. F., ſed haec Latina; *ita eſt certe*. Unde I. Cor. XIV. *quomodo reſpondebit* AMEN, idest *quomodo probabit, quod tu ais?* quod ſignificat AMEN.

Digitized by Google

§. VIII.

DE GLORIA PATRI &c.

Doxologiae origo.

I. ALia caeremonia eſt, ut poſtea dicatur *Gloria Patri*, de quo quatuor ſunt explicanda. 1.° unde habuit originem, ut diceretur poſt omnes pſalmos; 2.° quis fuerit auctor in Eccleſia Catholica; 3.° quae fuerint hac in re varietates, & mutationes; 4.° quibus in rebus, & quo loco diceretur. Quod adtinet ad originem, ſumptum eſt ex nonnullis locis D. PAVLI, qui quoties concludit aliquam orationem dicit: *cui eſt gloria in ſaecula ſaeculorum*, ut *ad Galat.I.* & multis aliis locis (1).

Auctor.

II. Itaque poſt exortam ſectam *Arrianorum*, qui negabant Filium eſſe coaequalem Patri contra Orthodoxam fidem, illique convenienter ſuo errori hos locos interpretabantur, coeperunt Orthodoxi in fine ſingulorum Pſalmorum dicere: *Gloria Patri, & Filio* ad illos refutandos, idque in *Graecia* primum (2), deinde

---

(1) Ut mirum non ſit, doctiſſimos Cardinales BARONIVM, & BONAM (*de divin. Pſalm. cap.XVI.* §.6.) ab Apoſtolis hujus Doxologiae origines derivaſſe. Quamquam id ipſum fecit multo antiquior S. BASILIVS, qui (*in Lib. de Sp. S.*) eam primis Eccleſiae temporibus receptam, traditamque nobis fuiſſe ab Apoſtolis contendit, probatque teſtimoniis S. CLEMENTIS *Romani*, S. IRENAEI, S. DIONYSII *Romani*, S. DIONYSII *Alexandrini*, EVSEBII *Caeſarienſis*, ORIGENIS, IVLII *Africani*, ATHENOGENIS, GREGORII Thaumaturgi, FIRMILIANI, MELETII, atque omnium Orientalium, qui eodem glorificationis hymno utebantur.

(2) Conſtat id non ſolum ex BASILII, quem citavimus, libro *de Sp. Sancto*, ſed etiam ex Liturgiis IACOBI, & ejuſdem BASILII. Serius tamen in *Oriente* mos coepit Doxologiae in omnium Pſalmorum fine recitandae. Teſtis hujus rei eſt CASSIANVS *Lib.II. Inſtit.* (*cap.* 9.) ubi ait: *Illud, quod in Provincia vidimus, ut uno canente in clauſula Pſalmi, omnes adſtantes concinant cum clamore* Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, *numquam per Orientem audivimus, ſed cum omnium ſilentio ab eo, qui cantat, finito Pſalmo, orationem ſuccedere; hac vero glorificatione Trinitatis tantummodo ſolere Antiphonas* (ideſt cantum alternum, ut MABILLONIVS interpretatur *de Liturg. Gallic. p.* 405.) *terminari*. Miror autem P. *Leodegario* MAYER (*explicat. Caerem. p.II. cap.* 2. *p.* 177.) veroſimile viſum eſſe, Pſalmos in *occidente univerſim hoc hymno terminari coepiſſe poſt Concilium* Narbonenſe a. DLXXXIX. *celebratum*. Nam in *Galliis* id moris CASSIANI temporibus multo ante illud Concilium viguiſſe audivimus. *Vaſenſe* autem

inde in Eccleſia Romana, ut videre eſt ex DAMASI de hac re epiſtola ad HIERONYMVM [*T. III. Concil.*] & hujus reſponſione, quae eſt Tomo IV. ipſius operum (3).

III. Quod ad tertium, commutationes fuerunt variae. Nam haeretici, qui erant adverſantes, dicebant ſe convenire cum Catholicis, & tamen non conveniebant, quia dicebant Filium eſſe paullo minorem. Quum autem interrogarentur, quomodo intelligerent Deum eſse Deum, coeperunt etiam dicere *Gloria Patri*, ſed ſe ſe explicabant aliter, & dicebant *Gloria Patri in Filio*, ut dicerent, Patrem eſſe glorificatum per Filium, ut auctor eſt SOZOMENVS [*Lib.4. hiſtoriae tripartitae cap.3.*] (4). Alia mutatio, quod *Arriani* conjungerent *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto* ſine conjunctione, ut profiterentur unicam eſse perſonam, ſed magis credo fuiſſe *Sabellianos* (5). Hoc pro-

Varietates & mutationes.

tem Concilium, cujus verba paullo poſt recitabimus, eamdem conſuetudinem jam a. DXXIX. (hoc enim anno habitum illud fuit) *per totam* Africam, & Italiam *obtinuiſſe* teſtatur. Quid enim eſt in *omnibus clauſulis* poſt GLORIA dictum fuiſſe *Sicut erat &c.*, niſi omnes clauſulas (utique Pſalmorum maxime) in illis regionibus hymno illo conſtitiſſe? Id ergo unum *Narbonenſi* Concilio debemus, quod idem mos in *Hiſpaniis*, de quibus *Vaſenſes* Patres ſiluerunt, receptus poſtea fuerit.

(3) Cave, ne his epiſtolis fidas, ſunt enim, ut ſapienter BELLARMINVS monet (*Lib. II. de Miſſa cap.16.*) *ſuppoſititiae, & ineptiſſimae*. Confer COVSTANTIVM (*in T.I.Epiſt. Rom. Pontif. col..613.*)

(5) Hinc de LEONTIO *Antiocheno* Epiſcopo haec narrat THEODORETVS (*Eccleſ. hiſt. Lib. II. cap. 19. Sirmond. edit.*) „ Quum *Arriana* blaſ„ phemia prorſus laboraret, morbum „ occultare conatus eſt. Et quum duas „ in partes diviſum Clerum, ac reli„ quum populum videret, atque alios „ quidem in glorificatione Filii con„ junctionem ET uſurpantes, alios „ praepoſitionem PER Filio, IN au„ tem Spiritui Sancto applicantes, ip„ ſe ſilentio totam glorificationem pro„ ferebat, ita ut ſolam clauſulam IN „ SAECVLA SAECVLORVM au„ dirent, qui propius adſtarent „. Illis tamen verbis in orthodoxo ſenſu uſus eſt S. LEO M. (*Serm.I. de Nativ.*) dicens: *agamus dilectiſſimi, gratias Deo Patri* PER *Filium* IN *Spiritu Sancto*.

(5) Nemo miretur, *Sabellianos* in *Hiſpaniis* VIGILII temporibus a MALDONATO indicari. *Priſcillianiſtas* enim hac ipſa in epiſtola VIGILIVS memorat; hos autem S. AVGVSTINVS in Lib. *de haereſibus* (*cap. LXX.*) ait, *de Chriſto* Sabellianam *ſectam tenuiſſe, eumdem ipſum eſſe dicentes, non ſolum Filium, ſed etiam Patrem, & Spiritum Sanctum*. Quum tamen animadverto ab iis, quos VIGILIVS heic carpit, *uni Spiritui Sancto* conjunctionem ET demptam fuiſſe, *Semiarrianos* fuiſſe ab illo denotatos potius crediderim. Nam *Semiarriani*

prohibitum eſt a Concilio *Toletano* IV. Eſt & de hac re aliquid in VIGILII epiſtola ad ELEVTHERIVM (6) *cap.* 2. Deinde coeperunt *Arriani* dicere, ut nos, ſed alio ſenſu, ut Filio parem gloriam, ſed non honorem tribuerent. Itaque Concilium *Toletanum* conſtituit, ut diceretur *Gloria, & honor Patri* &c. quod dictum eſt in *Apocalypſi* [*Cap. V.*] *Gloria, & honor Deo noſtro*; & in Pſal. XXVIII. *Adferte gloriam, & honorem Deo* (7). Alia commutatio fuit, quod *Arriani* male ſentirent de Filii aeternitate, & haec omnia interpretarentur ſuo arbitrio, & propterea Concilium *Vaſenſe* ſecundum (8) *in Gallia Cap. V.* decrevit, ut poſt illa verba, quae uſitata erant in Eccleſia, adjiceretur: *Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper* (9). Illa autem *& in ſaecula ſaeculorum* occaſione haereticorum fuerunt adjecta. IRENEVS *Lib. I. de haereſibus* mentionem facit.

IV. Quod

---

ni de Filii divinitate, vel minus quam *Arriani* perdite, vel etiam recte aliqui judicabant, ſoli autem Spiritui Sancto divinitatem abrogabant. Quamobrem conjunctionem ET auferebant, non tam ut unam eamdemique perſonam Filium, ac Spiritum Sanctum eſſe deſignarent, quam ut huic divinitatem, quam Filio non difficiles tribuebant, adimerent.

(6) Legendum ad PROFVTVRVM *Braccarenſem*.

(7) Et ſic in *Mozarabum* cum Miſſali, tum Breviario recitata deinceps fuit doxologia. *Galli* tamen, uti nos, illam iis verbis *Gloria Patri, & Filio* efferebant. Vide S.GREGORIVM *Turonenſem* (*Lib. VI. hiſt. cap.* 40.)

(8) A. DXXIX.

(9) Hoc additamentum *Nicaeno* Concilio BARONIVS (*ad ann. CCCXXV. num.* 177.) aliique adjudicant. Certe ad compeſcendos *Arrianos*, qui Filii aeternitatem negabant, adcommodatiſſimum eſt. Quare Concilium *Vaſenſe* ſecundum ſic ſtatuit: *Quia non ſolum in Sede Apoſtolica, ſed etiam per totum* Orientem, *& totam* Africam, *vel* Italiam, *propter haereticorum aſtutiam, qua Dei Filium non ſemper cum Deo Patre fuiſſe, blaſphemant, in omnibus clauſulis poſt* Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, ſicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſaecula ſaeculorum Amen, *dicitur. Etiam nos in univerſis Eccleſiis noſtris hoc ita dicendum decernimus.* Ne tamen illud *Nicaenis* Patribus tribuendum exiſtimem, facit acuta P.AZEVEDO animadverſio (*Exerc. XXXI. p.* 133.) Verumtamen, inquit ille, diverſa ratio, qua hic hymnus tam in *Oriente*, quam in *Occidente* recitatus fuit, clariſſime oſtendit, eum a Concilio *Nicaeno* compoſitum non fuiſſe; alias enim ubique eodem pacto decantatus fuiſſet; atque nemo illum immutare, vel loco movere auſus fuiſſet. Atqui *Graeci* omnes tum praeteritorum, tum praeſentium temporum dicunt *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, & nunc, & ſemper, & in ſaecula ſaeculorum Amen. Hiſpani* vero dicunt: *Gloria, & honor Patri, & Filio, & Spiritui Sancto in ſaecula ſaeculorum Amen.* Unde verba *per totum Orientem* in Concilio *Vaſenſi* relata, exiſtimat addita MENARDVS.

Digitized by Google

Locus, & tempus.

IV. Quod adtinet ad locum, & tempus, Concilium IV. *Toletanum Cap. XV.* definivit, ut non diceretur in triſtibus, & niſi quando canuntur laudes, & ideo fit, ut neque dicatur in Miſsa pro defunctis, & quum fit commemoratio defunctorum, ſed loco *Gloria Patri* diceretur *Requiem aeternam* (10).

§. IX.

DE KYRIE ELEISON.

Ejus origo.

I. TRia dicenda ſunt de origine & de auctore, de caeremonia, & de rebus, in quibus habebat locum. Quod ad primum adtinet, verbum ipſum indicat a *Graecis* habuiſse originem, quia vox eſt *Graeca* (1). Dicebant enim *Graeci Mi-*

(10) Addit C. L. quia in mortuorum orationibus non eſt laus, ſed ſuffragium: quare epilogus debet convenire orationi. C. autem M. paullo aliter, nempe: „ inde factum eſt, ut ejus „ loco ſufficiatur *Requiem aeternam* in „ officiis mortuorum, etiam poſt Pſalmos, quia etſi continent Laudes „ Dei, tamen tunc potius dicuntur ut „ orationes, quam ut Laudes „.

Ceterum id ipſum, quod *Toletanum* ſtatuit, decrevit etiam a. DCCCXVII. Concilium *Aquiſgranenſe*. Eadem de cauſſa omittitur etiam ad *Lavabo* in Miſſis defunctorum, & a Dominica Paſſionis uſque ad Sabbatum Sanctum.

At nihilne de ritu, quo doxologia dicenda eſt? Inclinandum eſſe caput Miſſalis Rubricae praeſcribunt; qua de re confer MERATIVM ad GAVANTIVM [*P. II. Tit.* 3. *p.* 157.] & CATALANVM ad *Caeremoniale Epiſcop.* (*Lib. II. cap.* 1. §. 6. *n.* 10. & *ſeq*). CECCOPERIVS tradit, IOHANNEM Papam XXII. caput ad hunc hymnum inclinantibus triginta dies Indulgentiae conceſſiſſe.

(1) Cur autem *Graeca* Latini retinuerint, explicat antiquus auctor inter opera S. AVGVSTINI a *Maurinis* in append. T. II. creditus VIGILIVS *Tapſenſis in altercatione cum* PASCENTIO *Ariano*, quae olim erat S. AVGVSTINI epiſtola CLXVIII. „ Sicut „ enim *Graeca* lingua, inquit, quod „ eſt *homouſion*, una dicitur, vel creditur a fidelibus Trinitatis omnino „ ſubſtantia, ſic una rogatur, ut MISEREATVR, a cunctis *Latinis*, & „ barbaris unius Dei natura, ut a laudibus unius Dei, nec ipſa lingua barbara ſit ullatenus aliena. *Latine* „ enim dicitur *Domine miſerere*. Sola „ ergo haec miſericordia ab ipſo uno „ Deo Patre, & Filio, & Spiritu Sancto lingua debet *Hebraea*, vel *Graeca*, aut ipſa ad poſtremum poſtulari „ *Latina*, non autem barbara. Si enim „ licet dicere non ſolum barbaris *ſibora armen*, quod interpretatur, *Domine miſerere*, cur non liceret in Conciliis Patrum in ipſa Terra *Graecorum*, „ unde ubique deſtinata eſt fides, lingua propria *homouſion* confiteri, „ quod eſt Patris, & Filii, & Spiritus Sancti una ſubſtantia „? Haec ille.

Digitized by Google

ſerere mei Domine, quod repetitur in Liturgia IACOBI; ad finem enim dicitur *miſerere mei*, niſi quod addatur ημας (2), & in Liturgia BASILII. Haec a *Graecis* proprie vocabatur λιτανεια παρα το λιτανευειν (3). Etſi enim in Litaniis orabant Sanctos, non tamen dicebant: *ora pro nobis*; ſed proprie erat illis Litania illud, ubi dicimus: *te rogamus*, *audi nos*, & *exaudi nos Domine*. De hac re exſtat BASILII epiſtola LXIII. Rurſus ſolebant ſaepe clamare apud *Graecos* in Miſſa diaconus, & totus populus σῶσον, ελεησον, *ſerva*, *libera*, *miſerere*, *cuſtodi*, *propitius eſto*, & id genus alia, ut videre eſt in Liturgia D. IACOBI, & D. BASILII.

Auctor. II. Quis vero introduxit? GREGORIVS dicitur fuiſſe Auctor, ut conſtat ex epiſtola ejus 63. *Lib.* 7., & ob id accuſatus fuiſſe a *Syracuſanis*; quod introduxerit, quod novum erat; ſed credo falſum eſſe (4). Primum quia ipſe non adfirmat, ſe fuiſſe auctorem; 2.° in Concilio *Vaſenſi Cap. III.* de hac re diſputatum

---

le. In ea diſſertatione, quam a. MDCXVI. praeſide *Johanne Andrea* SCHMIDT *Auguſtinus Johannes* FASCHIVS examinandam propoſuit *de inſignioribus veterum Chriſtianorum formulis* [p. 27.] conſultius fore ait heterodoxus diſputator, ſi verba *Graeca Kyrie eleiſon* in alia quae populus intelligeret, verba commutarentur. *Sed*, inquit BENEDICTVS XIV. [*de Sacr. Miſſ. Sacrif. Lib. II. cap. IV. n.* 7.] *neminem quidem certe futurum arbitror, qui prae hujus* FASCHII *opinione veterem, conſtantemque ſenſum Eccleſiae non retineat*.

(2) Hinc in quibuſdam quoque *Latinis* Eccleſiis, uti *Johannes* BELETHVS ſaeculi XII. Scriptor teſtificatur *in explicatione divinorum officiorum* [*cap.* 38.] addebatur *imas*: quod tamen ex DVRANDI *Rationali* [*Lib. IV. cap.* 12. *num.* 4.] ita intelligendum monent CATALANVS *in Caerem. Epiſcop.* [*Lib. II. p.* 80.] & SALA in BONAM [*T.III. p.*75.] ut vox illa poſt ultimum dumtaxat *Kyrie* ſubjiceretur.

(3) *Litaniam* quoque appellant *Latini*, ut ordo Romanus I. apud MABILLONIVM [*num. IX.*] & S. BENEDICTVS, cujus verba infra reddemus. Addo heic ex verbis *Kyrie eleiſon* factum barbarum illud *Kyrie eleiſare*, quod in vita S. WNBALDI Abbatis *Heindenheimenſis* occurrit apud SVRIVM [*ad d. XVIII. Decembr. num.* 28.] nempe, *Kyrie eleiſon canere*.

(4) Recte, in eaque ſententia ſunt etiam BELLARMINVS (*de Miſſa Lib. II. cap.* 16.) SCORTIA (*Lib. III. n.* 3.) BONA (*Rer. Litur. Lib II. cap.* 4. §. 1.) BENEDICTVS XIV. (L. c.) ceterique, qui de Liturgicis rebus adcuratius egerunt. SILVESTRO tribuunt Hugo VICTORINVS, SOTVS (*Lib. IV. ſent. diſt.* 13. *quaeſt. II. art.* 4.) aliique; quod & legitur in Miſſali *Venetiis* edito apud heredes *Antonii* IVNCTAE. Verum quibus id monumentis confirmari poſſit, non video.

Digitized by Google

tum fuit, & conſtitutum, ut Letania diceretur in Miſſa [fuit autem celebratum illud Concilium ante GREGORIVM L. annos & amplius], & ſignificat fuiſse in omnibus Eccleſiis ſuo tempore confirmatam conſuetudinem, praeterquam *in Gallia*: Vide CAROLVM Magnum [*Lib. I. legum Francicarum*], & auctorem Lib. *de Caeremoniis*, quiſquis is fuit, [non enim eſt CAROLVS Magnus].

III. Porro *Kyrie eleiſon* aliter apud *Graecos*, aliter apud *Latinos* canebatur. Apud illos incipiebat dicere diaconus Κυριε ἐλεησον, & ſequebatur totus populus: apud hos ſoli Sacerdotes, & Diaconi pronunciabant. Atque hoc eſt, quod nunc multis in locis miniſter reſpondeat *Kyrie eleiſon*, quaſi vices gerens Diaconi (5). Alia differentia, de qua GREGORIVS [*ep. LXIII. Lib. 7.*] quod apud *Latinos* adjectum ſit χριςε ἐλεησον (6). Sunt qui dicant, D. GREGORIVM quum fere inter celebrandum levaretur dolore ſui ſtomachi, cui erat obnoxius, inſtituiſſe, ut illud lentius caneretur. Sed etſi dolore ſtomachi premeretur, non tamen videtur propterea aliquid addidiſſe Miſsae caeremoniis, ſed potius ut Sacerdos diutius orationi immoraretur (7). *Quo ritu diceretur.*

h 2 IV. Di-

(5) Miniſter populi vices gerit; nam GREGORIVS ait, a Clericis dictum, & a populo reſponſum fuiſſe.

(6) Immo ut recte obſervant BONA (*L. c.*) & GRANCOLASIVS (*anc. Liturg. p.* 400.) toties dici conſueverat *Chriſte eleiſon*, quoties *Kyrie* dicebatur, quum nunc ter tantum *Chriſte*, ſexies *Kyrie* dicamus. *Ambroſiani* numquam illud *Chriſte* adhibent, ſed tantum *Kyrie*, idque non eodem, quo *Romani*, loco, ſed ter ante *Gloria*, ter poſt Evangelium, demum ter in fine Miſſae.

(7) Si anonymum Scriptorem *de ordine Miſſae* a GEORGIO ex Vaticano codice editum audimus, GREGORIVS *Papa . . . Kyrie eleiſon novies cantari praecepit*; quod & docuerat antiquior BONIZO *Sutrinus* Epiſcopus in Libello *de Sacramentis* apud MVRATORIVM (*T. III. antiquit. Italic.*) Verum praeterquamquod nihil hac de re ipſe GREGORIVS meminit, olim numerus dicendi *Kyrie eleiſon* non erat praefinitus, ſed tamdiu protrahebatur a Cantoribus, quoad Pontifex juberet, ut in formulam *Chriſte eleiſon* immutaretur, quemadmodum THOMASIVS [*in diſquiſit. antiquor. rit. cant. Miſſae*] MARTENIVS [*de ant. Eccleſ. ritib. Lib. I. cap.* 4. *art.* 3. *num.* 5.] GEORGIVS (*de Liturg. Rom. Pont. T. II. p.* 80.) animadvertunt ex *Romanis* Ordinibus I. n. 9. & V. n. 6. atque ex ALCVINO (*de divin. offic. cap. XI.*) Sub AMALARII tamen tempora eodem THOMASIO obſervante *Kyrie eleiſon* fuiſſe certo numero dictum videtur; ſaeculo autem XI. novies tan-

tum-

Digitized by Google

Quibus in rebus dicebatur.

IV. Dicebatur autem omnibus fere in orationibus. Unde factum eſt, ut omnes horae Canonicae deſinant in Κυριε ελεησον. Qua de re vide Concilium *Vuſenſe cap.* 3. (8).

§. X.

DE GLORIA IN EXCELSIS.

Quomodo vocetur ab Antiquis.

I. PRimum dicendum eſt, quomodo vocetur ab antiquis; 2. quis introduxerit in Eccleſiam *Romanam*; 3. quis compoſuit; 4. quo loco diceretur, & quibus temporibus. Quod ad primum ſpectat, omnes auctores antiqui vocant hunc hymnum *Angelicum*, quia Angeli dixerunt. Adnotavit *Walfridus* STRABO in Lib. *de rebus Eccleſiaſticis* [*cap.* 22.] duos hymnos vocari

---

tummodo decantatum fuiſſe GEORGIVS (*L. c. p.* 80.) ex vetere Antiphonario colligit, qui ritus ab INNOCENTIO III. (*de myſt. Miſſae Lib. II. cap.* 20.) explicatus adhuc perſeverat. Olim autem cantabatur a ſchola Cantorum poſt cantatam Antiphonam ad Introitum, ſimul ac Pontifex facta oratione apud altare, ad ſedem adceſſiſſet. Ordo Romanus I. *Schola vero finita Antiphona* (ad Introitum) *imponit Kyrie eleiſon. Prior vero ſcholae cuſtodit ad Pontificem, ut ei adnuat, ſi vult mutare numerum Letaniae, & inclinat ſe Pontifici*. Nunc quoque, ut ait *Paris de* CRASSIS apud MABILLONIVM, in Miſſa *Romani* Pontificis *Kyrie* tamdiu dicitur, quamdiu reverentia a Cardinalibus Pontifici fiat. Illud etiam ad hujus Litaniae ritus pertinet, quod a nono circiter ſaeculo clauſulis quibuſdam plerumque inſulſis interpolata fuerit. Exempla dabunt BONA [*L. c. §.* 2.] *Johannes* de IOHANNE in lib. *de divinis Siculorum officiis* (*p. III.*) ac MVRATORIVS in diſſert. *de reb. Liturg.* (*cap. VII. p.* 99.) Sufficiant pauca ex FVLBERTO *Carnotenſi* XI. ſaeculi Scriptore deprompta, quae cum aliis ejuſdem furfuris etiam GRANCOLASIVS exhibet (*Ancien. Liturg. p.* 461. *ſeq.*) *Kyrie rex genitor ingenite, vera eſſentia, eleiſon. Kyrie luminis fons, & rerum conditor, eleiſon. Kyrie, qui nos tuae imaginis ſignaſti ſpecie, eleiſon. Kyrie, qui perfecta es ſapientia, eleiſon &c.*

(8) Idem S. BENEDICTVS ſuis Monachis praeceperat: *Supplicatio Litaniae, ideſt Kyrie eleiſon; & ſic finiantur vigiliae nocturnae* (Reg. cap. IX.); *Litania, & completum eſt* (cap XII. & XIII.); *Kyrie eleiſon, & Miſſae ſint* (Reg. cap. XVII.). Adhibitum praeterea fuiſſe *Kyrie eleiſon in funere deducendo* conſtat ex Concilio *Arelatenſi* VI. a. DCCCXIII. (*Can. III.*) atque ex Capitulari HERARDI (*cap.* 58.) ubi dicitur, ut *exequiae mortuorum cum luctu ſecreto, & cordis gemitu fiant, & Pſalmos ignorantes* Kyrie eleiſon *ibi dicant*. Ceterum in iis Miſſis, quae Litanias ſequebantur, omittebatur, ut MABILLONIVS ex Ordinibus *Romanis* a ſe vulgatis animadvertit (*Comm. §.* 6. *n.* 3.) ob eam videlicet cauſſam, quod in Litaniis jam cantatum fuiſſet.

Digitized by Google

cari ab Eccleſiaſticis *Angelicos*, *Gloria in Excelſis*, & *Sanctus*, *Sanctus*, quod legitur apud *Iſajam VI. cap.* alii addunt *Alleluja*, & vocant *Angelicum* hymnum, quia in *Apocal.* cap. XIX. dicitur ab Angelis (1).

II. Quis vero introduxit? Apud *Graecos* ſemper credo fuiſſe dictum in Miſſa, quod patet ex D. IACOBI liturgia, & ex CLEMENTE [*Lib. 7. Conſtit. cap.* 47.] qui totum hunc hymnum fere recitat: apud *Latinos* vero putant, TELESPHORVM introduxiſse, ut ſcribit DAMASVS(2) in ejus vita; ſed *Walfridus* STRABO (*cap.* 2.) argumentatur contra hanc hiſtoriam, & ſcribit, apud antiquos nihil ante CAELESTINVM fuiſſe dictum ante Epiſtolam, & Evangelium nec pſalmos; fuit autem multo antiquior TELESPHORVS, utpote ſextus a D. PETRO. Sed reſpondet fieri potuiſse, ut TELESPHORVS introduxerit illam conſuetudinem, ſed intermiſſam CAELESTINVS revocarit. Non enim poſſumus negare fuiſſe adhibitam aliquam orationem, & hymnum. Alia ratio illius eſt, inſtituiſſe TELESPHORVM, ut diceretur quidem *Gloria in Excelſis* ab Epiſcopis ſolis, qui celebrarent ſolemniter; a CAELESTINO vero introductam fuiſſe conſuetudinem, ut etiam a celebrantibus Sacerdotibus. Tertio reſpondet, TELESPHORVM inſtituiſſe quidem hymnum Angelicum: *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus*; ſed ambiguitate vocabuli factum, ut quidam ſcripſerint, eum inſtituiſſe *Gloria in Excelſis*, qui etiam eſt hymnus *Angelicus*. Credo ego, quod dicunt hiſtorici, nihil ſolitum fuiſse dici ante CAELESTINVM ante Epiſtolam, & Evangelium, hoc intelligendum eſſe de lectione Scripturae ſacrae, non de orationibus aut hymnis, quia ante Sanctum CAELESTINVM nihil legebatur ante Evangelium (3).

Quis introduxerit.

III. Quo

(1) *Graeci*, ut a *Gloria Patri* diſtinguant, *doxologiam magnam* appellant.

(2) Liber ſcilicet Pontificalis, qui olim DAMASO perperam tributus fuit.

(3) Sunt qui SYMMACHO Papae, ſunt qui HILARIO *Pictavienſi* tribuant, quos vide indicatos a SCORTIA [*Lib. III. cap.* 16. *n.* 2.] & a BONA (*L. c.*) Ego vero etſi Librum Pontificalem DAMASO abjudicandum cenſeo, non tamen ejus auctoritatem tam facile contemnendam putarim, in rebus praeſertim, quae contrariis monumentis refelli non poſſint. Itaque ut hac in re quid ſentiam, libere promam.

1. Haec de TELESPHORO Liber Pontificalis: *Hic conſtituit... ut in Natali*

Quo tempore diceretur.

III. Quo autem tempore dicebatur? Definivit Concilium *Toletanum IV. Cap. XV.*, & MICROLOGVS [*cap. 2.*] ſcribit Eccle-

---

tali Domini noctu Miſſa celebraretur .... & in ingreſſu Sacrificii Hymnus *diceretur* Angelicus, *& cetera* TANTVM *noctu Natalis Domini*. WALFRIDVS, AMALARIVS, RHABANVS, INNOCENTIVS III. ceterique, qui TELESPHORVM hujus hymni auctorem faciunt, Libri Pontificalis ſententiam haud ſatis perſpectam habuerunt. Non enim heic dicitur TELESPHORVS hymni Angelici auctor; unum hoc illi tribuitur, quod eum *tantum noctu Natalis Domini* recitandum praeſcripſerit. Id autem ſi *Walfridus* STRABO animadvertiſſet, nae ille de CAELESTINI decreto cum TELESPHORI inſtitutione conciliando tantopere non laboraſſet. Nam quod pro una Nativitatis nocte conſtitutum a TELESPHORO fuerat, univerſam Miſſae toto anno celebrandae rationem a CAELESTINO nonnihil poſtea immutatam non attingebat. Quid? quod non integrum hymnum Angelicum primo a TELESPHORO ea nocte inductum fuiſſe veroſimile eſt, ſed illius verba tantum Evangelica, ſicut in IACOBI Liturgia exſtant. Suſpicor quoque, TELESPHORVM *Graece* illa verba recitari juſſiſſe. Adnotatum eſt a GEORGIO [*T. II. p. 99.*] *Romae* olim in prima Miſſa Nativitatis Domini hymnum *Gloria in Excelſis Graece* fuiſſe decantatum, in ſecunda vero *Latine*. Nam Anonymus *Turonenſis* in Libro cui titulus eſt *Speculum Eccleſiae* id teſtatur: *In hac Miſſa*, inquit, *cantetur* Gloria in Excelſis, *quod antea tacebatur; ſolus Sacerdos praecinit hac nocte, mox cum eo totus chorus: nos canimus illud* Graece *juxta morem antiquum* Romanae *Eccleſiae, in prima quidem Miſſa, ſed in ſecunda* Latine. Hunc enimvero *Romanae* Eccleſiae morem inde fluxiſſe conjicio, quod *Graece* primum hymnus ille etiam in *Romana* Eccleſia legeretur; id autem TELESPHORO *Graeco* homini [nam *in Magna Graecia* natus erat] quid tribui prohibet?

2. Quod TELESPHORVS pro una Nativitatis Dominicae nocte ſtatuerat, id SYMMACHVS ad Dominicos, & NATALES Sanctorum dies extendit. Haec ex libro Pontificali, cujus auctoritate nixus auctor *Expoſitionis Miſſae* ſaeculo XII. conſcriptae apud GEORGIVM (*L. c. p. 93.*) ait: SYMMACHVS *Papa conſtituit, ut idem Hymnus in Dominicis diebus, & in Natalitiis Sanctorum frequentaretur, quod antea non fiebat*. Quum autem in Libris *Conſtitutionum*, quemadmodum ex MALDONATO audivimus, hic hymnus legatur [qui quidem libri quarto jam ſaeculo exſtabant] facile mihi perſuadeo, integrum in *Latina* quoque Eccleſia recitatum fuiſſe. Non una tamen hujus hymni formula eſt, ut apud THOMASIVM videre eſt in Pſalterio cum explicationibus; imo alia in Miſſali, alia in Breviario Mozarabes utebantur. Mihi primigenia fuiſſe videtur, quae in laudatis Apoſtolorum *Conſtitutionibus* traditur, ejuſque prope ſimilis illa eſt, quam idem THOMASIVS (*L. c. p. 760.*) vulgavit. Noſtra tamen vetuſta eſt, eamdemque non ſolum Vaticani Codices, & Miſſale XIMENII, ſed etiam Sacramentarium *Bobienſe*, & *Anglicani* Codices apud VSSERIVM (*de tribus Symbolis p. 33.*) exhibent. Quis porro *Graecorum* poſt TELESPHORI aetatem addita-

Eccleſiam *Romanam* conſtituiſſe, ut diceretur in omnibus Feſtis plenis, ideſt duplicibus, & diebus Dominicis praeterquam in Ad-

ditamentorum auctor fuerit, incertum eſt, nec melius aliquid, quod dicam, ſuppetit, quam quod a. DCXXXIII. *Toletani* IV. Concilii Patres prodiderunt. *Nam*, inquiunt, *& ille hymnus, quem nato in carne Chriſto Angeli cecinerunt* GLORIA IN EXCELSIS DEO, & IN TERRA PAX HOMINIBVS BONAE VOLVNTATIS; *reliqua, quae ibi ſequuntur, Eccleſiaſtici Doctores compoſuerunt*. HILARIVS porro *Pictavienſis* fortaſſis *Graecum* hymnum latinitate donavit, ad eamque, qua nos utimur, paullo contractiorem formam redegit; hincque factum fuit, ut de HILARIO hujus hymni auctore fama increbreſceret. Sequiore aevo inſerti fuere eidem hymno quidam verſiculi. De his conferendus BONA (*Lib. II. cap. IV. §. 6.*) in eumque SALA (*T. III. p. 87.*) uti & GRANCOLASIVS (*Ancien. Liturg. pag. 469.*) Id unum moneo, in Miſſali a. MCCCCLXXVII. *Neapoli* excuſo eaſdem illas occurrere interpolationes, quas BONA omnium primus recitat, itemque in die Conceptionis ipſas, quae ex Miſſali a. MCCCCLXXXII. a SALA (*L. c.*) deſcribuntur.

3. S. GREGORIVS M. ſtatuit, ut *Gloria in Excelſis* a ſolis Epiſcopis *tantummodo die Dominico, ſive diebus Feſtis* diceretur, *a Presbyteris autem minime diceretur niſi ſolo in Paſcha*, quemadmodum in ejus Sacramentariis editis, ac Mſſ. ſub initium legitur. Novit hoc etiam *Walfridus* STRABO, qui cap. XXII. ait: *ſtatutum eſt, ut ipſe hymnus in ſummis feſtivitatibus a* SOLIS *Epiſcopis uſurparetur; quod etiam in capite* LIBRI SACRAMENTORVM (Gregoriani ſcilicet) *deſignatum videtur*. Quamobrem mirandum magis eſt, eum, ut quae de TELESPHORO ferebantur, cum CAELESTINI ſanctione conciliaret, hanc de hymno Angelico ab omnibus Sacerdotibus, contra quam TELESPHORVS conſtituiſſet dicendo intellexiſſe. Vix enim veroſimile eſt, GREGORIVM ſolis Epiſcopis ejus hymni recitandi poteſtatem facturum fuiſſe, ſi a duobus fere ſaeculis Presbyteri omnes ex CAELESTINI decreto dixiſſent. Sunt qui in *Hiſpaniis* illius recitationem Presbyteris aeque, atque Epiſcopis communem fuiſſe exiſtiment, quod ETHERIVS *Oxomenſis* Epiſcopus, & BEATVS Presbyter *Hiſpanus* (*Lib. I. adverſus* ELIPANDVM) ſcripſerint: *ſic in Miſſis non ſolum Dominicis diebus, ſed etiam quibuſcumque feſtivitatibus: Gloria in Excelſis Deo, & in terra pax hominibus conclamamus*. Levis tamen ea eſt conjectura; quis enim non videat, ab Epiſcopo ETHERIO, & Presbytero BEATO vere illud objici ELIPANDO potuiſſe, licet ſoli Epiſcopi illa conclamaſſent? Ut ut eſt, deinde Presbyteris conceſſum fuit, ut & ipſi hymnum Angelicum non ſecus, atque Epiſcopi uſurparent. Id SALA [*T. III. p. 83.*] ad ſaeculi IX. finem, quo REMIGIVS *Antiſſiodorenſis* ſuam *Miſſae expoſitionem* ſcripſit, revocat. Ego tamen ex REMIGII verbis id plane perſpectum eſſe non exiſtimarim, vel certe peculiari alicujus Eccleſiae conſuetudini tribuerim. Nam ſi a nono jam ſaeculo hoc univerſim Presbyteris licuiſſet, quid cauſſae fuiſſet, cur BERNO *Augienſis*, qui ſub medium ſaeculum XI. floruit, nonniſi ſemel in anno ejus hym-

Digitized by Google

Adventu, & Quadrageſima, propterea quod illud tempus eſt doloris. Coepit paullatim obtinere conſuetudo religione privata Sacerdotum, privatoque hominum ſtudio, ut diceretur in votivis Miſſis, in Miſſa de Spiritu Sancto, & B. Virgine, quod tamen prohibent veteres Libri *Romani* Sacerdotales (4). Nunc obtinuit conſuetudo, ut ſemper dicatur, excepto Adventu (5), & Quadrageſima (6).

§. XI.

---

hymni in Miſſa recitationem Presbyteris permiſſam fuiſſe conquereretur? Verum ſub ejuſdem ſaeculi XI. finem MICROLOGVS (*cap. II.*) apertis verbis teſtatur, hunc hymnum etiam a Presbyteris recitari conſueviſſe: *In omni feſto, quod plenum habet officium, excepto intra Adventum Domini, & Septuageſimam, & Natali Innocentium, tam Presbyter, quam Epiſcopus* Gloria in Excelſis Deo *dicunt*. Id fortaſſe S. GREGORIVS VII. quum Liturgicos Libros recognoſcendos ſuſcepiſſet, Presbyteris tandem conceſſerat.

(4) Nunc ex Miſſalis *Romani* Rubricis, & S. R. C. decretis etiam in Miſſa votiva de Spiritu Sancto omittitur *Gloria*: immo & in votivis B. M. (extra domum *Lauretanam*) omittitur, niſi in Sabbato, etiam Adventus, quo die, ut qui aliquid ſolemnitatis in B. V. honorem praeſefert, dicendum eſt. Excipitur Miſſa Angelorum, in qua recitari conſuevit, & alia quaevis votiva, quae ſolemniter dicenda ſit pro re gravi, vel pro publica Eccleſiae cauſſa, dummodo tamen non dicatur cum paramentis violaceis. Semper etiam omittendum in Miſſis Defunctorum.

(5) Nono ſaeculo, ut ex AMALARIO arguit Cl. GEORGIVS [*T. II. p. 97.*] vigebat in aliquibus Eccleſiis mos, ut Dominicis diebus in Adventu *Gloria in Excelſis* ad Miſſam diceretur. Singulare hujus moris exemplum indicat Cardinalis THOMASIVS de Miſſa celebrata ab HINCMARO *Remenſi* A. D. DCCCLXVIII. Nonis Decembris, die Dominica, in ordinatione WILLERBERTI *Catalaunenſis* Epiſcopi, in qua dicta eſt ſalutatio *Gloria in Excelſis* poſt Introitum. Immo hic Eccleſiae *Romanae* mos fuit, ac medio XII. ſaeculo perdurabat. Nam BENEDICTVS Baſilicae *Vaticanae* Canonicus, qui eo tempore ſuum Ordinem a MABILLONIO editum ſcripſit, de Dominica prima Adventus ait: *Mane ſtatio ad Sanctam* MARIAM *Majorem, quo Dominus Papa cum omnibus ordinibus venit: ibique honorifice, ſicut mos eſt, cantat Miſſam cum* Gloria in Excelſis Deo, *ſicut in aliis Dominicis, uſque ad Natalem Domini*. In aliis vero Eccleſiis uſus invaluerat ſaeculo XII., ut *Gloria* tum omitteretur, prout teſtantur HONORIVS *Auguſtodunenſis* (*Lib. III. c. 1.*) RVPERTVS *Tuitienſis* [*Lib. III. de divin. offic. cap. 2.*] & *Hugo* VICTORINVS (*de ſpecialibus Miſſarum obſervationibus Lib. III. cap IV.*)

(6) A Septuageſima initio ducto. Quare idem BENEDICTVS Canonicus, ubi de Septuageſima, *deinceps*, inquit, *tacetur* Te Deum, *&* Gloria in Excelſis Deo, *niſi fuerit feſtivitas novem lectionum*. Ad has vero infra Quadrageſimam, & poſtmodum in Adventu celebrandas ſolemnitates peculiaris *Romani* Pontificis auctoritas poſtulabatur. Quare INNOCENTIVS III. pre-

§. X I.

DE CONVERSIONE SACERDOTIS.

I. SEquitur alia caeremonia : ut vertat ſe Sacerdos aperiens manus dicens *Dominus vobiſcum* , de qua mihi non videntur bene ſentire, qui dicunt hanc caeremoniam habere ali-

Alia caeremonia , quod Sacerdos ſe vertens lavat manus .

Mald. i quid

---

precibus GERARDI Abbatis *Virziliacenſis* permotus A. D. MCXCVIII. eidem Abbati, & Monachis ejuſdem Monaſterii indulſit [*Lib. I. ep.* 137.] ut in ſolemnitate, quam in translatione B. MARIAE MAGDALENAE infra Quadrageſimam annis ſingulis celebrabant, ob ſolemnitatis ipſius reverentiam, *Gloria in Excelſis Deo* ad Miſſas de feſtivitate ipſius in eorum Monaſteriis ſolemniter decantarent. INNOCENTIVS item IV. A. D. MCCXLVI. Monachis *Britolenſibus* apud MARTENIVM (T. I. *Theſ. Anecdot. p.* 1927.) permiſit, ut in Adventu in feſto S. CONSTANTIANI ad Miſſam *Gloria in Excelſis* ab eis decantaretur.

Non tamen una in Miſſa Hymnus Angelicus olim recitabatur. Nam 1. AVRELIANVS, & S. CAESARIVS ad matutinas laudes dicendum praeſcripſerunt; quod & de S. BENEDICTO fertur. Vide MENARDVM, & MARTENIVM [*in Reg. S. Bened. cap. XII.*] Extat etiam inter hymnos matutinos *Ambroſiani*, & *Mozarabici* Breviarii; immo & a *Graecis hymnus matutinus* dicitur.

2. „ Solebat praeterea, inquit MAYERVS (*Explic. caerem. Eccleſ. P II. cap. IV.*) GREGORIO *Turonenſi* teſte (*Lib. I. de Glor. Martyr. c.* 63.) „ pro gratiarum actione cantari, in eventibus ſpeciali Dei beneficio ordinatis. Sic EBBREGISILVS Epiſcopus invento corpore S. MALLOSI Martyris *emittens vocem magnam* „ Gloria in Excelſis Deo *ſecum omnem* „ *Clerum pariter pſallere fecit*. Similiter factum eſt [*de mirac.* S. MARTINI *l.* 2. *c.* 25.] quum per interceſſionem Beati MARTINI Paralyticus ſanitatem recepit. Nempe ut Auguſtinus CALMETIVS (*in Cap. XI. Regul.* S. BENED.) ex MENARDO obſervat, ante tempora S. Patriarchae BENEDICTI univerſalis pene vigebat uſus, ut in ſolemni gratiarum actione hic hymnus concineretur: Poſt eum vero *Te Deum laudamus* decantari coepit. Canebatur etiam in ſalutationibus, & adclamationibus publicis. Unde Patres Concilii *Toletani VIII.* adcepto tomo a RECESVINTHO Rege Orthodoxo, agentes Domino gratias exclamaverunt, *Gloria in Excelſis Deo &c.* Conſtat id quoque ex vita LEONIS III., qui PIPINO CAROLI Magni Filio obviam progreſſus, eumdem hymnum concinuit: & ex concione ſextae Synodi generalis ad CONSTANTINVM Imperatorem „. Vide & *librum Diurnum Romanorum Pontificum*, in eumque a nobis adnotata.

Supereſt, ut cum eodem MAYERO [*p.* 186.] de caeremoniis, quae in hac ſacra hymnologia decantanda obſervantur, pauca hic adjiciamus. „ *Romanus* Pontifex *Gloria in Excelſis Deo* „ cantabat facie ad populum converſa. „ Qui ritus in ordine 1. *n.* 9. his verbis „ exprimitur: *Quando vero finierint*, „ (Kyrie), *dirigens ſe Pontifex contra populum incipit* Gloria in Excelſis „ Deo,

Digitized by Google

quid myſterii, vel Sacramenti. Fuit enim potius introducta neceſſitate, quam myſtico Sacramento; quia enim non orabat ſolus Sacerdos, ſed populum pone ſtantem invitabat ad ſimul orandum, ne id faceret averſus non ſatis decore, convertebat ſe ad populum: quae inde caeremonia eſt retenta. 2.° quod aperiat manus, videtur inde natum, quod quum olim ſoleret Sacerdos populum ſalutare impoſitione manuum, ut etiam nunc videmus pueros ſalutari a ſenibus, poſtea coeperit ſolum aperire manus. Id tamen nunc non fit in *Gallia* (1).

Dominus vobiſcum.

II. Quod vero poſtea dicat *Dominus vobiſcum*, nihil habet myſterii, ſed ſolum ſalutare eſt, ſumptum ex more *Judaeorum*, qui ſe ſalutabant his verbis: *Dominus tecum*, ut Lib. IVDITH [*Cap. VIII.*] OZIAS ſalutat IVDITH hoc pacto, & [*II. Lib. Paralip. Cap. XV.*] AZARIAS ſalutavit ASAM, & totum populum his verbis: *Dominus vobiſcum*; BOOZ quoque ſalutat hoc modo RVTH [*Cap. I.*] Ita etiam Angelus ſalutat MARIAM: *Dominus tecum* (2). Abiit in uſum adverbii vocandi, ut dicerent *Dominus vobiſcum* loco adverbii *Heus*, quia hoc erat profanum. Itaque Sacerdos potiſſimum in ſacro hac oratione populum non ſolum ſalutabat, ſed etiam vocabat, & populus reſpondens *Et cum ſpiritu tuo*, non tam reſalutat, quam ſe ſignificat adeſſe praeſto ad orandum. Unde adjicit ſtatim Sacerdos con-

---

„ Deo, *& ſtatim regyrat ſe ad* Orientem, *uſquedum finiatur* „. (Confer GEORGIVM *de lit. Rom. Pont. lib. III. cap.* 13. *n.* 1. *&* 6. & CATALANVM *in Caerem. Epiſcop. Tom. II. pag.* 82.)

2. „ Hymnum Sacerdos praecinit, Chorus proſequitur; ut ſicut „ Angelo evangelizanti convenit multitudo caeleſtis exercitus, ſic Sacerdoti Gloriam Deo canenti congaudeat, & concinat Chorus laudantium Deum; quae eſt interpretatio „ apud MARTENIVM Anonymi „ *Turonenſis* „. (Vide citatum GEORGIVM *num. II.*)

3. „ Caeremoniae, ſive geſtus, quos facit in hymno Sacerdos, ſunt ſigna expreſſiva verborum, quae dicuntur; nimirum quum dicit *in Excelſis*, attollit oculos, ac manus, ad demonſtrandum locum excelſum, hoc eſt „ coelum. Inclinationes vero capitis „ ſunt ſigna adorationis, reverentiae, „ & humilitatis. Ultimo loco crucem „ formamus propter Sanctiſſimae Trinitatis nomina, quae ibi commemorantur: IESV *Chriſte cum Sancto Spiritu in Gloria Patris &c.* „ (Conſule MERATIVM ad GAVANT. *T. I. pag.* 164.)

(1) Heic C. M. uſi ſumus.

(2) C. L. hunc locum ſic reddit: „ Et Angelus ſalutavit MARIAM: „ *Dominus tecum* [*Luc.* 1.] Nam quum „ dicit *Dominus tecum*, ſalutatio eſt „ Judaica: quum dixit: *Benedicta tu*, „ benedictio eſt, non ſalutatio „.

converſus: *Oremus*, & omnes incipiunt ſimul orare (3). *Graeci* non tantum ſolebant dicere *Dominus vobiſcum*, ſed frequenter *Pax vobis* (4). Etiam in Eccleſia *Latina* coeperunt Epiſcopi dicere *Pax vobis* (5), ut ab aliis differrent (6). Atque hoc reprehenditur in Concilio *Braccarenſi Cap. XXI.* (7).

(3) Idem C. L. paullo aliter: „ Sic „ in ſacrificio Miſſae Sacerdos quaſi vo- „ cans, & viſitans populum dicere „ ſolebat: *Dominus vobiſcum*, quaſi di- „ ceret: *adeſte*, *orate*, *eſtote attenti*. „ Et reſpondebat populus: *Et cum ſpi-* „ *ritu tuo*: quaſi diceret: *praeſto ſumus*. „ Unde adjungebat poſtea Sacerdos: „ *Oremus*, quaſi diceret: *hoc & vos* „ *orate mecum*. Hoc itaque eſt myſte- „ rium hujus Caeremoniae, non „ aliud „.

Salutationem tamen precatione admixtam antiqui Patres heic agnovere. Nam CHRYSOSTOMVS [*hom. XVIII. in II. Corinth.*] *In tremendis myſteriis*, inquit, *ut Sacerdos pro plebe, ita plebs pro Sacerdote vota facit. Haec enim verba*, & cum ſpiritu tuo, *nihil aliud quam hoc ſignificant*. Quae vota ſic explicat ISIDORVS *Peluſiota* (*Lib. I. ep. CXXII.*) *Illud, quod a Plebe reſpondetur*, & cum ſpiritu tuo, *hanc habet ſententiam. Pacem quidem nobis praebuiſti Domine, hoc eſt mutuam inter nos concordiam; pacem autem nobis da, hoc eſt hujuſmodi tecum conjunctionem, quae nullo modo divelli poſſit, ut cum ſpiritu tuo pacati, quam nobis in creationis initio indidiſti, a tua caritate diſtrahi nequeamus*.

(4) Apud *Graecos* nullum eſſe uſum hujus ſalutationis *Dominus vobiſcum* monet BONA (*Lib. II. rer. lit. cap. 5. §. 1.*) Certe formula *Dominus ſit ſemper cum omnibus nobis* ſemel tantum exſtat in Liturgia S. MARCI; in caeteris vero Liturgiis BASILII, & CHRYSOSTOMI *Pax* dicitur, non tamen *vobis*, ut heic Auctor noſter indicat, ſed *omnibus*. Verum a noſtra illa ſalutatione *Graecos* non fuiſſe prorſus alienos aperte indicat idem CHRYSOSTOMVS (*hom. XXXVI. in 1. Cor.*) ubi ait: *Ubi nos coepimus loqui*: Dominus vobiſcum; *plebs reſpondet*: Et cum ſpiritu tuo.

(5) A vetuſtiſſimis ſane temporibus id coeperunt. Nam OPTATVS *Milevitanus* (*Lib. III. de Schiſm. Donat. cap. X.*) *Donatiſtis* objicit, eos ſalutaſſe populum cum hac formula, quamvis pacem non amarent, immo eam Schiſmate perturbarent: *Perſuaſionibus veſtris*, inquit, *diviſa ſunt corpora, & nomina pietatis: & non potuiſtis praetermittere quod legitimum eſt. Utique dixiſtis* Pax vobiſcum: *quum Deus contra pax, & ubi pax? hoc eſt dicere, quid ſalutas, de quo non habes? quid nominas, quod exterminaſti? ſalutas de pace, qui non amas pacem?* Hujus item ſalutationis meminit AMBROSIVS (*Lib. de Dignit. Sacerd. cap. V.*)

(6) Non hac de cauſa id Epiſcopi ſibi ſumpſerunt, ſed quia *Dominus*, inquit BELLARMINVS (*de Miſſa Lib. II. cap. 16.*) Matth. X. *docuit Apoſtolos, quibus Epiſcopi ſuccedunt, ut pacem adnunciarent, quum ingrederentur aliquem locum*.

(7) Jam ſupra animadvertimus, aliud omnino a *Braccarenſibus* Patribus fuiſſe reprehenſum, quod nempe PRISCILLIANVS ſemper ab Epiſcopis dicendum *Pax vobis* doceret. Notum porro eſt, LEONEM VII. a. DCCCCXXXVI. ad Epiſcopos *Gallos*, & *Germanos*

Num dici poſſit, ubi ſolus adſtat Miniſter.

III. Aliqui dixerunt non poſſe Sacerdotes dicere Miſſam, niſi praeſentibus multis, & id inſtitutum putant a SOTERE Papa propter hanc vocem *Dominus vobiſcum*, quae continet multitudinem, quia ſalutatio non eſſet vera uno tantum praeſente (8), & in Concilio *Moguntiaco* [*Cap. XLIII.*] conſtitutum fuit, ne Sacerdos ſolus celebraret; deinde non multo poſt in Concilio *Pariſ. Cap. XLVIII.* (9). Cauſſa hujus decreti fuit, quod multi Sacerdotes ſacra faciebant ſecreto in cubiculis. Eccleſia numquam definivit contrarium. Res ſiquid habet minus decorum, non eſt corrigenda ea parte, ut mutetur *Dominus vobiſcum*, ſed ex altera parte, ut plures adſint in Miſſa propter alias etiam caeremonias, quae alioquin non conveniunt, ut quod dicitur: *Orate fratres*; item: *habemus ad Dominum &c.* (10)

IV. So-

---

manos de hac ſalutatione, & de tempore, quo illa dicenda ſit, in haec verba reſcripſiſſe: *Conſultum eſt, utrum Epiſcopi*, Pax vobis, *an* Dominus vobiſcum *pronunciare debeant. Sed non aliter per omnem veſtram Provinciam tenendum eſt, quam in Sancta Romana Eccleſia. In Dominicis enim diebus, & in praecipuis feſtivitatibus, atque Sanctorum Natalitiis*, Gloria in Excelſis Deo, *&* Pax vobis *pronunciamus. In diebus vero Quadrageſimae, & in quatuor temporibus, ſive in Vigiliis Sanctorum, & in reliquis jejuniorum diebus*, Dominus vobiſcum *tantummodo dicimus*.

(8) Addit C. M. „ Id neſcio quam verum ſit; citatur tamen a GRATIANO [*de conſecr. diſt. 1. Can. hoc quoque*], Vere, & ex critices legibus id dictum; nihil enim magis cum SOTERIS aetate pugnat, quam hujuſmodi Canon. Confer BONAM (*Lib. I. cap. XIII. §. 6.*) & COVSTANTIVM (*T. I. epiſt. Rom. Pontif. col.* 83.)

(9) Alios ejuſmodi Canones vide apud eoſdem BONAM, & COVSTANTIVM.

(10) C. M. hunc locum ita exhibet. „ Eccleſia Catholica numquam „ definivit contrarium; immo ſemper „ videtur optaſse, ut hoc obſervaretur. „ Et ego fateor, me deſiderare, ut non „ ſit Sacerdos ſolus cum miniſtro, alioquin multae caeremoniae non conve„ niunt, *ut habemus ad Dominum &c.* „ Optandum id, non negarim, non tamen reprehendendus, qui nunc viget mos; „ non quia, inquit BONA *Lib. II. cap.* „ *IV. §. 1.* celebranti adeſſe credantur „ Angeli, ut pie ſcripſit INNOCEN„ TIVS III. (*Lib. II. de myſt. Miſſae* „ *cap.25.*) quaſi ex hoc inferret, num„ quam celebranti deeſſe adſtantes; ſed „ quia Miniſter, licet ſit ſolus, perſo„ nam gerit Eccleſiae: alioquin quum „ quis recitat ſolus divinum officium, „ hanc ſalutationem praetermittere de„ beret, quod quam abſurdum ſit do„ cet PETRVS DAMIANI in libro, „ quem de hoc argumento ex profeſſo „ conſcripſit, eique propterea titulum „ praefixit: *Dominus vobiſcum*. Non „ ſolum igitur, qui celebrat, ſed etiam „ qui miniſtrat, perſonam publicam „ gerit, & ſicut ille ſalutat Eccle„ ſiam, ita iſte Eccleſiae nomine ſalu„ tanti.

Digitized by Google

IV. Solet deinde Sacerdos reverti ad altare, & dicere *Oremus*, tum *flectamus genua*, quod quum mos Chriſtianorum eſſet, ut orarent ſemper flexis genibus, exceptis diebus Dominicis (11), nec poſſet Sacerdos in libro impoſito ad altare flexis genibus legere; flectit tamen genua, & continuo ſurgit (12), ut populum flectere doceat (13). Haec actio erat communis toti populo. Nec mihi (14) in *Gallia* quidquam magis placet in divinis officiis, quam ut ex hoc ritu totus populus reſpondeat: *Amen*, *habemus ad Dominum*, & cantet multa; id enim antiquiſſimum eſt (15). *Flexus genuum.*

§. XII.

„ tanti reſpondet „. GRANCOLASIVS tamen [*Anc. Liturg. p.* 474.] neſcio quid in hoc ab officio Divino ductum argumentum obmurmurat.

(11) Et *a die Paſchae* in *Pentecoſten*, ut ait TERTVLLIANVS (*Lib. de Cor. milit. cap. III.*) & a Concilio *Nicaeno* confirmatum poſtea fuit (*Can. XX.*)

(12) Ex ordine *Romano* apud BONAM (*L.* 2. *Rer. Liturg. cap. V.* §. 2.) *Sacerdos dicit* Oremus, *& adnunciat Diaconus* Flectamus genua, *& poſt paullulum dicit*: Levate. Ex quibus verbis duo idem BONA ſapienter eruit: primum non a Subdiacono, ut nunc fit, ſed a Diacono dictum *Levate*: alterum, flexis genibus poſt Diaconi monitionem aliquantulum oraſſe fideles, tum monitos, ut levarent ſe, ſurrexiſſe, & Sacerdotem illis ſtantibus collectam abſolviſſe.

(13) Nempe ubi Diaconus dixerat: *Flectamus genua*, flectebat populus, eoque de genibus orante Sacerdos ſtans collectam dicebat; ad ea autem verba: *Per Dominum*, Diaconus inclamabat: *Levate*, tumque populus ſurgebat. Hinc IESSE *Ambianenſis* in epiſt. de Bapt. *Poſtmodum admoneantur a Diacono, orate electi, flectite genua, & poſtquam oraverint* (ſcilicet cum Sacerdote collectam dicente) *dicit*: Levate. Vide GRANCOLASIVM [*Ancienn. Liturg. p.* 487.] Quare MERATIVS [*T. I.* ad GAVANT. *p.* 178.], aliique docent, nunc etiam Miniſtrum, qui populum repraeſentat, *perſeverare genuflexum debere ad totam orationem ſequentem uſque ad concluſionem.*

(14) Haec ex C. M. mutuati ſumus.

(15) Id ſatis, quae recitavimus CHRYSOSTOMI, & ISIDORI *Peluſiotae* teſtimonia, oſtendunt. Adde illud HAYTONIS *Baſileenſis* in *Capitulari* (*cap.* 3.): *Vt ad ſalutationes Sacerdotales, quae in Miſſa fieri ſolent, non ſolum Clerici, & Deo dicatae, ſed omnis plebs conſona voce reſpondeat.* MICROLOGVS quoque ſtatutum ait in *Occidente* a Concilio *Aurelianenſi*, ut ſcilicet non ſolum Clerici, ſed omnis populus reſponderet, *& cum ſpiritu tuo*. Vide alia apud BONAM (*Lib. I. cap. XXV.* §. 19.)

§. XII.

DE ORATIONE.

Antiquitas. I. DE oratione multa ſunt dicenda. Primum de antiquitate orationis. 2.° quare vocatae fuerint *collectae* iſtae orationes, quae dicuntur in Miſſa. 3.° quae orationes ſunt dicendae. 4.° ad quem uſum ſunt dirigendae. 5.° quomodo ſint concludendae. 6.° de reſponſione populi. 7.° de numero orationum. Quod adtinet ad antiquitatem, non tantum in Miſsa, ſed etiam in omnibus conventibus Chriſtianorum praecipua fuit pars, ut Chriſtiani orarent. Hoc diſcimus ex IVSTINO [2. *Apolog.*] & TERTVLLIANO [in *Apologetico*], ex DIONYSIO, ex CLEMENTE, & reliquis antiquis auctoribus. Id etiam (1) manifeſtum eſt ex D. PAVLLO [1. *Tim. II.*] ubi ait: *Obſecro primum fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus, qui in ſublimitate conſtituti ſunt*. Quem locum D. AVGVSTINVS *ep. LIX.* (2) in hunc modum interpretatur, ut intelligat de illis orationibus, quae dicuntur in Miſſa. Sed quia D. PAVLLVS utitur quatuor verbis diverſis, D. AVGVSTINVS expoſuit δεησεις appellatas a D. PAVLLO illas obſecrationes, quas in Miſſa dicimus, antequam veniamus ad conſecrationem in Sacrificio faciendam: ita ſecundum D. AVGVSTINVM appellat D.PAVLLVS δεησας, quas nos hoc loco appellamus *collectas*, illas ſcilicet orationes, quae ſolent recitari ante Epiſtolam, & Evangelium; προσευχας vero orationes illas, quae in conſecratione Corporis Chriſti dicuntur, quum quod eſt in menſa Domini benedicitur (3), conſecratur Euchariſtia, & diſtribuitur; nunc *Canonem*, & *Communionem* appellamus; εντευξεις, quae recitantur, quum populus benedicitur: quas vocamus *poſt Communionem*, & in Quadrageſima orationes ſuper popu-

(1) Haec ex C. L. addidimus.

(2) Ad PAVLLINVM, nunc CXLIX.

(3) Locum in C. F. mendoſiſſimum ex M. C. repraeſentavimus.

populum ; *ευχαριϛιας* (4) gratiarum actionem, quae peractis myſteriis, & participato tanto Sacramento cuncta concludit. Aliter (5) D. CHRYSOSTOMVS [*in hom. VI. in epiſt.* 1. *ad Timoth.*] Primum illas omnes orationes intelligit de quotidiano cultu, ideſt de Miſſa, idque colligit ex illis verbis *υπερ παντων ανϑρωπων*, quaſi diceret PAVLLVS, quum praecipue Chriſtianorum preces fiant in Sacrificio, ut tunc fiant pro omnibus hominibus. Ceterum quod adtinet ad quatuor illorum verborum differentiam, CYRYSOSTOMVS nullam eſſe putat, ſed adgregationem verborum idem ſignificantium. THEOPHYLACTVS eodem modo explicat in commentariis in eumdem locum, quaſi ſit adfectata quaedam repetitio habens energiam, & vim ad perſuadendum, non hominis diverſa ſignificantis, ſed exigentis impenſe quod fieri volebat. THEODORETVS, & OECVMENIVS melius ajunt *δεησεις* appellatas a D. PAVLLO *των κακων*, ideſt quae ſunt ad depellenda mala propinqua (6) *προσευχας* vero, quas interpres vertit *poſtulationes*, *των αγαθων*, quibus bona petimus, ut panem noſtrum quotidianum &c., *εντευξεις υπερ των κακοποιων*, quibus oramus pro illis, qui nos perſequuntur. *Ευχαριϛιαι* quid ſint omnes intelligunt, ideſt gratiarum actiones. SEDVLIVS in *Collectaneis* dicit *δεησεις* eſse orationes pro peccatis, *προσευχεις* eſſe orationes conjunctas cum voto ob impendentia mala (credo deceptum verbo *graeco* compoſito ex *προς*, & *ευχη* ideſt votum) *εντευξεις* vero dicit adpellatas a PAVLLO interceſſiones aliorum pro aliis (7). CALVINVS adhibuit ſuam intepretationem (8) non ſatis modeſte, ſed arroganter reprehendens D. AVGVSTINVM: *puerile*, inquit, *eſt, quod* AVGVSTINVS PAVLLI *verba contorquet ad ſui temporis ritus*. CALVINVS ſcilicet quum non poſſet negare fuiſſe illos ritus ante tempora D. AVGVSTINI uſitatos, doluit eos PAVLLO tribui. Dicam ego

(4) Haec in nullo Codice legere eſt; ea tamen AVGVSTINI ſententia ſi integre exhibeatur, poſtulare omnino videtur. Itaque hoc comma *ευχαριϛιας* ad ea verba *concludit*, ex ipſo AVGVSTINO adjicere non incongruum duxi.

(5) Ita legitur hic locus ad ea verba *υπερ παντων* &c. in Codice M.

(6) Impendentia C. M. quae nobis adcidunt, aut adcidere poſsunt. C. L.

(7) Et hoc non male addit C. M.

(8) C. L. in commentariis in hunc locum.

ego (9) quod nolim equidem adſeverare, ſed tamen quod veroſimile putem. Primum non eſſe inter illa quatuor vocabula differentiam, non mihi poſſum perſuadere. Nam ex eo diſcrimine, quod eſt manifeſtum inter tria prima, & quartum, conjecturam ſumere poſſumus, eſse etiam inter alia diſcrimen, quod non poteſt melius conſtare, quam ex vi nominum. Primum igitur *Graeci indigere* dicunt δειν, unde δειν etiam *oportere*, quaſi indigere. Hinc δεισθαι, ideſt orare, quum quis verſatur in aliquo malo, quemadmodum *Latini* dicunt *deprecari mortem*. Itaque δεησεις erunt orationes, quae fiunt ad depellenda mala, ut quae fiunt ad depellendum bellum, pro aegrotis, pro peccatis &c. προσευχη vero eſt adprecatio. Nam προς eſt *ad*, & ευχεσθαι orare, ut δεησις ſit deprecatio, προσευχη adprecatio, qua aliquid boni precamur. Quia vero εντυγχανειν proprie eſt congredi cum hominibus [ita enim quem vulgo vocant hominem bonae converſationis, *Graeci* appellant εντευτικον], εντευξεις ſunt orationes, quae fiunt in publico, quas nunc vocant *rogationes*. Et aliter εντευξεις proprie erunt Miſſa, quae fit maxime publice. Ευχαριστιας non poſſumus aliter interpretari, quam Miſſas. Nam ſi pro gratiarum actione ſumeretur, non dixiſſet D. PAVLLVS *pro Regibus*, *pro omnibus hominibus &c.* ſed pro victoria, vel alia re id genus. Nempe quia Miſsae Sacrificium magna ex parte conſtabat ex gratiarum actione, inde vocatum *Euchariſtia*, ſicut *Miſsa* a *Miſſione*.

Cur orationes dicuntur Collectae.

II. Secundum caput eſt, cur hujuſmodi orationes vocentur *Collectae*. De hac re ſunt variae opiniones. Alii dixerunt, *Collectas* dictas eſſe, quia recitarentur, dum populus in Eccleſiam colligeretur. Secunda opinio eorum eſt, qui dixerunt, eſſe vocatas has orationes *Collectas*, quia interim dum dicebantur, colligebatur viritim ſtips ad ſublevandos pauperes, ut nunc fit in offertorio. Sed his non adſentior, quia falſum eſt has orationes ſolere dici, dum populus congregaretur: nam orationes erant praecipuum officium, cui intereſſe debebat omnis populus; ergo ineptum fuiſſet eas recitare, antequam totus pupulus convenisset.

(9) Quae ad hujus paragraphi finem ſequuntur, ea ex C. M. mutuati ſumus, nam F. & L. innumeris ſcatebant mendis.

Digitized by Google

niſset. Praeterea quod tunc colligeretur ſtips, non eſt probabile, quia non eſt veroſimile collectam ſtipem, quo tempore decebat populum eſſe intentiſſimum orationi. Alii dixerunt, eſse dictas *Collectas*, quia compendioſa brevitate Sacerdos omnes preces colligebat, ideſt quia erant breves, ſicut qui ſcribunt orationes de contemplatione, ſolent ſuccinctas quaſdam orationes appellare *Ejaculatorias*, quod ſint veluti tela miſſilia, quae facile in Deum mittantur, ut *adveniat Regnum tuum*: Sic *cap. XXI.* STRABO *de rebus Eccleſiaſticis*, & MICROLOGVS *cap. III.* exiſtimavit. Alii dixerunt, quia Sacerdos colligeret totius populi orationes, & offerret Deo pro eis: ſic INNOCENTIVS III. [*Lib. II. de myſteriis Miſſae cap.* 27.] expoſuit. Alii dicebant, appellatas *Collectas*, quia dicebantur, poſtquam populus erat in Eccleſia, & colligebatur quaſi in ordines ad faciendam proceſſionem, ut procederet de una Eccleſia in aliam ad faciendas Orationes. Ita idem INNOCENTIVS *ibidem* (10). Credo, hujus rei originem eſſe altiorem. Primum collectam vocarunt latini, quod TERENTIVS *ſymbolum* παρα το συμβαλλειν, quum ait: *coenavit, ſymbolum dedit*, ideſt partem pecuniae, quam quis ſolvit pro coena cum aliis. Sic CICERO [III. *de oratore*] vocavit latine *collectam*, quod alii vocaverunt *ſymbolum* (11). Et haec fuit prima hujus nominis ſignificatio. Secundo appellarunt *Collectas* vectigalia, quia quemadmodum quidquid viritim colligitur, dicuntur *Vectigalia*, ſic *Collectae*, quod colligantur ſingulatim, unde & vectigalium collectores *Collectarii* vocati lege *Quiſquis* Cod. *ſi certum petatur*. Tertia ſignificatio fuit, ut *Collecta* vocaretur ſtips, quae ſolebat colligi, aut corradi inter Chriſtianos, ut daretur pauperibus, vel mitteretur *Hieroſolymam*. Id factum eſt tempore Apoſtolorum. *Graeci* vocarunt συλλογιαν, ut D. PAVLLVS bis [1. *Cor. XVI.*] Quod verbum poſtea Viri Apoſtolici uſurparunt, & donarunt Eccleſiaſtica auctoritate. CLEMENS

 (*Lib.*

(10) De variis hiſce auctorum ſententiis conſulesſis SCORTIAM [*Lib.* 3. *cap.* 19. *n.* 1.] cum primis vero ESPENCAEVM (*de Collectis Eccleſiaſticis*), & SCHVLTINGIVM [*Bibl.* Eccleſ. *T. I. p.* 11. *cap.* 9.]

(11) Addit C. M. ipſam CICERONIS ſententiam hoc modo: *Ego vero quia* Collectam *a conviva* CRASSI *exigis, non committam, ut ſi effugerim, cauſsam aliquam dem querendi*.

(*Lib. IV. Conſtit. cap. VIII.*) dicit *ποιειν συλλογιας*, & noſter Interpres utrobique in PAVLLO vertit *Collectas* (12). *Collecta* etiam coepit appellari tota Congregatio more *Hebraeorum*; quo ſpectat illud *Levitici* XXIII. *Deut.* XVI. II. *Par.* VII. II. *Eſdr* cap. VIII. quod ſemper D. HIERONYMVS vertit *Collectam*. Item omnes antiqui interpretes vocarunt *Collectam* omnem *συναγωγην*, ſive Congregationem. Item quemadmodum ubi invenerunt *εκκλησιαζειν*, verterunt *facere miſſas*; ita *συναγειν facere Collectas*. Ita EPIPHANIVS vertit *Lib.* VI. *triparr. hiſt. Cap. XXIII. & Lib. VII. cap.* 32. *& Lib. X. cap.* 38. Coeperunt deinde veteres dicere: *celebrare Collectam* pro *facere Miſſam*, ut D. AVGVSTINVS in *Breviculo collationum cum Donatiſtis* (coll. tert. diei), *confitebantur*, inquit, *ſe* Collectam, *&* Dominicum *egiſſe*, ideſt miſſam feciſſe; idem enim valent illa duo. Primum enim vocarunt templum *Dominicum*, ut Graeci *κυριακον*: ſic CYPRIANVS in Lib. *de eleemoſyna: in* DOMINICVM *venit nobilis matrona*; deinde ſacrificium Miſſae, quod TERTVLLIANVS vocat *Sanctum Domini*. Poſthac coepit verbum *colligendi* eſſe adeo uſitatum, ut ſimpliciter *colligere* eſſet *facere miſſam*, quia fiebat in congregatione maxima, ut Gallice *chanter*, quod canendo fiat, & apud TERTVLLIANVM, qui *Lib. de fuga in perſequutione* reprehendit Paſtores Eccleſiarum, qui fugiebant in perſequutione Tyrannorum: *quando colligimus*, inquit, *& Dominica ſolemnia celebramus*, ubi colligere, & ſolemnem miſſam celebrare idem ſignificabant. Eodem modo in *Can.* 30. Apoſtolorum quod Graece eſt *χωρις συναγωγην*, hoc EPIPHANIVS dicit *εκκλησιαζειν*, & interpres vertit abſolute: *Colligat*, ideſt *faciat Miſſam*. Ergo ob unam e duobus cauſſis par eſt dicere vocatas orationes *Collectas*, aut per *συνεκδοχην*, quia Miſſa tota vocabatur *Collecta* (13), aut quia oratio illa erat communis pro toto

(12) Additur heic in eodem Cod. M. Unde merito ridendus fuir haereticus, qui obmutuit, objecto hoc D. PAVLLI loco ad oſtendendum, eſſe in ſacris litteris mentionem earum, quae in Miſſa ſunt, Collectarum.

(13) Haec etymologia prae ceteris BELLARMINO probata fuit, qui illam ſic pro ſuo more nitidiſſime explicar [*de Miſſa Lib. II. cap.* 16.] „ Hinc „ igitur oratio, quae dicitur in Miſſa, „ *Collecta* dicta eſſe videtur, quia eſt „ finis,

toto populo, ſicut etiam eſt hodie. Quemadmodum ergo latini *concionem* primo vocarunt ipſum hominum conventum, deinde orationem, quae habebatur ad populum; ita *Collecta* primum ipſa congregatio vocata eſt, deinde oratio, quae dicebatur pro toto populo: quae eſt verior cauſſa. Hinc non placet mihi, quod ſentit INNOCENTIVS *loco citato* ſolas eas orationes, quae fiebant tempore ſtationum, vocatas fuiſſe collectas. Verius eſt, omnes ſic fuiſſe vocatas (14).

 III. Cu-

„ finis, immo etiam principium, & „ medium totius illius Actionis, quae „ Collecta dicebatur. Orationes enim „ dicuntur eodem numero, & ordine „ initio Miſſae, in medio, & in fine: „ qua etiam ratione aliquando eaedem „ Collectae dicuntur *Miſſae*, quia „ ſunt pars quaedam, eaque potiſſima „ Miſſae „.

(14) Quod INNOCENTIVS tradit, docent etiam HONORIVS *Auguſtodunenſis in Gemma animae* [*Lib. I. cap.* 94.] & *Johannes* BELETH (*de Divin. offic. cap.* 37.) immo & idem ante eos MICROLOGVS indicaverat. Favet his liber Sacramentorum S. GREGORII M. In Feſto enim Purificationis S. MARIAE duplicem habet orationem, quarum una inſcribitur: *Ad Collectam ad* S. ADRIANVM, ubi populus & clerus colligebantur, ut inde procederent ad S. MARIAM Majorem, & incipit: *Erudi quaeſumus Domine plebem tuam*; altera dicitur ad Miſſam, ſcilicet, *Omnipotens ſempiterne Deus, Majeſtatem tuam &c.* Itaque non difficile eſſet eas tantummodo orationes, quae collecto populo, ut ad ſtationem procederet, dicebantur, collectas ea de cauſſa, quae MALDONATO maxime placuit, dictas primum fuiſſe; hinc vero deinde ad ceteras orationes id nominis dimanaſſe.

Ceterum aliis quoque nominibus *Orationes* Miſſae deſignantur. Primum *Collectae* nomini adfine *Collectio* eſt; quo nomine Miſſale *Gothicum*, ſeu *Gallicanum* plerumque utitur, immo & Concilium *Agathenſe* anno DVI. *Can.* 30. Secundum eſt *Benedictio*, ut in *Capitulari* CAROLI *Calvi*, ubi ejus coronatio deſcribitur apud SIRMONDVM (*T. III. oper. pag.* 386.). Hujus nominis rationem luculenter explicat AMALARIVS (*Lib. III. cap. IX.*) *Vtroque nomine*, inquit, *ideſt* Benedictionis, *&* orationis *vocatur oratio Sacerdotis. De Benedictione dicit Apoſtolus: ſi benedixeris ſpiritu, qui ſupplet locum idiotae, quomodo dicit:* Amen, *ſuper tuam benedictionem, quia neſcit quid dicas? Hanc benedictionem* [proſequitur AMALARIVS] *vocat* AMBROSIVS [verius HILARIVS Diaconus *Comment. in epiſt. I. ad Cor. cap. XIV.* 16.] *orationem dicens: imperitus enim audiens, quod non intelligit, neſcit finem orationis, & non reſpondet*, Amen, *ideſt verum, ut confirmetur benedictio. Per hos enim adimpletur confirmatio precis, cui reſpondet*, Amen, *ut omnia dicta veri teſtimonio in audientium mentibus confirmentur*. Haec AMALARIVS. Prima autem oratio ab eodem AMALARIO (*ibid. cap. XI.*) *precatio*, *ſeu praedicatio* dicitur: *Epiſcopus quidem*, inquit, *poſt primam orationem, quam praedicationem* (alii codices habent *precationem*) *nominamus, ſedet verſus ad populum, & Presbyteri cum eo.*

Quae orationes ſint dicendae.

III. Curioſitas, & privata quaedam devotio invexit in Eccleſiam multos abuſus. Nam ante MCC. annos eo res proceſſerat, ut multi Sacerdotes eas orationes, quas ipſi conficiebant, in Miſsa dicerent. Itaque prohibitum fuit in III. Concilio *Carthaginienſi* [*Cap. XXIII.*] in Concilio *Milevitano* [*Cap. XII.*] *in Africano* [*Cap LXX.*] ut nullae orationes ad altare dicantur, niſi a tota Eccleſia probarentur (15); non quod non ſint bonae, ſed aliud eſt eſse bonas, aliud, an ſint dicendae. Orationes Eccleſiae debent eſſe ſanctae, fixae, ſtabiles, deinde communes, ideſt totius orbis terrarum precibus communibus orandum (16). Tempore CAROLI Magni creverat adeo abuſus, ut

(15) In *Synodo* ſcilicet, ut conceptis verbis ajunt indicata Concilia.

(16) In Liturgiis *Graecorum* multas precationes invenias, ſed nullas, in quibus *Latinae* collectae modus ſervetur. Plures tamen in *Graecorum* Patrum libris occurrunt non omnino diſſimiles, quas GRANCOLASIVS exhibet [*Anc. Liturg. pag.* 476. *ſeqq.*]. *Mozarabes* ſuas habent cum in Miſſali, tum in Breviario; multoque plures BLANCHINIVS ex *Veronenſi* Codice protulit. Quae in *Gallicanis* Eccleſiis obtinuerant, eas in Sacramentariis *Gothico*, *Francorum*, & *Gallicano* videre eſt: harum aliquas fortaſſis MVSAEVS Presbyter *Maſſilienſis* compoſuit, de quo GENNADIVS (*cap. LXXVIII.*). *Ambroſianae* ab AMBROSIO, aliiſque *Mediolanenſis* Eccleſiae Pontificibus compoſitae ſunt. Aliquas etiam VOCONIVS Epiſcopus *Caſtellanenſis in Mauritania*, eodem GENNADIO teſte [*cap.LXXIX.*], edideat. Hae ſane ſuam habent auctoritatem; majorem vero, quae Eccleſiae *Romanae* in uſu fuerunt. Antiquiſſimae ſunt, quas indicat S. CAELESTINVS in epiſtola ad *Galliarum* Epiſcopos *de Gratia Dei* (*cap. XI.*) etiamnum feria VI. majoris hebdomadae uſurpatas, *ut Infidelibus donetur fides, ut Idololatrae ab impietatis ſuae liberentur erroribus, ut Iudaeis ablato cordis velamine lux veritatis adpareat, ut haeretici Catholicae fidei perceptione reſipiſcant, ut Schiſmatici ſpiritum redivivae caritatis adcipiant, ut lapſis poenitentiae remedia conferantur, ut denique Catechumenis ad regenerationis Sacramenta perductis caeleſtis miſericordiae aula reſeretur*. In *Leoniano* Sacramentario plures ſunt, quae LEONIS ſtylum ſapiunt; aliquae a vetuſtioribus Pontificibus profectae. GELASIVS poſtea, ut ait in ejus vita ANASTASIVS, *fecit Sacramentorum Praefationes*, & ORATIONES *cauto ſermone*. Harum aliquas ſervavit GREGORIVS M., aliquas correxit, alias ipſe addidit, quibus nunc utimur. Poſteriorum tamen Pontificum ſunt nonnullae. LEONI enim II. tribuitur oratio. *Deus, cujus dextera* B. PETRVM, qui eam compoſuiſſe dicitur *Neapolitanis* adverſus *Saracenos* pro Eccleſiae defenſione navali praelio pugnantibus. INNOCENTIVS vero III. auctor fuit orationis *A cunctis*. Utinam his orationibus Majores noſtri contenti fuiſſent! Neque tamen ALCVINVM, & GRIMOLDVM, quorum orationes in tom. II. Litur-

ut omnia Miſſalia eſſent plena harum particularium orationum, & in *legibus Francicis* [*Lib. I. cap.* 31.] CAROLVS Rex praecepit, ut examinarentur Miſſalia, & reſecarentur omnia non probata ab Eccleſia. Quod deberet fieri hodierno die (17).

Ad quem ſint dirigendae orationes.

IV. Eſt obſervatum, numquam Eccleſiam direxiſſe ſuas orationes niſi ad Deum Patrem, quod traditum eſt a Chriſto. Nam Apoſtolis rogantibus ab eo, quomodo deberent orare, dixit: *Dicite, Pater noſter &c.* & Joh. VI. *Quidquid petieritis Patrem in nomine meo &c.* Hinc ob cauſsam (tum etiam quia Pater per adtributionem eſt proprie Dominus, & qui omnia largitur bona, & etiamſi Filius eſt ejuſdem cum Patre potentiae, eſt aliud officium Filii, nempe ut ſit, per quem poſtulamus, interceſſor, & aliud Sancti Spiritus, ut ſit gratiae donum, quo adficimur a Patre) ſemper (18) dirigitur oratio ad Patrem, non ad Filium, aut Spiritum Sanctum (19). Ita Concilium III. *Carthaginienſe* [*Can. XXIII.*]: *Quum ad altare conſiſtitur ... ad*

Liturgicων PAMELIVS intulit, heic deſigno, ſed privatos homines, qui nulla prorſus auctoritate ſuis nugis antiquos Miſſales libros contra ſapientiſſimas leges a MALDONATO paucis hoc loco propoſitas ineptiſſime coutaminarunt. DVRANDVS, quem BENEDICTVS XIV. (*de Sacr. Miſſ. cap. V. n.* 3.) GEORGIVS (*de lit. Rom. Pont. T. II. pag.* 115.) MAYERVS (*p.* 197.) aliique non pauci ſequuti ſunt, ait (*Ration. Lib. IV. cap.* 15. *num.* 17.) in *Eccleſia* Lateranenſi *numquam dictam fuiſſe orationem; ſed in Miſſa, & in omnibus horis loco orationis alta voce pronunciatam orationem Dominicam*. Verum Cl. ANTONELLIVS (*Praef. in vetus Miſſale Rom. pag. XXXIII. ſeqq.*) multis oſtendit ex male intellecto IOHANNIS Diaconi loco deceptum fuiſſe DVRANDVM, Eccleſiaque *Lateranenſem* in officiis quidem ſola uſam fuiſſe oratione Dominica, non item in Miſſa.

(17) In SIMONII Codice haec paullo aliter redduntur, ut videre eſt *T. II. Epiſtol. ejus ſelect.* (*ep. XXIX. p* 207.) „ Tempore CAROLI MAGNI hujuſmodi abuſus adeo increverat, ut Miſſalia eſſent iſtis orationibus privatis referta. Itaque legem tulit ille Rex pius, qua jubet, ut diligenter videantur Miſſalia *Gallica*, ut quae minus bene poſitae ſunt orationes, & ab Eccleſia non adprobatae, reſecarentur. Quod utinam nunc fiat, & ita fore credo ex Miſſali, quod ſummus Pontifex curat excudendum, & edendum „. Ut autem ille fore credidit, factum revera vidimus a S. PIO V., & poſtea etiam a CLEMENTE VIII.

(18) Non ſemper, ſed plerumque. Sunt enim paucae, licet fortaſſe non tam antiquae, quam aliae orationes, quae ad Filium diriguntur.

(19) Aliam PETAVIVS cauſſam adſignat [*de Trinit. Lib. III. cap.* 7. *n.* 15.] quam etiam BONA paucis indicat (*Rer. Lit. Lib. II. cap. V. §.* 5.)

ad Patrem oratio dirigatur (20). Dicet aliquis (21): nonne in Litaniis hodie ſolemus orationes dirigere ad Filium, & ad Spiritum Sanctum, quum dicimus: *Fili Redemptor Mundi Deus miſe-*

Nimirum, inquit doctiſſimus ille Theologus adverſus CRELLIVM diſputans, quia tunc Chriſti Corpus, ſive homo Chriſtus offertur, ac veteris, & cruenti Sacrificii memoria celebratur, aequum eſt, ad Patrem velut auctorem, ac principium referri omnia; uti ſummum imitemur Sacerdotem, & Pontificem Chriſtum Dominum, qui tum omnia dicta factaque ſua Patris ad honorem referre ſolebat; tum in illo poſtremo Sacrificio (*Epheſ.* V. 2.) *tradidit ſemetipſum oblationem, & hoſtiam Deo in odorem ſuavitatis*.

(20) „ Nec tamen, inquit BELLARMINVS *de Miſſa Lib. II. cap. XVI.*, inde ſequitur, Filium, & „ Spiritum Sanctum non eſſe invocandos, vel in Miſſa non invocari: nam, „ ut TERTVLLIANVS in Lib. *de Oratione* recte docet, propter eſſentiae unitatem, ſemper in Patre intelliguntur Filius, & Spiritus Sanctus. Idem videmus in oblatione „ Sacrificii, quae proprie ad Patrem „ dirigitur, ut patet ex illo initio Canonis: *Te igitur clementiſſime Pater per* IESVM *Chriſtum*, & tamen Sacrificium toti Trinitati offertur, ut „ probat S. FVLGENTIVS (*Lib. II. ad* MONIMVM *cap.* 2. 3. 4. *&* 5.) „ immo ex concluſione Collectae aperte colligitur, cum Patre ſimul invocari Filium, & Spiritum Sanctum: „ dum enim dicimus, Filium, & Spiritum Sanctum cum Patre vivere, „ & regnare per omnia ſaecula ſaeculorum; ſimul indicamus nos cum „ Patre Filium, & Spiritum Sanctum „ invocare „. Hinc idem FVLGENTIVS (*Lib. IX. contra* FABIAN. *de veritat. Praedeſtin., & Grat.*): „ certum eſt itaque, inquit, ſecundum ve„ rae fidei regulam, in qua Sanctae „ Trinitatis una ſubſtantia creditur, „ nullam ſeparationem Patris, & Filii „ fieri, ſive Pater, ſive Filius invocetur a Fidelibus; ab illis autem nec „ Patrem invocari, nec Filium, qui in „ invocatione, quae offertur Patri, non „ credunt cum Patre Filium naturaliter invocari. Hoc enim habet naturalis unitas Trinitatis, ut inſeparabiliter cuncta illis tribus perſonis exhibeantur Sanctae Religionis obſequia, in quibus una eſt inſeparabilis, incommutabiliſque natura. In „ orationibus quippe, quas una vera „ Eccleſia fundit ad Deum, & Naturae ſervatur unitas, & Perſonarum „ diſcretio cuſtoditur: ut quum ad Patrem dirigitur oratio, qui eſt origo „ Filii, & Spiritus Sancti, Trinitatem „ veram ipſe finis orationis oſtendat. „ Sic SABELLII, atque ARII perfidia vincitur, dum in ipſis quoque „ orationibus, & precibus tam unius „ Naturae, quam trium Perſonarum „ veritas a Catholicis Sacerdotibus „ praedicatur „.

(21) In Codicibus F. & M. mutilus, & corruptus erat hic locus, quem totum propterea ex L. exemplo deſcripſi. Non multo aliter eum exhibet SIMONII Codex, in eo enim ita legebatur: *Reſpondeo. Quamvis orationes ſint dirigendae ad Deum* (L. Patrem), *tamen propter haereſim* Arianorum, *quae vigebat, Eccleſia prudenter ſtatuit ita orandum, ut explicatius oſtendatur aequalitas potentiae eſſe in tribus perſonis, licet indirecte ad has Perſonas, ſed directe ad Patrem, ut intelligitur ex hac voce* DEVS, *quae ſemper adjungitur*.

Digitized by Google

miſerere nobis: Spiritus Sancte Deus miſerere nobis? Reſpondeo, illas orationes non proprie dirigi ad Filium, aut Spiritum Sanctum, ſed ad Deum; hocque factum fuiſſe prudenter ab Eccleſia ad haereſim ***Arianorum*** refellendam, quae tum maxime vigebat **(22)**, qui quum negarent, unam eſſe in tribus Perſonis eſſentiam, Eccleſia, ut doceret aliter credendum eſſe, unamque & eamdem eſsentiam Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ad Filium, & Spiritum Sanctum has orationes direxit, non quod proprie ad Filium, aut Spiritum Sanctum dirigat, ſed ad Deum per enumeratas perſonas.

Quomodo Collectae ſint concludendae.

V. D. PAVLLVS docuit, quemadmodum debemus concludere orationes noſtras [II. *Cor. I.*] ***Quotquot enim promiſſiones Dei ſunt, in illo*** EST; ***ideo & per ipſum Amen Deo ad gloriam noſtram.*** D. PAVLLVS dicit ***omnes promiſſiones***, quas nobis Deus fecit, eſſe ſtabilitas, & quaſi fundatas in Chriſto, quod Chriſtus nobis eſt datus pro fidejuſſore, quaſi dixiſſet: ***omnes promiſſiones implentur per Chriſtum***, ideſt non ſunt vanae, & inanes, ſed habent effectum, & vim per Chriſtum. Ideo in quibuſdam libris additum eſt: ***& per ipſum dicimus Amen***, & ideo fit, ut ipſum ponamus ante oculos Patris, quoties volumus aliquid impetrare. Hanc ob cauſſam Eccleſia conſuevit omnes orationes concludere: ***Per Dominum noſtrum*** IESVM ***Chriſtum &c.***, & exponit Patri merita Chriſti; atque omnes orationes Sanctorum fiunt ad Patrem, & concluduntur per merita Chriſti, in quibus habent vim (23). Legi carmen de hac in

(22) Eamdem cauſſam explicat INNOCENTIVS III. in reſponſione ad quaeſita IOHANNIS *Lugdunenſis* Epiſcopi apud RAYNALDVM (*ad ann.* MCCIII. *num.* 72.) „ Quia vero „ quidam haeretici dogmatizare coe- „ perunt, quod Chriſtus non eſſet ve- „ rus Deus, ſed purus homo. & una „ ex eorum errorum cauſſis erat, quod „ Collectae non fiebant ad Filium, ſi „ cut i fiebant ad Patrem: ideo ad con- „ futandam hujus perverſitatem erro- „ ris, Eccleſia prudenter inſtituit, ut „ ſicut ad Patrem, ſic ad Filium diri- „ gerentur Collectae, ad majorem „ Deitatis expreſſionem talem conclu- „ ſionis formam adjungens, *qui cum* „ *Patre, & Spiritu Sancto vivis, &* „ *regnas Deus per omnia ſaecula ſaecu-* „ *lorum* „.

(23) Atque ideo TERTVLLIANVS dixit (*Cap.* 21. *Apolog.*) Chriſtianos Deum per Chriſtum colere. *Dicimus, & palam, & vobis torquentibus lacerati, & cruenti vociferamur; Deum colimus per Chriſtum. Per eum, & in eo ſe cognoſci vult Deus, & coli.* Meminit ejuſdem ritus OPTATVS *Mile-*

in Libro antiquo manuſcripto (24), cui titulus eſt: *Speculum Eccleſiae*.

PER DOMINVM *dicis*, *Patrem quum Presbyter oras*,
Quum Chriſtum memoras, PER EVMDEM *dicere debes*;
Si *Chriſto loqueris*, QVI VIVIS *dic*, *quia dicis*
QVI TECVM, ſi *ſit Collectae finis in ipſo* (25).

Cur reſpondetur AMEN?

VI. Ad ſextum, cur reſpondetur AMEN? reſpondeo, quia AMEN eſt confirmatio rei ante dictae, ſicut γενοιτο. [*Rom. IX.*] *Qui eſt benedictus in ſaecula*, *Amen*. [*Cor. XIV.*] *Si oraveris ſpiritu*, *is qui tenet locum idiotae*, *quomodo reſpondebit Amen ſuper tuam benedictionem*, ſcilicet: *ita eſt?* Et hanc reſponſionem fuiſſe uſitatam in omnibus orationibus diſcimus ex IVSTINO (*Apol. II.*) & aliis fere omnibus Auctoribus. D. AVGVSTINVS (*Ep. CVII.*) ſumpſit ex hac voce argumentum ad confutandum errorem cujuſdam haeretici, qui nolebat orari pro non bapti-

Milevitanus (*Lib. III.*) *Paganum vocas eum*, *qui Deum Patrem per Filium ejus ante aram rogaverit*. FERRANDVS praeterea Diaconus *in quaeſtionibus*, quas FVLGENTIO propoſuit, *in orationibus*, inquit, *Sacerdotum*: Per IESVM Chriſtum Filium tuum Dominum noſtrum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti, *per univerſas pene* Africae *regiones Catholica dicere conſuevit Eccleſia*. Sed ne *Africanos* tantummodo Patres huc advocem, eamdem clauſulam adhibuit S. CLEMENS in fine primae *ad Corinthios* epiſtolae; eamdem S. IRENAEVS (*Lib. III. adv. haer. cap. 6.*); eamdem CALLISTVS Epiſcopus, de quo Acta SS. Martyrum MARII, MARTHAE, AVDIFACIS &c. apud BARONIVM (*ad ann.* CCLXX. *n. 5.*)

(24) Haec ſolum inveni in C. M.

(25) Vides heic varias concludendarum orationum formulas indicari, de quibus vide SCORTIAM (*Lib. III. cap. XXIX. num. 4.*) GEORGIVM (*Lib. III. de Liturg. Rom. Pont. cap XV. n. 5.*) GAVANTVM (*T. I. tit. 5.*) & in eum MERATIVM (*pag. 80.*) Solum addo, poſtrema verba, quibus omnes orationes concludimus: *Per omnia ſaecula ſaeculorum* ex priſco Patrum ritu derivaſſe. S. IRENAEVS (*Lib. I. cap. I.*) *Atque ideo*, inquit, *nos cum gratiarum actione dicimus in ſaecula ſaeculorum*. TERTVLLIANVS quoque (*Lib. de ſpectac. cap. XXV.*) *aeonas aeonum*, ideſt *ſaecula ſaeculorum* alii omnino dicere vetat, niſi Deo, & Chriſto. Sed praeſtat audire FLORVM Magiſtrum in ſuo opuſculo *de Actione Miſſarum*, ubi id moris ad ipſos Apoſtolos refert. „ Quid eſt autem *per omnia ſaecula ſaeculorum*? „ Niſi quod Beatus IVDAS Apoſtolus in fine Epiſtolae ſuae velut, & „ diſtincte, & deſignanter exponit, „ & exponendo generaliter concludit, „ dicens: *ſoli Deo Salvatori noſtro*, *per* „ *Dominum noſtrum* IESVM *Chriſtum* „ *gloria*, *magnificentia*, *imperium*, *&* „ *poteſtas*. *Ante omne ſaeculum*, *&* „ *nunc*, *&* *in omnia ſaecula ſaeculorum* „. Confer SCORTIAM (*L. c. n. 5.*)

baptizatis, & haereticis, & excommunicatis in Eccleſia. *Numquid*, inquit, *ubi audieris Sacerdotem orantem clara voce pro toto populo, non reſpondebis Amen?* Ex D. HIERONYMO diſcimus (in prooemio 2. *Lib. commentarior. ad Gal.*) hanc vocem decantatam a Chriſtianis cum magna laetitiae ſignificatione, & laudat Eccleſiam Romanam, quod omnes hac voce reboarent (26).

De numero orationum.

VII. Quot orationes dicendae ſint? MICROLOGVS (*cap.* 4.) AMALARIVS, & alii dixerunt, non eſſe dicendam niſi unam orationem, quibus videtur favere, quod in quatuor temporibus non dicatur niſi una, & in feſtis duplicibus. Sed hoc non videtur verum, quia diſcimus ex TERTVLLIANO [*Apolog. cap.* 39.] factas fuiſſe orationes in Miſſa pro Imperatore, pro populo, & pro aliis multis, nec veriſimile eſt, pro tam diverſis una oratione eſſe oratum. Et AVGVSTINVS [*ep. CVII.*] ait oratum fuiſſe pro incredulis, pro Catechumenis. Et D. CHRYSOSTOMVS plane idem docet (*homilia II.* & *XIV.* in *II. epiſt. ad Corinth.* & *hom. LXXVII. ad Galat.* & *hom. de* ADAM *&* EVA) (27). Ita in hebdomada Sancta Feria VI. oramus pro Re-

(26) Plura ad id vetuſtatis exempla congerunt SCORTIA (*Lib III. cap.* 20.) BONA (*L.* 2. *cap. V.* § 6.) & GEORGIVS (*L.* 3. *cap. V. n.* 9.) *Mozarabes* bis *Amen* reſpondent, primo poſt ipſam orationem, ſecundo poſt ejus clauſulam, quae plerumque hujuſmodi eſt: *Per miſericordiam tuam Deus noſter, qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum*. Nam exempli cauſſa orationem poſt nomina claudunt *Mozarabes* his verbis: *Quia tu es vita vivorum, ſanitas infirmorum, ac requies omnium fidelium defunctorum in aeterna ſaecula ſaeculorum*.

(27) Varia fuit, quod ad orationum numerum adtinet, Eccleſiarum diſciplina. Tres ante pacem, ſeu offertorium orationes *Graecis* uſitatae erant. *Prima oratio*, inquit S. IOHANNES CHRYSOSTOMVS [*hom.* 72. *in Matth.*] *plena eſt miſericordiae, qua pro abreptitiis precamur: ſecunda, quum pro poenitentibus oratur, multam quaerit miſericordiam; tertia rurſus pro nobis recitatur, hoc eſt fidelibus*. Immo quinque poſt Epiſcoporum Sermonem praeſcripſit *Laodicenum* Concilium (*Can. XV.*), unam ſcilicet Catechumenorum, alteram Poenitentium; & quum exceſſerint, tres fidelium, unam in ſilentio, ſecundam, & tertiam clara voce, poſt quas daretur pax. Verum in *Romana* Eccleſia tres tantum ad ſingulas Miſſas poſt S. GREGORIVM M. (nam in *Leoniano* Sacramentario nunc plures, nunc pauciores; in *Gelaſiano* vero duae aut tres ante epiſtolam, unica ſecreta ante praefationem, duae poſt Communionem, quarum una eſt *ſupra populum*, leguntur)

Digitized by Google

ge, pro haereticis, pro Catechumenis, atque iſtae orationes ſunt relictae ex illa antiqua conſuetudine. Nam quod nunc Eccleſia non oret pro excommunicatis, non eſt antiquum, ut quod numquam recitentur orationes, niſi impari numero, hoc eſt vel una, vel tres, vel quinque, vel ſeptem, nec ſeptenarius orationum numerus excedatur (28).

§. XIII.

---

tur) orationes recitabantur; eaque conſuetudo ad finem fere ſaeculi XIII perduravit, ut oſtendit GEORGIVS (*Lib. III. de Liturg. R. P. cap. XV. n. 4.*) Reliquae Occidentis Eccleſiae plures aliae, aliae pauciores orationes adhibuerunt. Vide BONAM, MARTENIVM, & GEORGIVM. Recentiore quoque aevo non una illarum eſt diſciplina. Primum Concilium *Mediolanenſe* vetat, *ne plures tribus, vel ad ſummum quinque orationes, ſeu ut vocant collectae dici poſſint, niſi ubi Eccleſiae inſtitutum aliud poſtulet*. Concilium vero *Narbonenſe* a. MDCIX. tertiam tantum orationem permittit, *quam quiſque celebrans ad libitum recitare poteſt*. Nihilominus licet impari fere numero orationes praeſcriptae ſint, non is tamen numerus ea lege obtinuit, ut ſi parem in Dominicis per annum, in Feſtis ſimplicibus, & Feriis faciendae commemorationes ferrent, alia oratio addi debeat, quo impar numerus emergat; atque id a S. R. C. declaratum fuit II. Decembr. a. MDC. LXXXIV. Vide MERATIVM ad GAVANT. (*T. I. p. 78.*) Immo in duplicibus ob commemorationes, quae faciendae occurrant (de his vide eumdem MERATIVM *L. c. p. 66.*) facilius eſt, ut pari orationes numero recitentur. Exemplum eſto in ſecunda Dominicae Nativitatis Miſſa, in qua S. ANASTASIAE commemoratio adjicitur, quia ſtatio in ejuſdem Martyris Eccleſia ad eamdem Miſſam agebatur, ut MICROLOGVS diſerte tradit, & ex vetuſtis ordinibus *Romanis* laudatus MERATIVS confirmat.

(28) Septenarium numerum numquam excedendum eſſe (quemadmodum *Matthaeus* PARIS in vita Abbatum S. ALBANI conſtituiſſe perhibet IOHANNEM ejus Monaſterii Abbatem) docent Anonymus *Turonenſis* in ſuo *ſpeculo Eccleſiae*, Johannes BELETHVS (*cap.* 37), DVRANDVS (*Lib. 4. Rationalis cap. 14.*). In veteri *Ordinario* Monaſterii *Fiſcanenſis* ab annis circiter CCCC. manu exarato de numero orationum in Miſſa dicendarum haec ſcripta reperit *Edmundus* MARTENE (*de antiq. Eccleſ. Rit. tom. 1. lib. 1. cap. 4. art. 3. num. XI.*)
„ A traditione autem Majorum no-
„ ſtrorum accipimus, in omni Miſſa
„ unam, aut tres, aut quinque, aut
„ ſeptem orationes dici debere; unam
„ juxta *Romani* ordinis diſtinctionem;
„ tres, quia Dominus ante paſſionem
„ ſuam ter oraſſe legitur: quinque,
„ propter partitam ejus paſſionem, in
„ cujus commemorationem eadem ce-
„ lebramus officia: ſeptem, quia
„ Apoſtoli ſeptem petitiones Domini-
„ cae orationis, & conſecrationem eo-
„ rumdem myſteriorum frequentaſſe
„ leguntur. Rariſſime ſiquidem dili-
„ gentiores officii divini obſervatores
„ alium in orationibus ad Miſſam nu-
„ merum admittunt, niſi quem nos
„ competenti myſterio inſignitum hic
„ notavimus „. Quae verba deſumpta

viden-

Digitized by Google

§. XIII.

DE EPISTOLA.

I. SEquitur, ut de Epiſtola dicamus. Primo autem eſt explicandum, unde habuerit originem, ut recitaretur in Eccleſia Epiſtola. Fuit igitur origo tracta a *Judaeis*, qui in omnibus ſuis congregationibus, ritibus, & ſacrificiis ſolebant recitare die Sabbathi aliquid ex prophetis, & ex ſacris litteris, ut adparet exemplo Chriſti, qui inventus eſt diſputans cum ipſis in Templo, ubi legebatur ISAIAS Propheta; deinde ex Actis Apoſtolorum [*Cap. XIII.*] id intelligimus: *quum ingreſſi eſſent ſynagogam die Sabbathorum, ſederunt; poſt lectionem autem legis, & Prophetarum &c.* Itaque MOSES, & Prophetae in antiquis omnibus ſynagogis legebantur, & [*cap. XVII.*] PAVLLVS introi- *Unde habuerit originem Epiſtola.*

videntur ex MICROLOGI *obſervationibus Eccleſ.* [*cap.* 4.] Id etiam habet RADVLPHVS *Tungrenſis* (*propoſit.* 22.) At Concilium *Avenionenſe* a. MDLXXIV. ad *ſummum novem* orationes recitari indulſit.

Poſt orationem Miniſtri Altaris laudes pronunciabant. Sunt autem *Laudes* adclamationes feſtivae intra Miſſarum ſolemnia factae. Tales longo ordine ex MS. ordinario, ſeu Rituali *Viennenſi* deſcribit, & recenſet MARTENIVS (*Lib. I. de antiq. Ecleſ. rit. cap.* 4. *art.* 3.) *Chriſtus vincit, Chriſtus regnat, Chriſtus imperat. Summo Pontifici, & univerſali Papae vita, Exaudi Chriſte &c.* PHILIPPO ... *vita & victoria, Exaudi Chriſte &c.* ELISABETH *Reginae ſalus. & vita &c. &c.* Hujuſmodi laudes, quae in praecipuis *Franciae*, & *Alemanniae* Eccleſiis olim uſitatae fuerunt, referunt etiam in ordinibus ſuis BENEDICTVS Canonicus, & CENCIVS (*Muſ. Ital. T. II. Ord. XI n.* 19, *& Ord. XII. c.* 1.) pro die Natalis Domini his verbis: *Poſt primam orationem Diaconi Cardinales, & Subdiaconi, & alii Ordines cum Scriniariis faciunt laudes Domino Papae &c.* Iſthaec vero conſuetudo omnino fere obſoleta eſt, praeterquam in *Lugdunenſi*, & *Viennenſi*, aliiſque nonnullis *Galliarum* Eccleſiis, quae in retinendis antiquis ritibus ceteris religioſiores exiſtunt. *Romae* laudes fieri ſolent Domino Papae, in die dumtaxat ſuae Coronationis. Similibus laudibus olim inter Miſſarum ſolemnia adclamatum eſt Imperatoribus, vel, ſi praeſentes non eſſent, eorum imaginibus; ut legitur initio Libri XI Epiſtolarum S. GREGORII Magni. Excommunicatis autem varias ob haereſes *Graecis* Imperatoribus, hujuſmodi laudes fieri intermiſſum eſt; quae tamen poſtea CAROLO Magno, quum a LEONE Papa coronaretur, iterum factae fuerunt. Haec ex MAYLRO deſumpſimus (*pag.* 201.) Confer BONAM (*Lib. II. cap. V.* §. 8.) & SALAM in hunc BONAE paragraphum.

introierit *ad eos*, *& per Sabbatha tria diſſerebat eis de Scripturis*. Similiter *cap. XVIII* diſputabat cum eis, quia eo die legebatur aliquis locus Scripturae ſacrae, & de eo diſputabatur. Haec conſuetudo manavit ad Chriſtianos Apoſtolis auctoribus, ut conſtat ex D. PAVLLI epiſtola ad *Coloſs.* [*cap. ult.*] *Quum lecta fuerit apud vos Epiſtola haec*, *facite*, *ut in* Laodicenſium *Eccleſia legatur*, *& eam*, *quae* Laodicenſium *eſt*, *vos legatis* (1). Nam quemadmodum *Judaei* ſolebant aliquid legere ex veteri Teſtamento, ita PAVLLVS monet, ut ſuae Epiſtolae legantur; quinimmo etiam aliorum Apoſtolicorum virorum, qui hoc ſibi nomen pepererunt, ut vere & eſſent, & appellarentur *Catholici*, ſcripta lecta ſunt in Eccleſia, ut epiſtola CLEMENTIS *Romani* ad *Corinthios* legebatur ſicut Epiſtola PAVLLI in Eccleſia, ut auctor eſt EVSEBIVS [*Lib. III. hiſt. cap.* 16.] (2). Praeterea auctores antiqui faciunt mentionem de hoc uſu legendi epiſtolam, ut DIONYSIVS *Areopag.* [*L. de Hier.* cap. III.] (3), & TERTVLLIANVS in *Apolog.* [cap. XXXIX.], & CHRYSOSTOMVS [*hom. 36. in 1. ad Cor.*, *& hom. 3. in 2. ad Theſſal. & hom. 8. ad Hebraeos*, de *ſpectaculis* DAVID, *&* SAVL, & *hom. VI. de poenitentia*,] ubi facit mentionem earum epiſtolarum, quae legebantur in Eccleſia, & teſtatur etiam pſalmos DAVID quotidie legi, at non Evangelium, ſed tantum ter in hebdomada; nec quotidie legebatur epiſtola PAVLLI, ſed viciſſitudine quadam uno die prophetia, alio Epiſtola, alio Evangelium, quotidie pſalmi. Ad haec quidquid PHILO *Judaeus* ſcripſit (Lib. *de vita contemplativa*), Chriſtianis eorum temporum

(1) Et 1. Epiſt. ad *Theſſalonicenſes* in fine: *adjuro vos per Dominum*, *ut legatur epiſtola haec omnibus ſanctis Fratribus*. Quibus in locis, inquit poſt Card. BONAM BENEDICTVS XIV. (*Lib. II. cap. 5. n. 9.*) etſi diſerte non dicit Apoſtolus, ut earum Epiſtolarum lectio fiat in Miſſa, veriſimile tamen ſit, tempore Miſſae lectas eſſe eas Epiſtolas; nullos enim alios conventus novimus Chriſtianorum, quam qui ad ſacram ſynaxim agebantur.

(2) Et D. HIERONYMVS in lib. *de vir. illuſtr.* ubi de CLEMENTE. Exſtat & aliud apud eumdem EVSEBIVM [*Lib. IV. cap.* 25.] ejuſmodi exemplum ex DIONYSII *Corinthiorum* Epiſcopi ad SOTEREM epiſtola.

(3) Mallem IVSTINVM auctor noſter appellaſſet; in ſecunda enim *Apologia* Sacrum Chriſtianorum deſcribens S. Martyr, *& commentaria*, inquit, *Apoſtolorum*, *aut ſcripta Prophetarum*, *quoad tempus fert*, *leguntur*.

Digitized by Google

porum maxime convenit (4). Dixit autem: *conveniunt diebus feſtis contemplantes*, ideſt Chriſtiani (ſic enim EVSEBIVS interpretatur), *ſoliti ſunt legere aliquos libros ſacros, vel prophetarum veterum, vel ſuorum principum*: Vocat autem *principes* magiſtros illos antiquos Evangelii, quales fuerunt Apoſtoli (5). Unde colligimus epiſtolas Apoſtolorum fuiſſe lectas in Eccleſia: quo autem habitu, & qua ratione ſolerent Chriſtiani audire epiſtolam, ex eodem PHILONE *Judaeo* intelligimus: *Sedebant*, inquit, *& manum ſiniſtram admotam maxillae habebant, dexteram vero ad pectus, & erat ſummum ſilentium, & erant maxime attenti*. D. AMBROSIUS (6) *in Comm. in cap. XIV.* prioris epiſtolae ad *Corinthios* adnotavit hoc ipſum, & ex veteri ſynagoga profectum eſſe colligit, ut Chriſtiani ſederent, quum diſputaretur. Et hoc eſt, quod dicit PAVLLVS eo loco: *ſi alteri revelatum fuerit ſedenti, prior taceat*. Deinde propterea quod erant Prophetae, ſi cui in mentem veniebat aliquid a Deo ſuggeſtum, addebant in libro, qui ſolebat legi; & hoc eſt quod ait D. PAVLLVS: *Si quid revelatum &c.* Addit & aliud AMBROSIVS, quod ex PHILONE diſcimus, ſeniores ſolitos fuiſse ſedere, atque habuiſſe locum ſublimiorem in Eccleſia, quem propterea vocarunt *ſubſellia*; juniores ſediſſe humi; quod adhuc alicubi obſervatur. Quum vero ceſſavit donum prophetiarum, & interpretatio, non erat conſentaneum, ut quiſque legeret, & adderet, quod vellet; unde factum eſt, ut poſtea epiſtola tantum legeretur (7). Itaque neſcio quid venerit

(4) Therapeutas igitur PHILONIS Chriſtianos fuiſse MALDONATVS ſentit, quod poſtea BARONIVS, SERARIVS, PAPEBROCHIVS, TILLEMONTIVS, MONTFAVCONIVS, aliique confirmarunt. Vide T. I. *Fleuryani* operis inſcripti: *Diſciplina Populi Dei in novo Teſtamento*, eruditi viri P. *Johannis* HAIDEN recuſam a me diſſertationem de *Therapeutis* PHILONIS.

(5) Addit C M. quos ſic etiam D. DIONYSIVS vocare ſolet.

(6) Immo HILARIVS Diaconus. Confer SALAM in BONAM (*T. III. p. 97.*)

(7) *Gallicanae* Eccleſiae duas Evangelio lectiones, alteram e veteri, alteram e novo Teſtamento (quod etiamnum *Mozarabibus*, & *Ambroſianis* in uſu eſt) praemittebant; immo & in ſolemnioribus quibuſdam diebus in *Romana* Eccleſia fieri id conſueviſſe, antequam Fratres *Minores* ejus ritus immutarent, adfirmat RADVLPHVS *Tungrenſis* (*Prop. XXIII.*) In Miſſa *Roma-*

nerit in mentem hiſtoricis, qui ſcripſerunt de vitis Pontificum; ut facerent D. HIERONYMVM auctorem recitandae in Miſſa epiſtolae (8). Id enim puerile eſſe conſtat tum ex ſuperioribus, tum ex DAMASO Papa, qui per epiſtolam petiit a D. HIERONYMO [quae in ejus operum tomo IV. exſtat] (9), quam rationem *Graeci*, apud quos tum HIERONYMVS verſabatur, tenerent in legenda in Miſſa Epiſtola, & Evangelio, quod non feciſſet, ſi is id introduxiſſet.

Reſponſoria. II. Poſt Epiſtolam ſequuntur quaedam, quae ſunt interjecta, quae vocantur *Reſponſoria*. Tempore IV. Concilii *Toletani* nihil dicebatur, & interjiciebatur inter Evangelium, & Epiſtolam. Nam *cap. XI.* prohibet, ut nihil recitetur ante Evangelium, & hoc dicit eſse traditum ab Apoſtolis (10). Poſtea tamen,

men,

Romani Pontificis *Latine*, & *Graece* cantatur epiſtola; de quo ritu copioſe diſſerit GEORGIVS (*de Liturg. R. P. Lib. III. cap.* 16. *a num. IV.*) & ex eo CATALANVS *in Lib. II. Caeremonial. S. R. E.* [*cap.* 14.]

(8) Non id tribuitur HIERONYMO, ſed quod lectionum ordinem jubente DAMASO diſpoſuerit; quod quidem adeo puerile non eſt, ut doctiſſimis viris probetur, qui librum *Comitis* HIERONYMO adjudicant. Vide quae de hoc libro in ſuperiore volumine diximus. Ridiculum illud eſt, quod HONORIVS *Auguſtodunenſis* in *Gemma animae* (cap. 88.) aliique ex ipſo docuerunt, morem legendae Epiſtolae ab ALEXANDRO I. Pontifice profectum fuiſse.

(9) Alibi monui, ſuppoſitam DAMASO hanc Epiſtolam fuiſſe.

(10) Etiam BELLARMINVS (*de Miſsa Lib. II. cap.* 16.) ex hoc *Toletani* IV. Concilii Canone id ſaltem effici exiſtimavit (quod cautius dictum fuit) aliquid interſerendi inter Epiſtolam, & Evangelium non videri uſque adeo antiquam univerſalem conſuetudinem. Sed revera, ut ſupra monui, Canon *Toletanus* aliud omnino ſpectavit, quam id, de quo agimus. Reſponſorium enim *Mozarabes* non poſt Epiſtolam, ſed poſt Lectionem Veteris Teſtamenti canebant; poſt Epiſtolam vero Chorus nonniſi, *Amen* apud eos reſpondebat; tum continenter Evangelium ſequebatur; hoc autem *Laudes*. Igitur *Toletanum* non de Reſponſoriis heic agit, ſed de laudibus, quas contra receptum *Hiſpanarum* Eccleſiarum morem nonnulli inter Epiſtolam, & Evangelium interjiciebant. Caeterum longe ante hocce *Toletanum* Concilium Saeculo VII. habitum reſponſoria, non apud *Graecos* tantum, (quod idem BELLARMINVS ex Liturgia CHRYSOSTOMI arguit), ſed etiam apud *Latinos* uſurpata fuiſse facile eſt demonſtrare. SALA (*T. III. in* BONAM *p.*133.) horum Reſponſoriorum inventorem videri ait MVSAEVM *Maſſilienſis* Eccleſiae Presbyterum, qui ſaeculo quincto floruit; de ipſo enim GENNADIVS (*Lib. de Script. Eccleſ. cap.* 79.) tradit, eumdem excerpſiſſe *de Sacris Scripturis lectiones totius anni feſtivis diebus aptos*; *Reſponſoria etiam Pſalmorum, capitula temporibus, & lectionibus congruentia*. Verum, licet de Miſsae Reſponſoriis

heic

Digitized by Google

men, ut opinor, ad imitationem *Judaeorum* (11), poſt lectionem legis, tametſi repugnantibus ſenioribus, quod non liceret die Sabbathi, ut patet ex II. libro ESDRAE [*cap. VIII.*], coepit etiam Populus Chriſtianus poſt Epiſtolam, & Prophetas, qui nobis lex ſunt, adclamare verſibus quibuſdam Davidicis, idque voca-

heic ſermo eſſet, non inde tamen ſequeretur, MVSAEVM eorum fuiſſe inventorem, quemadmodum lectionum certe inventor non fuit, ſed ſolum illa reformaſse, aptioribus, quam quae antea uſurpabantur, ex Pſalterio excerptis. De Miſſa tamen heic non agi, ſed de divina Pſalmodia, nullus dubito. Nam praeterquamquod *reſponſoria Pſalmorum* antiphonae eſſe potius videntur poſt Pſalmos, & *Capitula*, quae in Miſsa locum non habent, ſed in officiis, ſatis indicant totum hunc locum ad *curſum*, ut ajebant antiqui, ſeu ad officia pertinere; GENNADIVS ipſe iſthaec omnia a Miſſa clare diſtinguit, de eodem enim addit MVSAEO: *Sed & ad perſonam Sancti* EVSTASII *Epiſcopi, ſucceſſoris ſupradicti hominis Dei, compoſuit* Sacramentorum *egregium, & non parvum* volumen, *per membra quidem pro opportunitate officiorum, & temporum, pro lectionum textu, pſalmorumque ſerie, & cantatione, diſcretum, ſed ſupplicandi Deo, & conteſtandi beneficiorum eius, ſoliditate ſui conſentaneum*. Duo igitur MVSAEVS compoſuit; officia primum VENERIO ſuadente recognovit, ad idque reſponſoria illa ſpectant; tum EVSTASII hortatu Librum quoque Sacramentorum reformavit, & quae ad Miſſam attinent, accuratius diſpoſuit. Certiora ſunt, quae de *Africanis* Eccleſiis ex AVGVSTINO diſcimus. Nam initio Serm. XXXIII. *de verbis Domini* recenſet, quid in lectione Apoſtolica, quid in Pſalmo, quid in Evangelio lectum ſit. *Et de verbis Apoſtoli Serm. VIII. Apoſtolum*, inquit, *audivimus, Pſalmum audivimus, Evangelium audivimus: conſonant omnes divinae lectiones*; & infra *Serm. X. Primam lectionem audivimus Apoſtoli, deinde cantavimus Pſalmum: poſt haec Evangelica lectio decem leproſos mundatos nobis oſtendit*. Quod ad *Romanam* adtinet Eccleſiam, *Gelaſianum* Sacramentarium bini Reſponſorii poſt lectiones Feriae VI. Paraſceves diſerte meminit. Quare non eſt, cur BERNONI *Augienſi* fides negetur in lib. *de quibuſdam rebus ad Miſſam ſpectantibus* (cap. VII.) ſcribenti: *Gradualia ſicut non ſolum in noſtris Libris habetur inſertum, ſed etiam, ut in quodam ordine, ſecundum Sancti* GELASII *Papae auctoritatem, reperi praetitulatum*. Fortaſſe *Romae* quoque (quod in *Africa* factum audivimus) integer Pſalmus antiquis temporibus poſt Epiſtolam canebatur, ut quod integer Pſalmus Gradualis in hodiernis Miſſalibus adhuc legitur Dominica prima Quadrageſimae, Dominica Palmarum, & Feria VI. Paraſceves, ex priſco ritu ſervatum ſit. Contraxiſſe hujuſmodi Reſponſorios Pſalmos, atque ad quoſdam verſiculos Reſponſoria redegiſse S. GREGORIVS M. videtur, dum in ſuo Antiphonario, quae in ſingulis Miſſis per annum cantari ſolent, in ordinem digeſſit.

(11) Vel ex hoc tamen MALDONATVS colligere debuerat, multo antiquiorem *Toletano* quarto Concilio reſponſoriorum uſum fuiſſe; quis enim credat Chriſtianos de Judaicis ritibus imitandis Saeculo VII. primum cogitaſse?

vocatum eſt *reſponſorium*, non propterea quod unus caneret, & alius reſponderet (12), ſed quod eſset quaſi Epiphonema, & adclamatio (13). Hanc tamen conſuetudinem ab *Italis* manaſſe auctor eſt RHABANVS (*Lib. II. de inſtit. clericor. cap.* 33.)

Graduale. III. Hinc factum, ut quaecumque adclamatio vocaretur *Reſponſorium*. Quum igitur multis locis eſſet Reſponſorium, hoc, quod Epiſtolae ſubjicitur, vocatum eſt *Graduale* diſtinctionis gratia (14). Quare autem *Graduale* vocatum ſit reſponſorium, tradit *Beatus* RHENANVS in adnotationibus in Lib. TERTVLL. *de corona militis*, ſcilicet quod caneretur, dum is, qui lecturus erat Evangelium, conſcendebat gradus, ne caeteri Chriſtiani interea ocioſi eſſent (15). Solebat enim illud ex loco edito legi, qui diverſis modis appellabatur. Primo a nonnullis vocabatur *pulpitum* vocabulo latino. Nam *Latini* vocabant *pulpitum* in tragoediis, & comoediis locum in ſcaena editiorem, ex quo aliquid canebatur ad continendum populum ſpectantem comoediam &c. & in quo hiſtriones adſcendebant ad movendum riſum. Apud PLINIVM juniorem teſtimonium eſt (*Epiſt.* 90.) Inde opprobria *ſcaena*, & *pulpito digna*. Apud CYPRIANVM idem legitur Lib. II. epiſt. 5. his verbis: *ad pulpitum*, inquit, *venis poſt cataſtam*, ubi cataſta non poteſt ſignificare genus compedis lignei, ut quidam illic adnotarunt. Quis enim ſenſus eſſet, praeſertim quum ſequatur illic: *a multitudine conſpici*? Significat ergo locum editum, e quo a gentilibus ſpectabantur damnati Chriſtiani. Secundo vocatus eſt hic locus *Ambo*, *Ambonis*, quod eſt frequens apud eos, qui egere de officiis clericorum

---

(12) Quod tamen praeter RHABANVM etiam S. ISIDORVS tradit (*L. I. de Eccleſ. offic. cap. VII.*) immo & S. AVGVSTINVS ſatis indicat, qui ſuper Pſalmum CXIX. ait: *Quem* (Pſalmum) *modo nobis cantatum audivimus, & cui* CANTANDO RESPONDIMVS.

(13) TVRRECREMATA *Tract. LXVI. in Reg.* S. BENEDICTI [nec diſſentit BONA] aliud etymon profert. Nempe *Reſponſorium* dictum exiſtimat, quod reſpondere debeat, ſeu congruere lectioni epiſtolae, ut ſi ex Geneſi, libris Regum, Actibus Apoſtolorum fuerit, reſponſorium etiam ex iis plerumque, & ex regula fiat.

(14) Vetus ordinis *Romani* expoſitio apud BONAM (*Lib. II. cap. VI. §. 4.*): *Reſponſorium, quod ad Miſſam dicitur*, PRO DISTINCTIONE ALIORVM Graduale *vocatur*.

(15) Ita etiam BELLARMINVS. Alia tamen opinio, quae *Gradualis* nomen a gradibus, ubi canebatur, antiquorum fere omnium eſt, AMALARII, DVRANDI, *Joh.* BELETHI, aliorumque. Vide adnot. XVII.

Digitized by Google

eorum ex Graeco *αμβων, ονος*, quod ſignificat faſtigium montis. Ita in Concilio *Laodicenſi* (*Cap. XV.*): *nemo adſcendat in Ambonem*. Tertio *αψις, ιδος, παρα το απτεσθαι*; erat enim factum opere fornicato, ita ut caput Evangelium recitantis ambiret. Apud PAVLLVM ſaepe reperias, & D. AVG. [*ep. CCXXX.*] (16). Porro quum hae apſides gradus haberent, in ſupremo legebatur Evangelium, ut conſtat ex libro antiquo ordinis *Romani* de Officio Miſſae. Ad hunc ſolus Diaconus adſcendebat; Subdiaconus in inferiore conſiſtebat (17). Itaque loco citato vocat AVGVSTINVS *apſidas gradatas*.

Mald. m Porro

(16) Vereor, ut quae de Apſide heic MALDONATVS diſſerit, ad Ambonem ſpectent. Ea potius vel ad hemiſphaericam Eccleſiae poſt princeps altare partem, quam vulgo *tribunam*, aut chorum dicimus, vel ad Epiſcopales Cathedras retulerim.

(17) In antiquis Eccleſiis unus ſaltem Ambo, iſque cum duobus graduum ordinibus, uno a ſiniſtris *orientem* verſus, quo adſcendebant, altero a dextris *occidentem* ſpectante, quo deſcendebant, vel etiam ut alia via Subdiaconus lecta Epiſtola abiret, alia Diaconus Evangelium lecturus adſcenderet. Epiſtola autem in inferiori gradu legebatur, in ſuperiori Evangelium. In pleriſque tamen Eccleſiis duo Ambones erant, pro Epiſtola alter, alter pro Evangelio, uti in antiquiſſima Eccleſia S. LAVRENTII *in Agro Verano* hodieque *Romae* conſpicimus. Tres quoque interdum Ambones conſtituti fuerunt, duo in cancellis dextris, unus ſcilicet pro Epiſtola verſus altare, alter pro legendis Prophetiis verſus populum; tertius in ſiniſtris paullo editior, atque ornatior ad Evangelii lectionem; cujuſmodi ſunt tres illi ambones, qui etiamnum exſtant in *Romana* S. CLEMENTIS Eccleſia a RONDININIO de eadem Baſilica [*Lib. II. cap. IX.*] & a MABILLONIO in *Comm. ad Ord. Rom.* (p. XXIV.) deſcripti. Ubi nullus eſſet Ambo, gradus ſaltem aliquis ligneus ad ſacras lectiones adhibebatur. Hinc LEO *Oſtienſis* (*Chron. Caſſin. Lib. III. c. 19.*) *Gradum ligneum extra chorum, Ambonis in modum conſtituit, in quo videlicet tam lectiones in nocte, quam Epiſtolae, & Evangelia ad Miſſas praecipuarum feſtivitatum legerentur*. Ad Graduale quod ſpectat, ordo Miſſae ſaeculo XII. exaratus apud GEORGIVM (*T. II. pag. 137.*) monet: *nec in eodem gradu Reſponſorium, vel Alleluja cantari debet, quo recitatur Evangelium Chriſti*. Igitur vel in Ambone, ubi lecta epiſtola fuerit, vel certe juxta pulpiti, unde Evangelium praelegendum erat, gradus canebatur. Primum diſerte tradit AMALARIVS in *Eclogis*: *Non adſcendit ſuperius tam qui Reſponſorium cantat, quam qui lectionem legit, ſed ſtat in eodem loco*. Immo idipſum ordo *Romanus* II. apud MABILLONIVM ſtatuit his verbis: *Poſtquam* (*Subdiaconus Epiſtolam*) *legerit, Cantor cum Cantorio ſine aliqua neceſſitate* (*ideſt intermiſſione*) *adſcendit, non ſuperius, ſed ſtat in eodem loco, ubi & lector, & ſolus inchoat Reſponſorium, & cuncti in choro reſpondent, & idem ſolus verſum* Reſ-

Porro graduale adclamabant initio ſoli Poenitentes (18), nempe homines miſerabiles adclamabant Evangelio legendo, quo praecipitur Poenitentia. Prima hujus conjectura eſt, quod graduale ſemper ſit plenum adfectus hominis poenitentis, ut videre eſt per ſingula. Secundo quod in libris antiquis vocetur ***lamentatio poenitentiae***. Tertio quod Graduale non legatur poſt Paſcha, ut conſtat ex Libro ***de ordine Romano***, quod id eſſet tempus Lætitiae. Quarto quod quum hodie ceteri pſalmi canantur hilariter, hoc recitetur triſti, & ſubmiſſa voce.

Alleluja. IV. Ergo his temporibus ne populus ocioſus eſſe videretur, ſolitus alias cantare coepit ſufficere aliquot verſus laetos interpoſito ***Alleluja***. Quod totum per ſynecdochen vocatum eſt ***Alleluja***. Poſt Pentecoſtem ſcilicet Graduales non legebantur; ſed quia populus Chriſtianus jam erat adſuetus aliquid agere poſt epiſtolam, videbatur ſibi populus eſſe mutus; ne ocioſus videretur, coepit loco illius lamenti poenitentialis adjicere aliquem verſum gaudii, ut ***Alleluja***. Poſt quum aliis etiam temporibus vellet populus utrumque conjungere, & ***Alleluja***, & ***Graduale***,

Reſponſorii cantat. Brevius ordo III. *Poſtquam Lector legerit, Cantor cum Cantorio adſcendit, & Reſponſorium dicit*. Alterum vero indicat antiqua *Expoſitio Miſſae* a GEORGIO [*pag.* 34.] adlata: *Deinde* [ſequitur] *Reſponſorium, quod ideo reſponſorium dicitur, quia alio deſinente, id alter reſpondeat: quod & Itali traduntur primum inveniſſe. Et hoc quidem Graduale dicitur, eo quod juxta pulpiti gradus cantatur*. Id ipſum in altera *Expoſitione Miſſae*, quae ſaeculo XI. ſcripta creditur, ſic traditur: *Poſt* [*Epiſtolam*] *Reſponſorium gradale pſallitur, & dicitur Reſponſorium, quod uno ceſſante, hoc ipſum alter reſpondet. Gradale autem dicitur ab aliorum diſtinctione Reſponſoriorum, quod hoc in gradibus, hoc eſt in pojo pſallatur, cetera ubicumque voluerit Clerus*. Porro barbara illa vox *in pojo* locum cancellorum, ſeu marmorea cancella, quibus Sanctuarium a choro, & Eccleſia diſtinguitur, THOMASIO interprete, ſignificat.

(18) Non omittendum majori quadam caſtigatione in L. C. haec legi. En Codicis verba: „ Perlecta autem „ ex eo loco (Ambone) Epiſtola populus adclamare ſolebat, & MA„ XIME Poenitentes; quae adclama„ tio vocata fuit *Reſponſorium*, *& Gra„ duale*; cujus quidem rei poenitentes fuiſſe auctores, & ex ipſa eo„ rum conditione, & ex quibuſdam „ conjecturis probari poteſt. Nam „ quum Poenitentes homines eſſent „ miſeri, ac vitam triſte, ac miſere „ ducentes, ſolebant ſemper aliquid „ adclamare, & maxime quod hodier„ no die dici ſolet tempore poeniten„ tiae: *Parce Domine, parce populo „ tuo; & ne memineris Domine ini„ quitatum noſtrarum, & non ſecundum „ peccata noſtra, quae fecimus nos &c.*

Digitized by Google

duale, prohibitum eſt, ne id fieret tempore Septuageſimae, aut Quadrageſimae (19).

V. Demum privatus hoc cantu populus introduxit alios triſtes verſus, qui vocati ſunt Tractus, vel a genere compoſitionis, vel quod tractim recitarentur, ut viſum eſt DVRANDO [*Lib. IV. cap. XXI.*] (20). *Tractus.*

VI. Poſtremo quia ſupererat temporis aliquid, fortaſſe ſunt excogitatae orationes, quas vocaverunt *Sequentias*, vel propter genus compoſitionis, quia erat oratio compoſita conſequenter, ut extrema ſint ſimilia, vel quod dicerentur paullo antequam diceret Diaconus: *Sequentia Sancti Evangelii ſecundum* IOHANNEM, ideſt illa, quae reliqua ſunt ex ſuperioribus, & mutato per errorem numero *ſequentia ſequentiae* efformatum fuit, ut nunc nonnulli dicunt *Bibbiam pro Biblia* (21). Vocatae ſuut etiam *Proſae*, quod Rhythmi, non carmen eſſent, nomine ſatis *Latino*. *Proſa* enim dicitur, quod rectum eſt, non ligatum, & non numeris adſtrictum (22). Auctorem autem HONORIVS *Auguſtodunenſis* (*Lib. I. de Divinis Officiis cap.* 18.] teſtatur fuiſſe Abbatem quemdam ordinis S. BENEDICTI, qui vocabatur NOTKERVS, ante DCC. annos plus minus. Notandum etiam eſt, proſam illam non fuiſſe ſolitam cantari, niſi in ſumma laetitia: cujus argumentum eſt, quod hodierno die non ſint ſcriptae, niſi in celeberrimis feſtis, ut *Sequentia, ſeu proſa.*

---

(19) Vide quae de *Alleluja* antea occupavimus. Haec tantum ex GEORGIO (*T. II. p.* 140.) addimus, *Alleluja* muſicis notis cantatum fuiſſe ab uno cantore in alba ſine planeta, ſtante in gradu Ambonis verſus *orientem*, & repetitum a Schola Cantorum, ac ter ſaltem ſemper dictum.

(20) Scilicet, inquit GEORGIVS (*L. c. p.* 141.) Cantores quum Tractus canerent, cantum in longum protrahebant ſine intermiſſione, ſine ulla interruptione orationis, ſine ulla percuſſione, & ſuſurro. Cantabatur autem Tractus in Ambone a ſolo Cantore ſine caſula, nemine intercinente,

(21) Vel quia ſequuntur Epiſtolam, ut dixi [*Bibl. Ritual. Lib. I. cap.* 3. *artic.* 4. §. 1. *n.* 6. quem vide], vel potius, quod BONAE magis probatur, quia loco ſequentiae pſalli coeperunt. Notae enim, quae poſt *Alleluja* ſine verbis cantantur, *jubilationes* ab aliis, ab aliis quoque *ſequentiae* appellabantur, quaedam veluti ſequela, & appendix cantici *Alleluia*. Quare ut omittam AMALARIVM [*Lib. III. cap.* 16] Ordo Romanus ab Auctore mox citandus, *ſequitur*, ait, *Jubilatio*, *quam* ſequentiam *vocant*.

(22) M. C. Latini enim vocant *prorſus*, *prorſa*, quod rectum eſt, unde prorſam Orationem τον πεζον λογον, quod rectus ſit ſermo, & non ſinuoſus; & poſt etiam proſam.

Corporis Chriſti (23). In aliis vero, ubi minus eſt gaudii, non legimus ſequentias. Conſtat hoc etiam ex auctore ordinis Romani: *ſequitur jubilatio, quam ſequentiam vocant*; unde puto fuiſſe Sacerdotum curioſitatem, ut adderetur in Miſſa *pro mortuis*, ubi omnia par eſt eſſe triſtia (24). Quapropter in antiquis ordinibus *Romanis* non reperitur ſequentia pro mortuis.

§. XIV.

DE EVANGELIO.

Quam antiqua ſit in Miſſa Evangelii lectio.

I. PRimum caput eſt, quam antiquum ſit, ut legatur Evangelium. Antiquiſſimum eſſe conſtat ex CHRYSOST. (*homil VI. de poenitentia*) & ex HIERON. Lib. contra VIGILANTIVM, & ex Concil. *Laodicenſi* [*cap. 16.*] De eodem in Miſſa legendo agit Concilium I. *Valentinum in Hiſpania* [*cap. 1.*] Concilium *Arauſicanum* [*can. 18.*] & GREGORIVS *Lib. II. Reg. ep.* 18. (1).

II. At

(23) Addit idem C. M. *Sancti* IOHANNIS, Nativitatis, Pentecoſtes &c. Hinc vero diſcimus, in Miſſalibus, quibus a. MDLXIX. MALDONATVS utebatur, diem S. IOHANNIS ſuam habuiſſe ſequentiam.

(24) Hunc MALDONATI locum ex alio Codice P. SALA in BONAM [*T. III.* 143.] ſic exhibet: *Colligo curioſitate privata aliquorum Sacerdotum fuiſſe additam Proſam in Miſſis, quae pro Defunctis dicuntur, ut dicant* Dies illa, dies irae, *quod ſit extra rationem, & antiquiſſimos Miſſales Libros, qui tantum habent ſequentiam in diebus laetis. Dominicani* quoque, ut eo loco SALA animadvertit, in notis, quas ann. MDLXXVI. *Salmanticae* ediderunt in proprii Miſſalis ordinarium, hanc proſam, utpote quae contra Rubricas ſit, ſtatuunt non eſſe canendam. Ita ordin. Praedic. Venet. MDLXXXII. DVRANDVS ſcilicet Lib. IV. cap. XXII. n. 1. regulam poſuit: *Quando ergo non dicetur Alleluja, non decet ſequentiam dici, quoniam loco pneumae ejus dicitur: & idem ſignificat quod pneuma, ſcilicet aeternae vitae gaudium &c.* Etiam Petrus CIRVELVS in *expoſitione Miſſalis* [Lib. II. cap. 125.] notat, non improbantibus, qui illum appellant, BONA, & MERATIO, *improprie* dici ſequentiam in Miſſis defunctorum, quia hoc officium nec Alleluja, nec ſequentiam debet habere, quae ſunt cantica laetitiae. Vide etiam GRANCOLASIVM (*Anc. Lit. pag.* 508.) Ego vero niſi rationes, ob quas in defunctorum funere *alleluja* cani ſolitum fuiſſe ſupra monuimus, huc advocare velimus, eam ſequentiam in Miſſali *Piano* ſervatam crediderim, non tam ſpectata ſequentiarum origine, quae gaudium indicat, quam religioſi adfectus cauſſa, ut piam quamdam pro defunctis orationem.

(1) Adde OPTATVM, AVGVSTINVM, LEONEM GREGORIO M. antiquiores.

Digitized by Google

Quando legebatur.

II. At quando legebatur? Olim quidem die tantum Sabbathi, ut conſtat ex CHRYSOSTOMO [*homil. VI. de poenit.*] & ex Concilio *Laodiceno* [*cap. XVI.*] (2). Ad haec controverſia fuit inter Eccleſias antiquas, an ſtatim legendum eſſet poſt Epiſtolam ante excluſos Catechumenos, Energumenos &c. Nam in Concilio *Arauſicano* [*can.* 18.] prohibentur Catechumeni audire Evangelium, ſed L. annos poſt, primum Concilium *Valentinum in Hiſpania* [*cap. I.*] conſtituit, neminem eſſe depellendum ab audiendo Evangelio; & IV. Carthaginenſe, quod eſt antiquius [*cap.* 84.] Quare poſtea conſuetudo ea obtinuit, ut audirent Evangelium Catechumeni.

Petitio benedictionis.

III. Ut autem benedictionem petat Diaconus (3) a Presbytero lecturus Evangelium, conſtat ex AMALARIO [*Lib.* 3. *de rebus Eccleſiaſticis cap.* 18.] (4) antiquum eſſe; fit autem, ut ſignificetur, non eſſe cujuſvis Evangelium legere, ſed ejus, qui rite miſſus fuerit ab Epiſcopo. Deinde quia ſacra res eſt, & ardua, qualem nemo adgrediebatur, niſi petita ab Epiſcopo benedictione; quam ob cauſſam ne menſam quidem benedicebat Sacerdos, praeſente Epiſcopo, ſed Epiſcopus ipſe. Poſt benedictionem ſumit Diaconus Librum Evangeliorum ab altari (5), quo ſignificetur non debere procedere lectionem Evangelii, niſi ex ſacro loco, & ex ipſo corde Eccleſiae, ſicut in eo loco porriguntur claves Eccleſiae Oſtiario ordinando.

Cerei.

IV. Ad haec adcenduntur cerei ad legendum Evangelium ad ſignificandam laetitiam. HIERONYMVS contra VIGILANTIVM:

(2) Id toriaſſe in aliquibus Eccleſiis peculiare fuit, ut Sabbatho ſolum legeretur Evangelium, quamquam ne hoc quidem BONA concedit.

(3) Olim Lectores Evangelium quoque legebant; poſtea id munus Diaconorum adeo proprium fuit, ut S. HIERONYMVS [*ep. ad* SABINIANVM] eum laudarit, quod *Evangelium Chriſti quaſi Diaconus lectitabat*. Vide BONAM (*Lib. II. cap. VII.* §. 1.) & GRANCOLASIVM [*Ancien. Liturg.* p. 513. *ſeq.*] *In Alexandrina* Eccleſia Evangelium canere ſolius Archidiaconi erat; in ſolemnioribus vero diebus ab ipſo Epiſcopo CPoli canebatur, SOZOMENO teſte (*Lib. VII. hiſt. Eccleſ. cap.* 19.)

(4) Varias petendae, adcipiendaeque Benedictionis formulas vide apud BONAM (*L. c.* §. 2.) & GEORGIVM (*de lit. R. P. Lib III. cap.* 18.)

(5) ETHERIVS, & BEATVS (*adv.* ELIPAND.) de ritu Sacrificii differentes ſingularem ſuae gentis ritum, ubi Diaconus Evangelium ex altari ſumeret, animadvertunt. *Quum*, inquiunt, *Evangelium a Levita ſuper altare levatur, a Levita primum dicitur: Laus tibi, & ab omnibus reſpondetur: Laus tibi Domine* IESV *Chriſte, Rex aeternae Gloriae*.

TIVM: *Quando Evangelium*, inquit, *legendum eſt*, *adcendantur luminaria*, *jam ſole rutilante*, *non ad fugandas tenebras*, *ſed ad laetitiam demonſtrandam*. Diſcimus tria ex hoc loco; primo cauſſa quae fuerit, ut adcenderentur luminaria, & cerei, quando legebatur Evangelium, ad demonſtrandam laetitiam; 2. illam conſuetudinem non fuiſſe in tota Eccleſia, quia id dicit eſſe proprium Eccleſiae *Orientis*; 3. colligimus, in Eccleſiis *Orientis* in ceteris partibus Miſſae nullum adcenſum cereum, neque in introitu, idque etiam colligimus ex Libro *Ordinis Romani* ſcripto poſt D. HIERONYMVM. Immo idem auctor ait, ſolitos cereos extingui poſt Evangelium, & ad conſecrationem iterum adcendi; unde nunc relictus mos, ut eo tempore novus cereus adcendatur. ISIDORVS (*Lib. VII. cap.* 12. *etymologiar.*) idem ſcribit: ergo extincti erant poſt Evangelium (6). Unde male putant Summiſtae, eſſe peccatum mortale incipere ſacrum ſine lumine (7). Id duravit uſque ad Concilium *Aquiſgranenſe* [*cap.* 5.] Hujus conſuetudinis veſtigium tantum manet hodie in hebdomada ſancta, quando legitur Paſſio; tunc enim extinguuntur omnes cerei, quia ibi ratio, propter quam adcendebantur, amplius non habet locum, nempe quia non ſit ibi locus laetitiae (8).

Quod lector Evangelii adſcendat in pulpitum, & convertat ſe ad Aquilonem.

V. Alia caeremonia eſt, quod Diaconus ad Pulpitum adcedat, & convertat ſe verſus Aquilonem, & totus populus una, quamquam nunc in tanta populi frequentia minus adverti poteſt. Cauſ-

(6) „ Verum, inquit GEORGIVS „ (*T. II. p.*151.) Ordo *Romanus* I. ex editione BLANCHINI haec habet, quae in editis deſiderantur: *Ceteri vero Acolythi ſumentes cereoſtata*, *ponent ea retro altare per ordinem*. Ex quibus incertum ſit, an candelae in his candelabris poſitae extinguerentur, an adhuc adcenſae collucerent. At praeter AMALARIVM, ex ordine *Romano* V. aperte liquet, has candelas poſt Evangelium extingui conſueviſſe: *Et candelabra*, inquit, *ab Acholytis extinguantur & poſt altare ponantur* „.

(7) Haec omittuntur in C.L. Hinc tamen non inferas, peccati mortalis reum non eſſe Sacerdotem, qui partem aliquam Miſſae notabilem in quocumque caſu celebrare ſine lumine auderet. Vide MERATIVM ad GAVANTVM [*T. I. p.* 121.] & BENEDICTVM XIV. [*de Sacroſ. Miſſae Sacrific. Lib. III. cap.* 7. *n.* 2.] Id ſolum MALDONATVS innuit de eo, qui nondum adcenſis luminibus ſacrum inchoaret. Neque tamen ego a veniali culpa excuſarem hujuſmodi Sacerdotem, qui ne tantillum exſpectaret, dum lumina adcenderentur, veluti morae impatiens, Miſſam inchoaret.

(8) De luminibus, cereiſque ad Miſſam vide diſputantes BONAM (*Lib. I. cap.* 25. §. 7.) in eumque P. SALAM, ac BENEDICTVM XIV. [*de Sacroſ. Miſſ. Sacrific. Lib. I. cap. III. num.* 4.]

Cauſſas alii alias adſignant, ſed pleraeque ſunt allegoricae, & nimis longe petitae, quae potius ad concionantem, quam ad docentem pertinent. Mihi videtur eſſe una e duabus. Prima, quae videtur mihi verior, quia olim aedificata erant templa, ut diſcimus ex CLEMENTE (*Lib. II. Conſtit. cap. 62.*) ad formam navis (9). Nam ſicut in navi eſt utrimque ordo remigum, medium autem locum occupant ſarcinae, & viatores; ita in templo erant tres partes, una ſiniſtra ingredientibus, in qua ſedebant viri, altera dextera, in qua feminae; quas duas partès vocavit CLEMENS *παςοφορια* (quam vocem CLEMENTIS interpres quum putat ſignificare arculas prope altare, in quibus reponerentur veſtes Sacerdotum, errat, nam ſignificat CLEMENS his nominibus partes Eccleſiae: deinde ſine dubio ſumpſit ex cap. XXII. ESAIAE, ubi D. HIERONYMVS vertit *tabernaculum*) & vocabatur *παςοφοριον* virorum, aut mulierum, quaſi tabernaculum virorum, aut mulierum. *Graeci* clarius vocarunt illud *ανδριςιον*, illud *γυναικειον*, quo nomine etiam appellabant conclave feminarum in privatis aedibus. In media parte erat chorus Sacerdotum, qui locus uno nomine vocatur *Schola*, & qui praeerat, *Magiſter Scholae*, cui nunc ſucceſſit, qui vocari poteſt *Magiſter odei*, ideſt Magiſter cantus. Huc neque viris laicis, neque feminis licebat irrumpere. Item diſcimus ex AMBROSIO (*ad Virginem lapſam cap. 6.*) fuiſſe etiam loca ſeparata diverſis aetatibus, ut verbi gratia Virginibus inter feminas. Hoc ipſum fuit in more Judaeorum. Nam non tantum viri ſeparati ſedebant, ſed etiam Virgines, ut ſcribit ORIGENES (*Tract.* XXVI. in MATTH.) & appellavit traditionem Hebraeorum antiquiſſimam, quum ipſe ſit antiquiſſimus, & narrat (10), B. Virginem poſt partum, quum in templo concurriſſet ad locum Virginum, & a Miniſtris expelleretur, a ZACHARIA Patre IOHANNIS BAPTISTAE defenſam fuiſſe: hinc orta contentione exploratam Virginem (quod videtur falſum eſſe) eaque in contentione occiſum eſſe ZACHARIAM inter templum, & altare; de qua caede mentio eſt in Evangelio. Poſt haec quum obſoleſceret haec diſciplina, & feminae pro ſua audacia non ſolum in virorum laicorum,

ſed

(9) Quae ſequuntur, ex M. C. deſcripſimus.

(10) Et haec ex M. C. maluimus exſcribere, quod C. F. ſatis implexe eadem exhiberet.

ſed etiam in locum Sacerdotum, ſive presbyterium irrumperent; legimus ſaepe hoc nomine reprehenſas. Concilium *Laodicenum* (*cap. XLIV.*) prohibet, ne ulla femina ad altare ingrediatur, cujus nomine non tantum altare, ubi ſacrificium offertur, ſed totus locus, in quo Sacerdotes includuntur, intelligi debet: & GELASIVS I. qui abhinc M. annis vixit (*ep. I. cap. 25.*) dicit, ſe impatienter tuliſſe, quod audiſſet, nonnullas feminas ad altare ingredi; & in Concilio *Nannet.* [*cap. III.*] ſimiliter reprehenduntur mulieres, quae ingrediebantur ad altare; & in Concilio *Pariſienſi II.* [*cap. XLV.*] reprehenduntur quaedam feminae, quae eo uſque audaciae erant progreſſae, ut vellent etiam ſuis manibus Euchariſtiam ſumere, & porrigere populo. Porro ideo ſedebant laici viri in parte, quae erat ſiniſtra ingredientibus templum, quod eadem eſſet dextra Sacerdoti converſo ad populum, aut Epiſcopo ſedenti juxta altare; ex quo tempore erat metienda ratio honoris; qui mos etiam hodie ſervatur in ſacrario *Romano*. Nam quum ſit ſacrum, Papa ſedet ad partem ſiniſtram ingredientibus, neque uſquam vidi contrarium, niſi hic *Pariſiis*. Nunc ergo cauſſa prior, ut ſe converteret Diaconus ad Septemtrionem ea eſt, ut ſe converteret ad viros, praeſtantiorem populi partem. Altera eſſe potuit, quam AMALARIVS (*Lib. III. de rebus Eccleſiaſticis cap.* 18.) adfert, quod illa pars cenſeretur eſſe melior, & IVSTINVS in explicatione quaeſtionis 118. quia interrogatus fuerat, cur Chriſtiani potius verſus *orientem*, quam alibi orarent, quum ubique ſit Deus, & impleret totum orbem: *quia*, inquit, *volumus dare Deo, quae optima ſunt*, & *oriens* cenſetur pars honorabilior, quia eſt dextra, ſi ad ſiniſtrum polum nos convertamus; quo fit, ut dextra manu potius, quam ſiniſtra nos ſignemus. Nunc ergo (11) quum alii *orientem*, alii *occidentem* vocent dextram mundi partem, quum non poſſet ſe ad *orientem* convertere qui legebat Evangelium, ne eſſet averſus a populo, convertebat ſe ad Septemtrionem, ut ſic cenſeretur eſſe converſus ad *orientem*. Scio MICROLOGVM (*cap. IX.*) & nonnullos alios Auctores ſcribere, ſolitum ſe convertere ad meridiem; ſed puto eſſe errorem Librariorum; nam contrarium docent omnes Libri *Romani* (12). VI. Alia

(11) Solus C. M. haec addit uſque ad paragraphi finem.

(12) Quos Libros *Romanos* heic deſignare MALDONATVS voluerit, mihi

VI. Alia caeremonia eſt, ut Diaconus dicat: *Initium Sancti Evangelii*, vel *Sequentia Sancti* (13) *&c.* Quae res eſt valde antiqua. Nam CHRYSOSTOMVS (*hom. VIII. in Epiſt. ad Hebr. & homil. III. in II. ad Theſſal.*) hac ratione reprehendit eos, qui non ſunt adtenti in Eccleſia. *Non auditis*, inquit, *quod dicit Diaconus*: *Aliae caeremoniae.*

---

mihi incompertum eſt. Nam ordo Romanus *ad meridiem* Diaconum, Evangelium qui legeret, verti jubet. „ At-
„ que hic mos, inquit GEORGIVS
„ [*T. II. p.* 155.] in Eccleſia *Romana*
„ ſaeculo etiam XII. perſeverabat, nam
„ in dialogo inter *Ciſtercienſem*, & *Clu-*
„ *niacenſem* Monachum apud MAR-
„ TENIVM [*in nov. Theſaur. anec-*
„ *dot. T. V. pag.* 1587. *Interrogat.* 44.]
„ *Ciſtercienſis* haec objicit, ac narrat:
„ *In libro*, inquit, *qui Sacramentarius*
„ *dicitur*, *ſic legitur*: *Diaconus dum*
„ *legit*, *ſiſtat verſus aquilonem*, *quia*
„ *frigidis in fide praedicatur Evange-*
„ *lium*. Romae *vero*, *quia maſculi ad*
„ *meridiem*, *feminae conſiſtunt ad aqui-*
„ *lonem*, *vertit ſe ad digniorem ſe-*
„ *xum*. *Ecce contra ſacram auctorita-*
„ *tem*, *contra* Romanum *morem*, *con-*
„ *tra veſtrum in privatis Miſſis morem*
„ *in publica Miſſa legitis Evangelium*
„ *verſi ad orientem*. *Dic quaeſo. ſi no-*
„ *ſti*, *tam mirae conſuetudinis aliquam*
„ *rationem*. His adde brevem adnota-
„ tiunculam ad oram in Codice Va-
„ ticano 1146. ad ea verba Eclogae
„ AMALARII: *Cur ſit Diaconus in*
„ *ambone verſus ad orientem*; ub haec
„ adnotantur: *Apud nos contra Aquilo-*
„ *nem*, *quia contra illum loquitur*, *qui*
„ *dixit*: *ponam ſedem meam ad Aqui-*
„ *lonem*. Haec manifeſte docent, *Ro-*
„ *mae* Diaconum, dum Evangelium
„ legeret, faciem ad meridiem ver-
„ tiſſe „. Haec ipſa tamen verba aperte ſignificant, alibi Diaconum ad Aquilonem ſe convertiſſe. Idem REMIGIVS *Antiſiodorenſis de Galliis* diſerte docet in *explicatione Miſſae*. Addit SALA [T. III. in BON. p. 154.] „ Vi-
„ ſitur in Eccleſia *Aquiſgranenſi* ma-
„ gnifica Cathedra ab Imperatore San-
„ cto HENRICO donata anno MXII.
„ ex qua Diaconus legit Evangelium,
„ eaque ſita eſt in dextera parte introi-
„ tus Eccleſiae, quae antiquiſſimum eſt
„ monumentum moris legendi Evan-
„ gelium Septentrionem verſus „. Ceterum ſive Diaconus ad meridiem, ſive ad Aquilonem ſe ſe converterit, eadem ratio eſt. Nam, ut ex Dialogi auctore audivimus, cauſſa, cur *Romae* ad meridiem ſe verteret, erat virorum in ea Templi parte ſtatio, quum alibi ad Aquilonem conſiſteret.

(13) *Graeci* antea ſilentium indicunt. Nempe Diaconus quinquies per intervalla clamat: *adtendamus*. Diacono exinde in Ambonem adſcendente, alta ſimiliter voce Sacerdos ait: *Sapientia recti. audiamus S. Evangelium &c.* In Miſſa quoque *Aethiopum* Diaconus circuit Eccleſiam elata voce dicens: *Surgite*, *audite Evangelium*, *& bonam adnuntiationem Domini*, *& Salvatoris* IESV *Chriſti*. Apud *Latinos* Diaconus, vel Sacerdos lectionem Evangelii incipit ſalutando populum, dicens: *Dominus vobiſcum*, ut ea ſalutatione ſimiliter excitet fideles ad devote percipienda verba divina. Apud *Mozarabes* ante Epiſtolae lectionem Presbyter dicit: *Silentium facite*; ad Evangelium vero poſt *Dominus ſit ſemper vobiſcum*, dicunt *Principium Sancti Evangelii*, vel *Lectio Sancti Evangelii*; verbo autem *ſequentia* utuntur ad epiſtolae lectionem.

Digitized by Google

conus: *haec ſunt verba Sancti Evangelii*, & *non dicit alia de cauſſa*, *quam ut populum adtentum reddat ad audienda Dei verba*. Erat enim exordium hoc Eccleſiaſticum, & uſitatum in Prophetis. Dicebant enim: *haec dicit Dominus*; ut populus adtentior redderetur. Hac voce audita populus orabat Deum, ut daret gratiam illi, qui legebat Evangelium, ut recte pronunciaret, & aedificaret Eccleſiam, & juvaret auditores. Poſtea periit illa oratio negligentia hominum, & tamen ne populus nihil dicere videretur, coepit dicere *Gloria tibi Domine* (14), quae eſt velut adtentio boni nuntii, ut notat AMALARIVS cap. 18. Nam quum captat adtentionem Diaconus dicendo: *initium Sancti Evangelii*; populus id adprobat, quum dicit: *Gloria tibi Domine* (15). Res eſt DCCC. antiquior. Deinde alia caeremonia eſt, quod Diaconus imprimat ſignum Crucis ſuper Librum, in fronte, in ore, & in pectore. Quod Crux imprimatur, eſt caeremonia communis, quia id Chriſtiani ſolebant facere, quando aliquid arduum adgrediebantur, cujuſmodi Evangelium. Quod autem ter ſignum Crucis faciat, id factum eſt propter *Arrianos*, ut declararent omnibus modis Chriſtiani, ſe non eſſe *Arrianos*, & ideo uno quidem ſigno, ſed triplici modo expreſſo ſignat ſe in Libro, in fronte, & in pectore (16). Sequitur thuribulum, & ſuffitus, quo ſignificatur Evangelium praeſeferre ſummam fragrantiam. Ad haec dum legebatur Evangelium, Epiſcopus, & adſtan-

(14) Haec reſponſio in quibuſdam antiquis Miſſalibus amplior habetur, additur enim: *qui natus es de Virgine, cum Patre*, & *Spiritu Sancto in ſempiterna ſaecula*.

(15) Similia ſunt, quae adnotat RVPERTVS: *Reſpondemus*, inquit, Gloria tibi Domine, *glorificantes Dominum, qui miſit nobis verbum ſalutis*.

(16) Addit C. M. „ ut vel ex eo „ conjicere eſt, quod etiam nunc in „ *Hiſpania* is mos obtineat, ubi Arria- „ ni diutiſſime fuerunt „. Ceterum Ritus hic antiquiſſimus eſt, & in ordinibus *Romanis* praeceptus, cujus expoſitio in Miſſali Athanatenſi anni MDLVI. his verbis exprimitur: *Librum ſignat, ac ſi dicat, hic autem eſt Liber Crucifixi. Sacerdos autem, vel diaconus Evangelium lecturus ſe ſignat in fronte, in ore*, & *in pectore, quaſi dicant, non erubeſco Evangelium ipſum ore praedicare*, & *corde credere*. Simili Cruce ſe ſignant fideles, qui adſiſtunt, non minus antiquo more. Quam dum olim formabant, haec verba adjiciebant: *Crucis vivificae ſigno muni, Domine, omnes ſenſus meos ad audienda verba S. Evangelii, corde credenda*, & *opere complenda*. Quae formula extat in antiquiſſimo Codice *San-Dionyſiano*, tempore CAROLI M. exarato.

Digitized by Google

adſtantes Epiſcopo Sacerdotes baculos, quibus tamquam columnis ſignificatur gubernatio Eccleſiae, dimittebant (17); totus autem populus adſurgebat, quod antiquiſſimum eſt, utpote traditum ab Apoſtolis; cujus CLEMENS (*Lib.* II. *Conſt. cap.* LXI.) repetit rationem ex illo *Deuteronomii cap. XXII. Audi Iſrael, & tace*. Ut igitur populus ſignificaret, ſe eſſe adtentum, ſurgebat, & aperto capite adtendebat, quod erat urbanum, ut loquente Domino ſervi eſſent aperto capite, ut ſignificent, ſe paratos ad ea implenda, quae in Evangelio recitantur (18). Ultima caeremonia eſt, ut lecto Evangelio (19) Diaconus porrigat Librum (20) Epiſcopo, vel Sacerdoti, ut oſculetur. Non invenio hujus rei

 anti-

---

(17) De hujuſmodi baculorum ad Evangelium depoſitione praeter BONAM vide SIRMONDVM in Epiſtola de duobus AMALARIIS ad *Conſtantinum* CAIETANVM, & GEORGIVM (*de Lit. R. P. T. II. p.* 156)

(18) M. C. addit „ ut & Judaei factitabant (*Eſdr. Lib. II.*) Et quidem „ ut ſtetur hoc tempore, praecipit „ ANASTASIVS in Epiſtola ad E- „ piſcopos *Burgundiae*, & *Macedoniae*. „ Sed errant, qui ejus caeremoniae „ hunc putant fuiſse auctorem, quum „ ejus mentionem faciat CLEMENS „ antiquior „. Verum Epiſtola haec ab ISIDORO conficta fuit. In Libro tamen Pontificali idem decretum ANASTASIO tribuitur; quod tamen ſubleſtae fidei viſum eſt COVSTANTIO (*T. I. Epiſtol. Rom. Pontif. col.* 738.)

(19) Quum ſummus Pontifex Miſsam ſolemniter cantat, ſaltem a XII. Saeculo (vide GEORGIVM *L. c. p.* 162.) mos obtinuit, ut tam Evangelium, quam Epiſtola *Graece*, & *Latine* legantur: ſicut olim in *CPolitana* Eccleſia *Latino* aeque, ac *Graeco* Sermone lecta fuerunt; tum ut per hoc ſignificaretur unio inter utramque Eccleſiam; tum ut *Graeci*, & *Latini*, quos adeſſe contingeret, lecta intelligerent. Viget etiam nunc iſte mos diebus ſolemnioribus in celeberrimo *Franciae* Monaſterio S. DIONYSII, vigebatque olim, teſte LEONE Oſtienſi [*in Chronico Lib. I. c.* 32.] in Coenobio Caſſinenſi. Exſtant praeterea *Sueſſione*, & *Turonibus* vetera MSS. ritualia, in quibus habetur, Epiſtolas, & Evangelia *Latino*, & *Gallico* Sermone fuiſse perlecta. „ Unde etiam in partibus „ noſtris, inquit P. MAYER *pag.* 229., „ ea permanet conſuetudo, ut Parochi „ omnibus diebus feſtivis, ac Dominicis, toto item Quadrageſimae tem- „ pore ſingulis Feriis ſecundis, quar- „ tis, & ſextis, poſt Evangelium *La- „ tinum*, lingua vernacula eumdem „ ſacrum textum pronuncient; in pul- „ pito quidem, ſeu Cathedra, quando „ ad populum habetur concio, aliàs „ in gradu altaris &c. „

(20) Alia caeremonia oſculum Libri antecedebat. Nam lecto Evangelio fideles olim dixiſſe *Amen*, BELETH in Explicatione divinorum officiorum [*cap.* 39.] & DVRANDVS [*Lib. IV. cap.* 24.] teſtes ſunt; quod etiam in Miſſa *Mozarabum*, & in Regula S. BENEDICTI [*cap. II.*] prae-

antiquius teſtimonium quam abhinc DCCC. IONAE *Aurelianenſis* in Lib. de *Imaginibus*, qui agit de iſta caeremonia tamquam antiqua: id autem ſignificabat obedientiam, ut oſcularetur nomine totius populi, quo ſignificaret ſe adprobare, & amplecti totum, quod recitatum ab eo erat (21).

§. XV.

CONCIO, ET EXPVLSIO CATECHVMENORVM.

Concio. I. POſt Evangelium ſequitur Concio, ſive ſermo, ut conſtat ex ipſis, qui exſtant, antiquis Patrum ſermonibus, quae *concio* vocabatur, & etiam *tractatus*, ut conſtat ex AMBROSIO (*ep.* 33. *Lib.* 5.): *poſt lectionem*, inquit, *& tractatum*; *& ſerm.* 48. moris fuiſſe docet, ut ſi quis peregrinus veniſſet aut Epiſcopus,

---

praeſcribitur. ALENSIS item (4. *P. Summae in tract. de offic. Miſſae*): *perlecto*, inquit, *Evangelio, dicunt adſiſtentes* Amen, *quaſi dicant: Faciat nos Deus perſervare in Doctrina Evangelii. Alii dicunt:* Deo gratias, *in gratiarum actionem pro beneficio tantae doctrinae, & tam ſalutaris.* Nunc dicimus: *Laus tibi Chriſte*. Addit ALCVINVS ex Ordine *Romano*, populum ſe ſigno Crucis munire tunc conſueviſse, ut quod ex divinis eloquiis ad ſalutem percepit, ſignatum ſigillo Crucis, atque munitum permaneat.

(21) Dum Epiſcopus, vel Sacerdos Evangelium oſculabatur, precationes addebat. In Miſsa *Illyrici* haec leguntur.

„ *Perlecto autem Evangelio Diaco-*
„ *nus dicat* „.
„ *Per iſtos Sermones Sancti Evangelii*
„ *tui, indulge mihi Domine omnia pec-*
„ *cata mea* „.
„ *Et ceteri omnes dicant, Pax tibi* „.
„ *Tunc adlato incenſo, ſimulque E-*
„ *vangelio, ad ſalutandum, dicant ſin-*
„ *guli* „.
„ *Per iſtos Sanctos Sermones Evan-*
„ *gelii Domini noſtri Jeſu Chriſti, in-*
„ *dulgeat nobis Dominus univerſa pec-*
„ *cata noſtra* „.
„ Aliae formulae ad oſculum Evan-
„ gelii exſtant in Codice Monaſterii
„ S. DIONYSII, nempe: *Ave San-*
„ *ctum Evangelium, ſalus, & recrea-*
„ *tio animarum noſtrarum*. Et: *Ave*
„ *verba Sancti Evangelii, quae totum*
„ *mundum repleſtis*. Item: *Per iſtos*
„ *ſanctos Sermones &c.* ut ſupra. Quae
„ quidem formula: *Per iſtos Sermo-*
„ *nes &c.* habetur in Codice *Tiliano*,
„ & Pontificali *Salisburgenſi*. Denique
„ hujuſmodi formula exſtat in Sacra-
„ mentario *Gregoriano* XII. Saeculi:
„ *Perfecto* (ita ibi) *autem Evangelio*
„ *dicat: Pax tibi. Deinde quum oſcu-*
„ *latur Evangelium, dicat: Per iſtos*
„ *Sermones Sancti Evangelii ſui indul-*
„ *geat nobis Dominus univerſa delicta*
„ *noſtra*. Hujus loco nunc formula
„ illa uſurpatur: *Per Evangelica dicta*
„ *deleantur noſtra delicta* „. Haec ex
GEORGIO deprompſi (*L. c. p.* 160. *ſeq.*)

Digitized by Google

copus, aut Sacerdos, is honoris cauſſa tractatum, ſeu concionem haberet; quae tamen res, quia parere coepit contentionem, & aemulationem, OSIVS *Cordubenſis* auctor fuit, ut tolleretur in Concilio *Sardicenſi*. Vocarunt etiam *ſermonem*, ac poſt coepit eſſe hoc diſcriminis, ut *tractatus* vocaretur continua explicatio totius Evangelii, vel Prophetiae, *ſermo* autem, aut praedicatio brevis explicatio partis Evangelii, Graece **ομιλια** quaſi familiare colloquium. Itaque nullam harum videmus hujuſmodi, ut non poſſit haberi ſpatio dimidiatae horae; nempe ne tunc quidem ferebant prolixitatem, quod vidimus AMBROSIVM alicubi reprehendiſſe. Ad haec legimus locum, quo Epiſcopus habebat orationem, ſeu concionem, vocatum fuiſſe *exedram* apud AVGVSTINVM (*ſerm. 6. de Sanctis.*) Hactenus eſt Miſſa Catechumenorum (1).

II. Quae ſequitur, propria Chriſtianorum eſt. Itaque Energumeni, Catechumeni, excommunicati, infideles a Diacono ex Eccleſia expellebantur clara voce, ut docet CLEMENS (*Lib. II. Conſtit. cap. LXI. & Lib. VIII. cap.* 7. 8. 15.) & CHRYSOSTOMVS (*hom. IV. XXIV. LXXXIII. in Matth.* III. *in ep. ad Epheſ. hom. XVIII. LXXIX. ad populum Antiochenum hom.* III. *& IV. de natura Dei*), AMBROSIVS (*Lib.* III. *de Sacramentis cap.* 2. *& Lib. V. epiſtol. epiſt. LXIII.*). CYRILLVS *Alexandrinus* [*Lib. XII. in Joh. cap. I.*] originem deducit ab *Exod. cap. XII.* ubi praecipitur, ne incircumciſi comedant ex eo (agno). Nam non baptizati erant veluti incircumciſi Chriſtianis. Addit idem CYRILLVS, hoc ſignificaſſe Chriſtum, quando poſt Reſurrectionem adparuit mulieri, cui dixit: *noli me tangere*, ut ſignificaret, eos non debere ad myſterium adcedere, qui non adceperant Spiritum Sanctum, ut MAGDALENA. Nam Chriſtus non erat miſſurus Spiritum Sanctum, antequam adſcenderet ad Patrem. Caeremonia autem, qua expellerentur Catechumeni, *Expulſi Catechumeni &c.*

---

(1) De ſacris veterum concionibus plura dixi in Italica de iiſdem diſſertatione propediem in lucem emittenda. Vide etiam FLEVRY *diſciplinam populi Dei* a me Latine *Venetiis* editam [*T. II. p* 87.] ubi diſſertationem Anonymi (hunc poſtea comperi fuiſſe *Carolum* REGIVM) *de origine, ac ritibus priſcis ſacrarum concionum* ex autographo protuli, editam tamen in eiuſdem REGII *Oratore Chriſtiano*. Vide & GEORGIVM (*Lib. III. de Liturg. R. P. cap.* 19.) & GRANCOLASIVM (*Anc. Liturg. pag.* 520.)

meni, erat apud *Graecos* ut diceretur a Diacono *ἅγια ἁγίοις*, ut eſt apud CYRILLVM (*loco citato*). In Liturgia D. IACOBI dicit: *μὴ τις των κατηχȣμενων, μη τις αμυητων, μη τις των μις δυναμενων ἡμιν συνδεηθηναι*, *nullus Catechumenorum, nullus eorum, qui nondum initiati ſunt ad ſacra, nullus eorum, qui orare nobiſcum non poſſunt, ingrediatur*; apud CLEMENTEM vero (*Lib. VIII. cap. 5.*) *μη τις των απιςων, μη τις των ακροωμένων*, ideſt nemo infidelium, nemo auditorum maneat.

III. Ceterum an Energumeni fuerint expulſi, an non, dubitatur. CLEMENS ait, & DIONYSIVS (*in Eccleſ. Hierarch. cap.3.*) ſignificat expulſos fuiſſe: alii auctores contra, ut CHRYSOSTOMVS (*hom. III. de natura Dei*): *maneant*, inquit, *energumeni, ut daemones ejiciantur, deterreantur adparente Chriſto*, quum eſſet conſecratum Corpus Chriſti; ex quo loco colligitur, Corpus Chriſti in Euchariſtia ex ſententia CHRYSOSTOMI contineri, & Concilium IV. *Arauſicanum* (*cap. XIV.*) admittit etiam eos ad Communionem. Ut intelligamus, quomodo iſta inter ſe conveniant, ſciendum eſt, duo fuiſſe genera energumenorum, alios, qui ſine ſua culpa agitarentur a daemonibus, alios, qui ſua culpa facti eſſent ab Eccleſia, ut ille CERINTHVS, quem tradidit PAVLLVS Satanae; hos expulſos fuiſſe, non illos. Latini expellebant hac voce: *ite Miſſa eſt*, ideſt *facultas diſcedendi datur*; ſignificat enim Miſſa miſſionem, ut dictum eſt ſuperius; unde totum Sacrificium Miſſa vocatum eſt, auctore RHABANO [*Lib. I.*] ex Conſtit. CLEMENTIS cap. 32. & ISID. (*Lib. de officiis*). Poſt quum non jam intereſſent Catechumeni, vel certe non expellerentur (a), obtinere coepit, ut ea vox uſurparetur, abſoluta Miſſa.

§. XVI.

(a) Quod circa ann. DCC. coepiſſe BONA [*Lib. I. Rer. Liturg. cap. XVI. § 6.*] & *Iohannes* MORINVS in opere poſthumo *de expiatione Catechumen.* (*cap. 16.*) exiſtimant, licet THEODVLPHI *Aurelianenſis* teſtimonio in lib. *de ordine Baptiſmi* ductus SCHELESTRATIVS (*in diſſ. de diſcipl. arcani cap. VI.*) repugnet.

Digitized by Google

§. XVI.

DE SYMBOLO.

I. Sequitur Symbolum, quod quamvis non ſemper dictum eſt in Miſſa, tamen ſemper dictum aliquid loco illius, non in Miſſa tantum, ſed etiam in omnibus aliis Congregationibus Chriſtianorum, quod nempe eſſet inſtar militaris teſſerae ad dignoſcendos Catholicos: quo pertinet illud D. IOHANNIS (*II. ep. cap.* 1.) *Si quis venit ad vos, & hanc Doctrinam non adfert, non introducatis in domum &c.* Loquebatur enim de ſumma fidei Chriſtianorum, quam nunc *Symbolum Apoſtolorum* vocamus. Praeterea quum ſaepe Chriſtianorum negocia poſtularent, ut illi per diverſas Eccleſias vagarentur, itaque neceſſe eſſet aliquo teſtimonio oſtenderent, ſe eſſe Catholicos, & admittendos ad Communionem, nemo diſcedebat a ſua Eccleſia ſine Epiſcopi, aut Curati litteris, quae eſſent loco Symboli. Hae vocabantur *γραμματα συςατικα*, ideſt Litterae commendatitiae: ut in *Can. Apoſtol.* 13. & 14. & apud CLEMENTEM [*Lib.* 2. *Conſtit cap.* 62.] & Concil. Sardicenſe [*Can.* 9.] nonnumquam *επιςολαι ειρηνικαι*, & in translationibus *Latinorum* ſimpliciter *pacificae*, ut quum dicitur: *nemo diſcedat ſine pacificis*, ut in Concilio *Antiocheno* [*cap.* 7.]: Vocabantur autem *pacificae*, quia antiqui pro eodem habebant dare pacem, & admittere ad Communionem. Quia ergo Symbolum admiſſionis ad Communionem erat oſculum pacis, & in hunc uſum ſcriptae litterae, vocatae ſunt *pacificae*. Vocabantur etiam *canonicae*, ut in eodem Concilio *Antiocheno* (*cap.* 18.) quia Eccleſiaſtici Scriptores *το κανονικος* coeperunt uſurpare *αντι τυ εγκυκλιϛ*. *Εγκυκλιαι* enim epiſtolae vocantur, ideſt *καθολικαι*, ſive *generales*, ideſt ſcriptae ad omnes Chriſtianos, & de ſumma fidei. Item apud Latinos vocatae ſunt *communicatoriae*, ut in Concilio *Elibertino*, tum quod darent facultatem communicandi, tum quod per has conſtabat eſſe unius Eccleſiae cum alia communionem. Ita D. AVGVSTINVS arguit, non eſſe *Donatiſtis* Eccleſiam, quod hujuſmodi litteras dare non poſſent, quales *Galli* vocant *Paſſeport*. Vocabantur etiam *Confeſſoriae*, ut in Concilio *Elibertino*, & *Arelatenſi*, quando ſcilicet ſcri-

Varia apud Chriſtianos Symbola.

ptae

ptae erant a Confeſſoribus, hoc eſt iis, qui in carcere detenti erant, & martyrium exſpectabant; ab illis enim petebantur abſente Epiſcopo. Item *formatae litterae*, & abſolute *formatae* III. Concil. *Carthag.* (*cap.* 18.) & V. Concil. (*cap.* 7.) & in *Milevitano* (*cap.*20.) & ſaepe apud AVGVSTINVM, ut *epiſt.* 163. Idque ad imitationem *Graecorum* quaſi χαρακτηριστικαι, vel συμβολικαι, ideſt quibus quaſi ſigno conſtet quis qualisque ſit, niſi malis vocare *formatas*, quaſi ſignatas, aut ſigillatas, quod mihi minus placet (1). Poſtea quum non ſolum admitterentur qui peregre cum teſſera adventabant, ſed etiam indigni, qui vel non fecerant poenitentiam, vel male ſentiebant de fide, atque haec objeciſſent *Novatiani* Catholicis, conſtitutus eſt publicus ille Confeſſarius, de quo SOCRATES (*Lib. V. Hiſtor. Eccleſ. cap.* 19.)

Symbolum CPolitanum, ejuſque uſus in Miſſam inductus.

II. Sub idem tempus propter MACEDONIVM male ſentientem de Spiritu Sancto coactum fuit ſecundum Conc. Conſtantinopolitanum; & ibi dilatatum eſt illud Symbolum fidei, quod conſtitutum fuerat in Concilio *Nicaeno* primo. Poſtea conſtitutum eſt, ut Symbolum illud Conſtantinopolitanum recitaretur ab omni populo ante communionem, ne quis irreperet haereticus (2). Deinde poſt breve tempus DAMASVS Papa inſtituit, ut caneretur in *Italia*, auctore HONORIO Auguſtodun. (*Lib. I.*

---

(1) De hujuſmodi litteris conſulendi FERRARIVS, PRIORIVS, & BENCINVS.

(2) IVSTINVS Junior anno DLXVIII. imperii ſui primo, *Symbolum* Conſtantinopolitanum *in omni Eccleſia Catholica a populo canendum intromiſit*, ut ſcribit IOHANNES *Biclarenſis in Chronico*: antea quidem *Petrus* FVLLO *Antiochenus* Patriarcha, qui anno CCCCLXXXVIII. obiit, ut Symbolum diceretur in ſingulis collectis, inſtituerat (*Theod. lect. collect. l.* 2.) & poſt hunc TIMOTHEVS, cognomine COLON, qui ab anno DXI. ad DXVII. tenuit Sedem Conſtantinopolitanam, inſtituit, ut fides *Nicaena* in omni ſynaxi recitaretur (*Theod. lect. ibid.*) Sed horum inſtituta hominum haereticorum a paucis ſuſcepta, brevi tempore in deſuetudinem abiere; quare exordium ritus recitandi Symboli *Conſtantinopolitani*, inter Miſſarum ſolemnia, IVSTINO Juniori Auguſto tribuendum eſt, quo adnitente, in *Graeciae*, & *Orientis* Eccleſiis Symbolum in collectis recitari coepit. Illud mirum, quod quum IVSTINVS, eodem *Biclarienſi* teſte, Symbolum cantandum a populo praeſcripſerit, *prinſquam Dominica dicatur oratio*, nec *Graecos*, nec *Orientales*, ut ex eorum Libris Liturgicis conſtat, Symbolum ante Orationem Dominicam, ſed ante conſecrationem elementorum, recitare.

Digitized by Google

(*Lib. I. de Officiis Eccleſiaſticis*) (3). Poſt centum annos plus minus (4) Rex *Hiſpaniae* (5) fecit hac de re congregari III. Concil. *Tolet.* ut cantaretur in *Hiſpania*, ut in *Italia*, cujus epiſtola eſt ante cap. Concilii. In *Germaniam*, & *Galliam* non tam cito penetravit *Arrianorum* haereſis; propterea ibi non coepit cantari Symbolum ante tempora CAROLI Magni (6), idque ea occaſione, quod eo tempore, quum exortus eſſet quidam haereticus VRGELITANVS Epiſcopus (7), qui male de Chriſto ſentiebat, & *Conſtantinopoli* coactum eſſet Concilium quoddam ab Iconoclaſtis, CAROLVS Magnus curavit *Francofordiae* congregari (8) legitimum, quo conſtitutum eſt, ut etiam in *Gallia*, & *Germania* Symbolum cantaretur. AIMOINVS [*Lib.* 4. *de geſtis Francorum cap.* 85.] & AEMILIVS *Lib.* 5. (9).

Mald. o III. Vo-

(3) Id ipſum XIII. Saeculo teſtabatur auctor *Chronici Turonenſis*, eoque recentior ALBERICVS apud MARTENIVM [*Praef. in T. IV. ampliſſ. Collect. num.* 105.] Verum tota retro antiquitate id ſilente quis recentibus hiſce Scriptoribus prudens fidem habeat?

(4) A. DLXXXIX.

(5) RECCAREDVS.

(6) Quaſdam *Gallicanas* Eccleſias *Hiſpanarum* exemplo excitatas Symbolum in Miſſa recitare coepiſſe credibile admodum eſt. Nam apud eumdem MARTENIVM (*de ant. Eccleſ. ritib. Lib. III. cap.* 13.) exſtat homilia quaedam *de dedicatione templi*, quam eruditus Editor S. CAESARIO *Arelatenſi* tribuit, in eaque mentio fit Symboli *Credo in unum Deum Patrem omnipotentem* in Miſſa recitari ſoliti. Incertum tamen eſt, inquit LESLAEVS ad *Miſſale Mozarabum* (*p.* 544.), an omnes *Gallicanae* Eccleſiae ante Saeculum VIII. Symbolum in Miſſa cantaverint. Certe de Symbolo ſilet libellus S. GERMANI *de Miſſa Gallicana*.

(7) FELIX.

(8) A. DCCXCIV.

(9) Adcedit pro Symboli uſu inter Miſſarum ſolemnia apud Eccleſias *Italiae* teſtimonium RATHERII Epiſcopi *Veronenſis*, qui in Synodica, ad annum DCCCCXCII. in Collectione Conciliorum relata, Clericis mandat, ut *memoriter* ſciant tria Fidei Symbola, *Apoſtolorum*, *Sancti* ATHANASII, *& quod ad Miſſam canitur*. In *Romana* tamen Eccleſia nonniſi XI. Saeculo Symbolum Miſsae adceſſit. Nam anno MXIV. BENEDICTVS VIII. S. HENRICI I. Imperatoris precibus conceſſit, ut *Romae* in Miſſa Symbolum caneretur, quod BERNO *Augienſis*, Abbas eorum temporum aequalis prodidit [*de reb. ad Miſſ. ſpectantib. cap.* 17.] „ Non deſunt, in„ quit LESLAEVS in notis ad *Miſſa„ le Mozarab.* [*pag.* 543.] qui putant „ Eccleſiam *Romanam* Symbolum in „ Miſsa legiſſe ante Saeculum nonum, „ quia de Symbolo poſt Evangelium „ cantando ordines *Romani* apud MA„ BILLONIVM II. V. & VI. aperte „ mentionem faciunt; at BERNO „ *Augienſis*, teſtis oculatus, diſtincte „ adſe-

Symboli origo & nomen.

III. Vocatum eſt autem Symbolum, non *απο τȢ συμβαλλειν*, quod compoſitum fuerit quaſi fruſtatim, ſed quia Symbolum ſignificat ſymbolum notum, ideſt teſſeram. Argumentum hujus rei eſt, quod vocatum ſit a *Graecis συμβολον σημαντηριον τεκμηριον*, hoc eſt ſignum, indicium ad explorandam fidem.

Quare Symbolum non cantetur ſingulis diebus?

IV. At quare non dicitur omnibus diebus? Quidam putant ſolum cantari in iis feſtis, de quibus mentio ſit in ſymbolo, ut in die Nativitatis, Reſurrectionis, feſtis Apoſtolorum ob το *Communionem Sanctorum omnium* (10). Non placet. Cauſſa autem, cur tantum Dominicis diebus, & Feſtis celebrioribus cani coeperit, eſt, quod non caneretur, niſi a communicaturis (11).

V. Quae-

„ adſerit: *Symbolum* Romani *uſque ad haec tempora divae memoriae* „ HENRICI *Imperatoris* NVLLO „ MODO *cecinerunt*. Cui non contradicunt citati Ordines *Romani*, qui „ non tradunt diſciplinam Baſilicarum „ Urbis, ſed Eccleſiarum *Galliae*, in „ quibus *Gelaſianus*, aut *Gregorianus* „ receptus quidem erat, ſed ritibus „ quibuſdam *Gallicanis* immixtus, ut „ facile eſt hos Ordines diligentius inſpicienti deprehendere. Neque obſtat, quod AMALARIVS in *Ecloga* titulum habeat *de Credo in Deum*, „ quo de Symbolo, poſt Evangelium „ recitari ſolito, tractat. Siquidem „ hoc loco ritum *Romanum* purum „ non exhibet, *nam*, inquit, *convenit populo poſt Evangelium, quo Chriſti verba audivit, intentionem credulitatis ſuae praeclaro ore proferre*; ſiquidem populus in *Gallia*, & in „ *Hiſpania* Symbolum in Miſſa recitabat, non item *Romae*. Certe idem „ AMALARIVS [*Lib.III. de Eccleſ. offic.*] fuſe ſingulas Miſſae *Romanae* „ partes exponens, de ſymbolo tacet: & Ordines *Romani* genuini III. „ & IV. HITTORPII, atque is, quem „ illuſtriſſimus BLANCHINIVS in „ Prolegomenis ad tomum tertium „ ANASTASII opus edidit, quique „ olim ad uſum Baſilicarum Urbis „ fuerant exarati, non modo ſileut de „ ſymbolo, ſed nullum ſymbolo recitando locum vacuum in Miſſa relinquunt. „ Hactenus LESLAEVS: quae fuſiore calamo illuſtravit P. de RVBEIS tum in diſſertatione, quam vitae GREGORII *Cyprii* adtexuit *Venetiis* 1753., tum in diſſertatione *de Sacr. Forojulienſ. Ritib. cap. VI.*

(10) Ita INNOC. III. (*de myſter. Miſſae L. II. c.* 52.) Qui porro hi dies ſint, diſtinctius tradunt GRANCOLASIVS (*Ançienn.Liturg. p.*531) & SALA (*T. III. in BON. p.* 157.)

(11) Hanc rationem ex *Toletano* III. Concilio hauſiſſe Auctor videtur. Nam ibi Symbolum *priuſquam Dominica dicatur oratio, clara voce a* POPVLO *decantari debere ſtatuitur, quo & fides vera manifeſtum teſtimonium habeat, & ad Chriſti corpus, & ſanguinem praelibandum pectora populorum fide purificata adcedant*. Sed unum hoc, niſi admodum fallor, *Toletani* Patres indicant eos, qui communi-

Digitized by Google

V. Quaeri etiam poteſt a quibus recitetur. INNOCENTIUS (lib. IV. *de Myſteriis Miſſae* cap. 31.) adnotat ſolitum cantari non a Cantoribus, ſed ab hypodiaconis. Puto quia primum non canebatur. Deinde quia debebat addiſci a Populo, praecinente aliquo. Jam Cantorum non erat docere populum, & Diaconi erant impediti. Itaque hypodiaconi recitando praeibant populum (12). Ita vidi recitari in quibuſdam vicis a populo univerſo, puero praeeunte ex edito loco. *A quibus recitatur?*

§. XVII.

OFFERTORIVM.

I. SEquitur Offertorium, cujus nominis leguntur in libris ſcriptis de rebus Eccleſiaſticis variae ſignificationes. Aliquando vocatur Offertorium id, quod offertur, ut quum Sacerdos dicitur *vivere ex offertorio*. Secundo illud tempus, aut ille locus, quo fiebat oblatio; quare illud ſpacium, quod eſt inter ſymbolum, & *orate pro me fratres*, vocatur *offertorium*, quamvis variae ibi recitentur orationes. Tertio genus quoddam lintei, quo operiebatur calix, & a Diacono excipiebantur oblationes, ut notat *Georgius* CASSANDER in ſuis Liturgiis. Nam antequam Sacerdos offerret, diaconus linteo intercipiebat omnes oblationes. Deinde adponebat Sacerdoti, eidemque calicem linteo purgatum, & tectum porrigebat. Legimus in libris Ordinis *Romani*: *Diaconus ponit calicem juxta oblatas Pontificis involutis anſis cum offertorio*. Dubito, an ſit vera obſervatio. Nam eo loco puto legendum eſſe *cum opertorio*. Quod autem vocaretur illud linteum *opertorium*, manifeſtum eſt, quod idem eſſet quod vocatum fuit *fanon fanonis*, ut eſt in eodem libro *Nomen offertorii.*

municaturi eſſent, ſymboli recitatione, quae fidei luculenta profeſſio erat, purificari; hinc autem quei colligi poſſit, ſymbolum ab illis, qui communicaturi eſſent, tantummodo recitatum fuiſſe, equidem non intelligo.

(12) Non diſplicet ingenioſa haec conjectura, niſi quod eo loco INNOCENTIVS tradit, ad ſolam ſolemnem *Romani* Pontificis Miſſam ſpectaſſet. Nam ALENSIS ſaeculi XIII. Theologus [*de Sacram. Euch. q. X.*] diſerte ait: *idcirco* Romano *Pontifice ſolemniter celebrante non Cantores in choro, ſed Subdiaconi ad altare decantant; & ipſi generaliter in Miſſa reſpondent. donec Pontifex dixerit: Pax Domini ſit ſemper vobiſcum.*

libro *de Ordine Romano*: *Diaconus offert cum fanonibus mundis* [1].

Oblatarum forma.

II. De oblationibus, quae offerebantur, explicatum eſt, quum egi de materia Sacramenti Euchariſtiae [2]. Quum ergo con-

(1) Legimus in vita S. WIBORADAE Virginis, & Martyris apud MABILLONIVM [*ſaec. V. Bened. pag.* 51.] anno DCCCCXXV haec verba: *Calicem, & patenam, vel corporale, ſed & fanonem, cum quo ſolita es offerre, omnia pura, & munda aqua lavare praecipias*. Ubi MABILLONIVS in notis triplicem *fanonis* ſignificationem ſtatuit, nimirum pro quavis mappula, ſecundo pro parte illa ſacrae veſtis, quae *manipulus* vocatur, tertio pro corporali. Ibi autem de fanone agitur, ſeu linteo oblatitio, de quo vide FONTANINVM in *diſco Chriſtiano votivo* (*cap. XXI. pag.* 65.). HARIVLPHVS item in *Chronico Centulenſi* (*Lib III. cap. III*) apud DACHERIVM (*Spicil. T. IV. pag.*481) recenſens ſacrum theſaurum Eccleſiarum illius Monaſterii, prout an. DCCCXXXI. deſcriptus fuerat, inter cetera haec exprimit: *Fanones ad offerendum auro parati XIV. ex brandeo* (ideſt ex velo) *tres, ex pallio* (ideſt ex ſerico, ſeu alia materia pretioſa) *quindecim*. Hinc inquit SALA (*in* BONAE *Lib. II. cap.* 8. *§. I. p.* 200.), diſcimus, quid ſint in ordine Romano: *Fanones offertorii*, quidve ſignificent apud AMALARIVM in *Eclogis de offic. Miſſae* verba illa: *cum fanonibus offerunt*.

(2) Enimvero de his agit MALDONATVS *de Euchariſtia quaeſt. VI. T. I. Varior. op. Pariſ. edit. pag.* 86. In Codice tamen L. iſta leguntur. „ De oblationibus tria quoque ſunt „ dicenda. Primum quod offeratur; „ Secundo, qua forma erant oblatio- „ nes: Tertio, qui offerebant, viri ſo- „ li, an feminae? Quod ad primum „ adtinet, varii imprimis exſtiterunt „ abuſus propter nimiam quamdam „ hominum curioſitatem. Nonnulli „ enim, ut *Cataphryges* & *Pepuziani*, „ offerre volebant vinum ſanguine hu- „ mano ſuffuſum, & mixtum, ut „ magis Sanguinem Chriſti per ſo- „ lam oblationem exprimere videren- „ tur, ut ait AVGVSTINVS in lib. „ *de haereſ.* (h. XXVII. & XXVIII.) „ & EPIPHANIVS (haer. XL.) „ Unde Chriſtianos propter illos *Cata-* „ *phryges* gentiles vocabant *homicidas* „ apud TERTVLLIANVM *Apol.* „ *cap. VII.* & *IX.* & apud MINV- „ TIVM in diſputatione OCTAVII. „ Alii, nempe *Artotyritae*, propter „ adfectionem (f. adfectationem) figu- „ rarum veteris Teſtamenti caſeum coe- „ perunt offerre, aut purum, aut „ mixtum cum farina, ut ait D. AV- „ GVSTINVS libro de *haereſibus* „ [*haereſi XVIII.*] & EPIPHANIVS „ (*haer. XLIX.*). *Manichaei* offerebant „ panem mixtum humano ſemine. „ Miror D. AVGVSTINVM loquen- „ tem de hoc ſcelere *Manichaeorum* „ in libro de *haereſibus* (*cap. XLVI.*) „ ſcribere, & dicere, nullum Chri- „ ſtianorum id ſcire potuiſſe, niſi „ *quando inſtante* VRSO *Tribuno ali-* „ *qui* (eorum) *adducti ſunt*, quum „ per octo annos cum *Manichaeis* ver- „ ſatus eſſet. Id autem per quamdam „ puellam patefactum fuiſſe teſtatur „ CYRILLVS in ſexta *Catecheſi illu-* „ *minatorum*, qui poſt AVGVSTI- „ NVM vixit. Deinde idem LEO „ Papa in *Sermone I. de jejunio deci-* „ *mi menſis* dixit, fuiſſe patefactum „ per

Digitized by Google

conſtitutum eſſet Canonibus Apoſtolorum, ut non offerretur, niſi panis, & vinum, panis ſemper oblatus eſt forma rotunda, quae ſatis colligitur ex ea hiſtoria, quam commemorat GREGORIVS *Magnus* (lib. IV. *Dialog.* cap. IV.), ubi vocantur *oblationum coronae*, quas nos appellamus hoſtias, a forma ſcilicet rotunda, ut nos facimus tonſuram [3]. Notavit interpres Ordinis *Romani*, fuiſſe illum antiquum morem, & factas hujuſmodi coronas, ſive hoſtias ex pugillo farinae; debuiſſe enim eſſe parvas ob multitudinem communicantium; pugillus autem eſt minima menſura, & eas adtuliſſe ſingulas feminas aqua maceratas. Vide quid JOHANNES Diaconus narret de puella, quae a ſe maceratam hoſtiam cognovit inter communicandum (*lib. II*). Ad haec quia non ſemper communicabant, non ſemper offerebant oblationes. Itaque Sacerdotes quum non haberent, quod conſecrarent, coacti ſunt, vel ipſi, vel Diaconi oſtiatim petere pugillum farinae, ac deinde in hoſtiam pinſere, qui mos etiam nunc ſervatur apud *Graecos*, & apud nos pridie Reſurrectionis Sacerdotes petunt farinam, & quod inde confluit panis, poſtridie dant populo poſt communionem, vocantque *oblatas* vocabulo antiquo *Galli oublies*. Deinde conſuetudo has oblatas mutavit in pecuniam, ideſt denariolos, cujus cauſſam HONORIVS in lib. de *Gemma animae* (*cap.* 63.) ſcribit fuiſſe figuram. Ego credo, quia erat moleſtum quotidie conficere oblatas, coeptum dari pecuniam, qua emerentur. Ergo ſinguli conferebant, & oſculabantur manipulum, & ſtolam. Cauſſa eſt, quia manipuli erant chirothecae Sacerdotis, quales nunc ſunt quaedam viatoriae, quas brachio adpendebant, ut fit. Quia ergo magna veneratione adficiebantur Sacerdotes, & Epiſcopi, ut

---

„ per quoſdam *Manichaeos* a ſe inquiſitos. Alii offerebant alia, ut „ agnos, haedos, deinde caſeum. Et „ quia hoc non decebat, prohibitum „ fuit in *Canon.* III. & 4. *Apoſt.* & „ in epiſtola IVLII Papae ad Epiſcopos Aegypti, & in Concilio *Africano* (*cap.* 4.) & in Concilio III. „ *Braccarenſi* [*Can* 1.] & in ſexta „ ſynodo generali [*Can. XXVIII.*] „ Statutum autem fuit, ut panis, & „ vinum tantum offerretur. Et ſi quis „ vellet benedici aliquid poſt Miſſam, „ hoc faciat, ne videatur ſimul cum „ Corpore Chriſti illa etiam conſecrare.

(3) Confer BONAM [*Lib. I. cap. XXIII* §. 10. & 11.] GRANCOLASIVM (*Ancienn. Liturg. pag.* 555) & GEORGIVM (*T. II. de Lit. Rom. Pont. pag.* 202.)

ut legimus ſolitum populum oſculari manus & pedes EPIPHANIO Epiſcopo, dabat potius Sacerdos chirothecas, aut ſtolam oſculandam, quam manus. Poſtea crevit avaritia, ut Sacerdotes, quod ſponte offerebatur, coeperint jure exigere; quod eſſet melius non fieri (4).

Qui offerebant? III. Omnes autem offerebant, qui in communione Eccleſiae eſſent, ut conſtat ex CYPRIANO in libro *de Eleemoſyna: Locuples matrona ſine ſacrificio in templum venis*. Item D. AMBROSIVS (in 1. *ad Cor.Cap.XI.*) & *Concil. Matiſcon.* (Cap.IV.) [5]. Itaque ſaepe leges in Conciliis de Poenitentibus admittendis ſine oblatione ad communionem, ideſt ad orandum cum Chriſtianis, ſcilicet ita ut non offerant, ut in *Ancyrano* (*Cap.5. 6. 7. 8. 16.*) *Nicaeno* (*cap.11. 13.*) Hinc excipiebantur cantores, quia, ut docet AMALARIVS *Lib. de rebus Eccleſiaſticis* (*Cap.6.*) propter neceſſitatem canendi non habebant facultatem huc illuc diſcurrendi, ſed ſolum offerebant aquam in vaſe argenteo, aut quia aliquis debebat dare, utpote neceſſariam ad ſacrificium; neque enim populus aquam portabat: aut quia deberent cantores aquam bibere. Unde etiam nunc alicubi mos eſt, ut Cantorum Schola offerat aquam vaſe argenteo (6). Quia vero populus

(4) Vide citatum GEORGIVM (*l. c. pag. 207. n. 15.*)

(5) Adde cum MABILLONIO, & GEORGIO (*T. II. pag. 199.*) inſignem GREGORII *Turonenſis* locum in lib. de *gloria Confeſſor.* (*cap. XV.*) Narrat is, mulierem Senatorii ordinis pro conjugis ſui anima quotidie per annum integrum, ad Miſſarum ſolemnia oblationes adtuliſſe: *Semper ſextarium Gazeti vini* [ideſt e *Gaza Palaeſtinae* urbe advecti] *praebuit in Sacrificium Baſilicae Sanctae; ſed Subdiaconus nequam reſervans gulae Gazetum, acetum vehementiſſimum offerebat in calice, muliere non ſemper ad communicandi gratiam accedente.* Ea vero mulier de Subdiaconi fraude in ſomnis a viro admonita, acceſſit ad communionem calicis, e quo, loco vini quod obtulerat, hauſit acetum vehementiſſimum. Obſervat inter cetera MABILLONIVS, hanc mulierem oblationem vini feciſſe etiam his diebus, quibus non communicabat; quibus vero diebus communicabat, vinum hauſiſſe ex calice alio a calice Sacerdotis; nam aeque Sacerdos, ac mulier, Subdiaconi dolum deprehendiſſet, ſi uterque ex uno, eodemque calice bibiſſet. Calices iſti, in quibus laici communicabant, *miniſteriales*, & *offertorii* dicebantur.

[6] XIII. ſaeculo excipiebantur ab oblationibus ferendis Clerici, teſte ejus temporis Scriptore *Iohanne* BELETHO (*de divin.offic. cap. 14.*) *niſi in exſequiis* mortuorum, & in nova celebratione Sacerdotis. *Nam*, inquit, *inhumanum videretur, ſi ii offerre tenerentur, qui ex oblationibus aliorum vivunt.*

Digitized by Google

pulus diu manebat in iſta oblatione, interim aliquid canebatur, quod ideo vocatum eſt *Offertorium* (7).

§. XVIII.

DE LOTIONE MANVVM, ALIISQVE AD SECRETAM.

I. DE lotione manuum meminerunt DIONYSIVS *Areopagita* (*Cap. III. de Eccleſ. Hierarch.*) CLEMENS (*lib. VIII. Conſtit. cap.* 15.) non tam ut habeat Sacerdos mundas manus, quam ut ſignificet animi munditiem, & puritatem requiſitam in Sacrificio, ut docet CYRILLVS *Hieroſol.* 5. Catecheſi: *Vidiſtis*, inquit, *Sacerdotem lavantem manus, non ut mundaret ſordes corporis ſui, ſed ad ſignum puritatem animi oſten-* *Lotio manuum.*

(7) Fiebat olim oblatio ſine cantu, vel Antiphona; ex quo remanſit conſuetudo, ut in Sabbatho Sancto pro offertorio nulla cantetur Antiphona; & illa alia in nonnullis *Galliarum* Eccleſiis, ut quando adhibetur organum, ſimiliter cantus offertorii omittatur. Proceſſu temporis pſalmi integri decantari coeperunt; poſtea Antiphona cum verſibus quibusdam; ac tandem una ſola Antiphona ex Pſalmo, vel alio S. Scripturae loco deprompta, dicta *offertorium*, ab offerendo. Integros Pſalmos in Eccleſia *Africana* hoc loco a Choro decantatos fuiſſe teſtis eſt S. AVGVSTINVS; de Offertorio vero cum verſu ita habet Ordo Romanus I. (*n.* 26.) *Tantum ſemel de offertorio, ſeu & verſu ipſius duabus vicibus ad unam Miſſam domno Papae cantatur*. Ubi duo in hoc cantu diſtinguuntur; nempe ipſum offertorium, & verſus. Talia offertoria cum duobus, tribuſve verſibus in vetuſtis Miſſalibus inveniri obſervat MABILLONIVS [*in not. ad ord. I.*] ex AMALARIO. Qui verſus in ſecundo ordine *Romano* clarius commemorantur: *Interim cantores cantant offertorium cum verſibus ſuis* &c. Apud GREGORIVM ſingula offertoria plures verſus habent adjunctos. Ideo autem multiplicati verſus, & quandoque integer Pſalmus, repetita poſt ſingulos verſus Antiphona cantari conſuevit, ut toto illo tempore, quo populus offerebat, pſallentium Clericorum voces audirentur. Sicut olim in veteri Teſtamento, quum populus offerret holocauſta, in voce, & tubis, ac cymbalis laudes Deo canebant, ut ea modulatione ſe hilari mente munera Deo offerre indicarent. *Lugdunenſes*, *Landunenſes*, & *Rothomagenſes* offertorii verſus in aliquot Miſſis retinuerunt; in pleriſque autem Eccleſiis, ſicut in *Romana*, ab offertorio ſublati ſunt: *Tum quia*, inquit BONA (*Lib. II. c.* 8.) *populi oblationes ceſſarunt, quae longam pſallendi moram exigebant; tum quia organa introducta ſunt, quae quum pulſantur, nec ipſum offertorium cantatur.*

oſtendendi; lavabat etiam, ut ſignificaret populum, qui communicaturus erat, debere eſſe mundum.

Poſt Lotionem.

II. Sequuntur poſt lotionem duae orationes recitandae ſuper oblationes. Alterius initium eſt: *Suſcipe Sancte Pater &c.* poſtquam enim oblatae erant repoſitae ſuper altare, Sacerdos recitabat hanc orationem ſuper illas. Alterius vero initium eſt: *Omnipotens ſempiterne Deus*, vel *Veni ſanctificator*. MICROLOGVS obſervat (*de caeremoniis Miſſae cap.* XI.) uſu gallico introductas fuiſſe has duas orationes in Eccleſiam *Romanam*, quia in Eccleſia *Romana* non dicebantur: Inde conſtat Eccleſiam *Romanam* ex aliis Eccleſiis privatis uſurpaſſe caeremonias quaſdam [1], quamquam nonnihil mutato ordine.

De Orate Fratres.

III. Sequitur alia caeremonia. Nam poſt lotionem ſolet ſe convertere Sacerdos ad populum, & dicere: *Orate pro me* [2] *Fratres*. Adnotavit AMALARIUS (*cap.* 16.) hinc inchoari verum & proprium ſacrificium, quia veluti iterum repetito exordio Sacerdos admonet populum, & fit quaſi novus introitus Miſſae Fidelium, & non Cathecumenorum. Hoc autem faciebat Sacerdos, quia erat adgreſſurus rem magnam. Nam cetera, quae in Miſſa antecedunt ad hunc uſque locum, ſunt res communes, ut dicit D. AMBROSIVS; ſunt enim lectiones, orationes, conciones: Unde quidam Summiſtae dixerunt, ſatisfacere praecepto Eccleſiae, qui ex hoc loco Miſſam audiat; ſed Eccleſiae ſenſus eſt, ut tota Miſſa audiatur.

Reſponſio: Suſcipiat Dominus

IV. Sequitur alia caeremonia, & conſuetudo laudabilis, quae obſervatur in nonnullis locis, ut quum Sacerdos ſe convertit, & dicit: *Orate pro me fratres*, populus reſpondeat illi aliquid, quod mihi valde placet. Nam non eſt conſentaneum, ut populus maneat mutus, quum invitatur a Sacerdote ad orandum. Quapropter mos Eccleſiae *Romanae* in quibuſdam locis eſt, ut popu-

(1) C. M. „ Obſervat MICROLOGVS cap. XI. *Gallico* uſu fuiſſe introductas, quum *Romano* non ſolerent recitari: ſed nunc etiam *Romano* recitantur (ut agnoſcere poſſis, his in rebus non ſolum rivos manare e fontibus, ſed etiam fontes e rivis interdum haurire). „ De his porro orationibus conſule BONAM, GRANCOLASIVM, BENEDICTVM XIV. & GEORGIVM.

(2) Verba *pro me* e noſtris Miſſalibus expuncta ſunt: ea tamen leguntur in Ordine *Romano* VI. *n.* 10. & apud vulgatum ALCVINVM (*de divin. offic. cap. XI.*)

populus reſpondeat aliquid adcommodate Sacerdoti, ut aliquem verſum pſalmorum, ut in quibuſdam locis Pſal. XVII. *Dominus memor ſit tui, memor ſit omnis Sacrificii tui, & holocauſti &c.* & alii alio loco: *Holocauſtum tuum pingue fiat*; alio in loco: *Spiritus ſuperveniat in te*; aliis in locis: *Suſcipiat Dominus &c.* [3]

§. XIX.

DE SECRETA.

Canon, & ipſa conſecrationis verba num ſemper ſecreto dicta fuerint?

I. SEquitur oratio, quam *ſecretam* vocant, quae eſt prima, quam dicit Sacerdos, poſtquam ſe convertit: Ceterum quare appelletur *ſecreta*, non eſt difficile noſſe, nimirum quod in ſilentio, & tacite dicatur; illud tamen eſt difficile definire, quid vocetur ſecreta. Nam ſi inſpiciamus titulos librorum Miſſalium, una tantum oratio habet hunc titulum *ſecreta*, quam poſt converſionem ad populum, quum dixit *orate pro me*, recitat Sacerdos. At qui a CCC., vel CCCC. annis ſcripſerunt de caeremoniis Miſſae, ſecretam dicunt vocari non tantum hanc orationem, ſed ea omnia, quae ab hoc loco uſque ad communionem ſilentio dicuntur a Sacerdote, ut etiam complectantur canonem. Inde illi putant nomen illud *ſecreta* non eſſe ſingularis numeri, ſed pluralis, ideſt *ſequuntur ea, quae ſecreto dici debent*. DVRANDVS dixit, ſecreta vocari quaecumque ſub ſilentio dicuntur; ſed hanc primam orationem, quae ſecreta dicitur, *ſecretulam* vocari ſolitam, aliquando *ſecretam minorem*, quaſi minus ſecretam, quod quae ſequuntur, ſint ſecretiora. Videntur haec veriſimilia; ſed tamen innititur falſo principio, nempe ea omnia, quae nunc ſilentio dicuntur, fuiſſe olim ſecreto dicta; quod falſum eſt. Primo ergo ſciendum eſt, Canonem Miſſae fuiſſe olim ſolitum in Eccleſia clara voce recitari, & etiam verba conſecrationis: *Hoc eſt Corpus meum*, & *Te igitur clementiſſime Pater* &c. tam clara voce

Mald. P recita-

(3) Has, aliaſque ejuſmodi formulas, quibus olim populus Sacerdoti reſpondere conſueverat, vide apud BONAM (*Lib. II. cap. VI. §. 9.*) GRANCOLASIVM (*Ancienn. Liturg. pag.* 580.) & GEORGIVM (*T. II. pag.* 230. *ſeqq.*) Nunc populi nomine unus miniſter reſpondet.

recitabantur, ut totus populus audiret. Magnum argumentum eſt, quod ſumitur ex ipſa inſtitutione. Nam Chriſtus clara voce recitavit illa verba: *Hoc eſt Corpus meum*, quia Apoſtoli non audiſſent, ſi ſilentio dixiſſet. D. THOMAS (*3. part. quaeſt.* 78. *art.* 1.) recitat de hac quatuor opiniones praeter alias. Quidam dicebant, Chriſtum nullis verbis uſum fuiſſe; quorumdam vero, ut INNOCENTII III. opinio fuit, Chriſtum quidem uſum fuiſſe verbis, ſed illa bis protuliſſe, ſemel quidem ſecreto apud ſe, quum conſecravit corpus ſuum, ut hac ratione doceret noſtros Sacerdotes ita eos debere conſecrare; deinde ut Apoſtoli intelligerent, quid illis daret, clara voce protuliſſe illa verba. Quae ratio merito refellitur a D. THOMA [1]. Praeterea conſtat haec in Eccleſia antiqua clara voce fuiſſe recitata. Hoc colligitur ex D. PAVLLO (1. *Cor.* XIV.) *ſi benedixeris* (ideſt conſecraveris Corpus Chriſti: proprie enim loquitur PAVLLVS de Euchariſtia, dicendo: *Hoc eſt Corpus meum*) *ſpiritu* (ita ut populus non intelligat te) *qui ſupplet loco idiotae* (ideſt populus ipſe, qui ſaepe numero eſt rudis & ignarus) *quomodo dicet AMEN ſuper tuam benedictionem*? Ideſt non poterit reſpondere *Amen*, ideſt adprobare quod dicis [2]. Ceterum non tantum tempore D. PAVLLI, ſed etiam fere uſque

(1) Ego vero nullum cenſeo eſſe hoc argumentum ex Chriſti exemplo petitum. Quemadmodum enim ſi quis, quod nunc Epiſcopus ordinans lente ac paullo elatiore voce ſecretas proferat, ut Sacerdotes noviſſime initiati eas cum ipſo recitare, & Conſecrationis verba uno eodemque, quo ille, tempore pronunciare poſſint; contenderet, Sacerdotes illos clara voce eaſdem orationes recitare deinceps quoque debere, inepte argumentaretur; ita inanis eſt a Chriſti exemplo ad rem noſtram collectio, quum Dominus voce, quae ab Apoſtolis audiri potuerit, in ultima coena panem & vinum conſecrarit, ut eos, quos tunc Sacerdotio initiabat, conſecrandi modum doceret.

(2) Plurimi tamen Apoſtoli verba de precibus non liturgicis, ac publicis, ſed privatis, quae tamen in fidelium coetu haberentur, intelligunt, ut ESTIVS, IVSTINIANVS, MENOCHIVS, TIRINVS. IVO *Carnotenſis* de convenientia veteris & novi Sacrificii diſerte ait, non alibi *Amen* reperiri, quam poſt verba, *per omnia ſaecula ſaeculorum*, & Apoſtoli verbis ad id explicandum utitur. *Tamquam de interioribus ad exteriora procedens, adſenſum Eccleſiae quaerit ſonora voce, Per omnia ſaecula ſaeculorum: ſupplet populus ſuper oratione ejus locum idiotae, & reſpondet Amen, hac una participem voce ſe faciens omnium chariſmatum, quae Sacerdos multiplici Sacramentorum diverſitate ſtuduit impetrare.*

Digitized by Google

que ad tempora D. GREGORII populus ſolebat reſpondere *Amen*, poſtquam Sacerdos protuliſſet verba conſecrationis : *Hoc eſt Corpus meum*, ut conſtat ex D. AMBROSIO, HIERONYMO, EVSEBIO *Caeſarienſi*: Deinde *Graeci*, qui erant caeremoniarum tenaciſſimi, uſque in hodiernum diem retinent hunc morem, ut clara voce omnia recitent, excepta una aut altera oratione, ut refert *Graecus* auctor BESSARION in ſuo *Lib. de Euchar.* [3]. Adcedit, quod IVSTINIANVS Imperator Chri-

(3) De *Graeca* Eccleſia ſeqnenti adnotatione dicemus. Apud *Occidentales* Eccleſias ad nonum fere ſaeculum morem obtinuiſſe, ut plures Canonis orationes (licet non omnes) ipſaque conſecrationis verba altiore voce recitarentur, mihi veriſimillimum eſt. De *Africana* id conſtat ex S. AVGVSTINI epiſtola ad IANVARIVM. De *Mediolanenſi* quoque diſerta ſunt S. AMBROSII verba *de his, qui myſteriis initiantur* cap. IX. *Ante benedictionem*, inquit, *verborum coeleſtium alia ſpecies nominatur; poſt conſecrationem Corpus Chriſti ſignificatur. Ipſe dicit ſanguinem ſuum: ante conſecrationem aliud dicitur; poſt conſecrationem Sanguis nuncupatur, & tu dicis Amen, hoc eſt verum*. Neque enim populus id reſpondere potuiſſet, niſi *benedictionem verborum coeleſtium* intellexiſſet. An *Gotho - Hiſpani*, & *Galli* olim verba conſecratoria ſubmiſſa, an elata voce protulerint, non ſatis conſtat, inquit LESLAEVS (*ad Miſſ. Mozarab. p.* 542.) „ Si conſtaret hanc „ rubricam, qua praeſcribitur, *ut om-* „ *nibus diebus praeter feſtivos* elata „ voce dicatur *in meam commemora-* „ *tionem*, eſſe antiquam, ſuſpicari „ haud temere liceret, reliqua ſub- „ miſſa voce eſſe prolata; ſed de an- „ tiquitate hujus rubricae merito am- „ bigitur. Quod autem dicunt titu- „ lum orationis *poſt myſterium*, & „ *ſecreta*, quae in libris *Gallicanis* „ legitur, probare *Gallos* verba con- „ ſecratoria ſubmiſſa voce protuliſſe, „ fundamento labili nititur : nam ora- „ tio illa *poſt myſterium* denominata „ eſt, quia verba illa *myſterium fidei*, „ quae in conſecratione calicis profe- „ runtur, conſequitur ; ab aliis vero „ *poſt ſecreta* eadem oratio dicitur, „ quia *ſecretum* latine ident ſigni- „ ficat, quod *Graece myſterium*; quare „ denominatio *poſt myſterium*, & de- „ nominatio *poſt pridie* a populo ora- „ tionibus, quae conſecrationem con- „ ſequuntur, impoſitae, indicare vi- „ dentur, verba conſecratoria, tam in „ *Gallia*, quam in *Hiſpania* alta vo- „ ce a Sacerdotibus fuiſſe olim pro- „ lata. Si quidem eae denominatio- „ nes non aliam cauſſam habuiſſe vi- „ dentur, quam quod *Gotho - Hiſpani*, „ quoties Miſſae Sacrificio interfue- „ re, voces has POST PRIDIE, & „ *Galli* illas MYSTERIVM FIDEI, „ cum aliis conſecratoriis verbis, cla- „ re a Sacerdote prolatas audiverint. „ Quod vero ad *Romanam* Eccleſiam, ceteraſque illius ritibus addictas ſpectat, cum BENEDICTO XIV. (*de ſacroſ. Miſſae Sacrif. Lib. II. cap. XXIII.*) & GEORGIO (*de Liturg. Rom. Pont. Lib. IV. cap. I.*) qui tamen aliqua, quae diligentius examen poſtularent, aliqua etiam iis, quae ex LESLAEO modo deſcripſimus, non ſatis

Digitized by Google

Chriſtianis, propterea quod aliqui Sacerdotes erant adeo ignorantes, ut non poſſent diſcernere, quae clara voce eſſent recitanda, fecit Novellam CXXIII. in qua praecepit, ut Epiſcopi omnes, & Presbyteri ſanctam oblationem non ſecreto, ſed clara voce celebrarent [4].

Quam ob cauſſam mutata ſit conſuetudo.

II. Videndum igitur quam ob cauſſam mutata ſit haec conſuetudo. Quum eſſem puer, & aliquando incidiſſem in tabellam quamdam, in qua erat *Te igitur clementiſſime Pater*, verba conſecrationis ſcripta legebam, ſed quidam reprehendit me dicens, in tabella eſſe verba Conſecrationis ſcripta, quaſi peccaſſem, quod legiſſem. Narravit tunc, aliquando fuiſſe paſtores in agro, qui quod audirent quotidie in Miſſa Sacerdotem clara voce recitantem verba conſecrationis, forte ridendi jocandique cauſſa etiam recitaſſent ea verba tenentes panem, & adparuiſſe carnem, deinde ictos fuiſſe fulmine. Quod credebam eſſe fabulam; ſed poſtea legi id adcidiſſe. Antiquus Auctor HONORIVS *Auguſtodu-*

ſatis conſentanea immiſcent, putarim, totum Canonem, & praecedentes quoque, quas *Secretas* dicimus, orationes fuiſſe ſubmiſſa voce a Sacerdotibus recitatas. Vide illos, & praecipue P. LE BRVN (*Liturg. T. IV. diſſ. XV.*)

(4) *Vereor*, inquit, de MARCA in *Conc. Sacerd. & Imp.* (lib. II. cap. 6.), *ne* IVSTINIANVM *damnare cogamur, quod de ſacrae Liturgiae ritibus conſtitutionem ediderit, qua myſtica verba conſecrationis Euchariſtiae elata voce, non autem demiſſa, ut ſolemne erat, proferri jubet, ut qui locum tenet idiotae, Amen ſuccinere poſſit. Praeterquam quod enim de ritu Sacrificiorum decernere tentat, quae pars diſciplinae ſolis Sacerdotibus competit, antiquos Eccleſiae mores ſollicitat, qui, ut reverentia myſteriis conciliaretur, preces myſticas demiſſa voce proferri induxerant, ut teſtatur* BASILIVS. Cl. MVRATORIVS *in diſſ. de Reb. Liturg.* (*cap. 20.*) *ſatis compertum* non habet, quod LE BRVNIVS adfirmavit, ex hac IVSTINIANI lege profectum, quod *Graeci*, & *Orientales* conſecrationis verba elata voce recitent. Verum cum BENEDICTO XIV. (*L. c. n. 14.*) animadvertendum, IVSTINIANVM non adferre veterem conſuetudinem, qua (ſi quae fuiſſet) profecto uſus eſſet: Quod indicium facit, Canonis preces ante IVSTINIANVM demiſſa voce recitari conſueviſſe. Neque etiam dicit, quamdam Miſſae partem tono recitari ſolitam cantui oppoſito, ſed ſecreto, eaque voce, quae non audiretur; ideoque jubet, deinceps recitari *non in ſecreto, ſed cum ea voce, quae exaudiatur*. Igitur *ſubmiſſa voce* non ſignificat, quod contendunt Novatores, vocem cantui oppoſitam; ſed quae ab aliis non audiatur. Ceterum LE BRVNIVS oſtendit, *Orientales* aliquot Eccleſias arcanum, & ſilentium, fruſtra ea IVSTINIANI refragante Conſtitutione, retinuiſſe, ut videre eſt *Tom. IV. pag. 154. & ſeq.*; idque ex ritu etiam recentiorum *Graecorum* adparet, qui voce quidem elata verba Conſecrationis, demiſſa vero alias orationes Canonis proferunt.

ſtodunenſis (*lib. I. de Offic.*) refert id adcidiſſe : Deinde alius etiam auctor ſatis antiquus abhinc fere CCCC. annis INNOCENTIVS III. (*lib. de Myſteriis Miſſae cap.* 1.). Praeterea quidam etiam alius non magnus quidem auctor, ſed tamen non malus BELETHVS, qui ſcripſit de officiis Miſſae, & DVRANDVS, qui ſcripſit librum nuncupatum : *Rationale divinorum Officiorum cap. XXXV.* narrat idem [5] . Itaque hi omnes auctores hanc fuiſſe cauſſam dicunt, cur clara voce nunc non recitentur verba conſecrationis [6]. Adferunt etiam hujus rei multas alias rationes. Primum, ne fieret vile, quod ſanctum eſt, hoc officium; Secundo, ad ſignificandum ſilentium Chriſti, qui quum pateretur, obmutuit. Tertio, ut Sacerdos eſſet magis apud ſe collectus, dum in ſilentio oraret. [7]

III. Ceterum non credo has rationes eſſe veras. Iſti enim dicunt, non tantum primam hanc orationem fuiſſe vocatam *ſecretam*; ſed etiam omnia ea, quae in Canone Miſſae continentur. Ego vero credo, hanc primam orationem ſolam fuiſſe vocatam *ſecretam*, antequam haec conſuetudo mutata eſſet dicendi Canonem ſecreto, ut non tantum illa, ſed etiam reliqua, quae ſunt in Canone dicerentur: quod multis conjecturis probari poteſt. Prima eſt, quod in Liturgiis *Graecorum* legamus, Sacerdo-

Sola prima oratio ſecreta.

(5) Quodque gravius eſt, idem narrat, neque ex incertis rumoribus, quemadmodum Auctores a MALDONATO noſtro indicati, qui ſolum informem quamdam, confuſamque habuere hujus miraculi notitiam, ſed ex GREGORII cujuſdam viri ſumma ſinceritate, & candore, illorumque temporum, quibus id adcidit, aequalis teſtimonio, *Johannes* MOSCHVS ſub initium VII. ſaeculi ſcriptor in *Prato Spirituali cap.* 196.

(6) Sed perperam. Nam quum in *ſecunda Syria* circa ſexti ſaeculi exitum (vide BENEDICTVM XIV. l. 1. n. 6.) id contigerit, *Orientales* potius, quam *Occidentales* Eccleſiae eo miraculo excitatae auguſta Conſecrationis verba ſilentio recitare didiciſſent ; illae tamen in praeſtituta a IVSTINIANO recitatione perſtiterunt. Quid ? quod in ipſo *Occidente* duobus, tribuſque poſt illud prodigium ſaeculis elatae recitationis mos, ubi coeperat, perduravit. Nihil ergo ex eo miraculo in Eccleſiam novae conſuetudinis invectum fuit.

(7) Aliam cauſſam adſignat octavi circiter ſaeculi Anonymus, cujus *Expoſitionem Miſſae* vulgavit MARTENIVS (*de ant. Eccleſ. ritib. Lib. I. cap. IV. art. XI.*) Ejus verba ſunt: *Quam conſecrationem Corporis, & Sanguinis Dominici ideo ſemper in ſilentio arbitror celebrari, quia Sanctus in eis manens Spiritus eumdem Sacramentorum latenter operatur effectum, unde* & Graece myſterium *dicitur, quod ſecretam & reconditam habet diſpoſitionem.*

Digitized by Google

cerdotem recitare nonnullas preces ſecreto, dum populus occupatur aliis rebus, & habent ſuos titulos etiam hodie hujuſmodi orationes, ut ſilentio dicendae ſint. Secunda eſt, quod videamus populum longo tempore fuiſſe occupatum in oblationibus. Quemadmodum ergo coeperunt cantare verſus aliquos DAVIDIS, quos *Offertorium* vocarunt, dum Populus offerebat, ne prorſus ocioſi viderentur; ita credendum eſt, Sacerdotem, qui non adcipiebat oblationem, ſed Diaconi ipſi in pannis adcipiebant, & eas reponebant ſuper altare, ſemper fuiſſe converſum ad altare; & certe id deberet hodie fieri ad vitandam avaritiae ſuſpicionem. Ergo quid ageret tunc Sacerdos converſus ad altare? Nam videmus populum occupatum in oblationibus, & cantores in canendo offertorio. Sacerdos, ne nihil ageret, coepit apud ſe ſolus orare, & ideo vocata eſt *ſecreta* [8]; niſi dicamus forte fuiſſe appellatam *ſecretam*, non quod diceretur ſecreto, ſed quod a ſolo Sacerdote. Nam in ceteris partibus Miſſae non ſolus Sacerdos, ſed totus etiam populus orabat clara voce, & ſequebantur cantores praeeuntes. Quum autem veniebant ad hanc orationem, cui titulus eſt *ſecreta*, ſolus Sacerdos populo ſilente recitabat illam orationem, ita ut dicta fuerit *ſecreta*, non a ſilentio Sacerdotis, ſed populi [9]; ſed tamen primam rationem puto eſſe veriſimiliorem.

§. XX.

---

(8) Equidem non video, quei haec conjectura in oratione, quae poſt oblationem, immo & poſt admonitionem *orate Fratres* recitanda ſit, locum habere poſſit.

(9) Intactam haec ratio difficultatem relinquit; locus enim supereſt quaerendi, cur populus huic orationi non reſponderet? Aliam innuit cauſſam BOSSVETIVS in *explicatione quarumdam orationum Miſsae* (*cap.* 2.), nempe vocem hanc *ſecreta* originem ducere a *ſecerno*, quod eſt *ſeparo*; orationes enim, quae *ſecretae* dicuntur, tum recitabantur, quum Poenitentes & Catechumeni Eccleſia pulſi eſſent, vel poſtquam ſeparatae fuiſſent oblationes. VERTVS Secretarum infenſiſſimus hoſtis, quique, ſi ipſi poteſtas, totum Canonem juſſiſſet, & ipſa Conſecrationis verba alta voce recitari, praecipiti, quo eſt, judicio & audacia adfirmavit, quod BOSSVETIVS ſubdubitans, & haeſitanter propoſuerat. Nihil hac interpretatione violentius: quidni enim tota Miſſa fidelium *ſecreta* dici potuerit, quod ejectis Catechumenis, ac poenitentibus haberetur? Quod ſi potius oblationes jam ſeparatas ſpectare velis, cur Praefatio, quae clara voce recitatur, *ſecreta* dici non debeat, quum ſecretis jam oblatis recitetur? Malim igitur, ut meam hac de re ſententiam aperiam,

duo

Digitized by Google

§. XX.

DE PRAEFATIONE.

I. SEquitur ſtatim Praefatio [1]. Cur autem ita dicatur, facile erit ex iis, quae diximus, intelligere. Nam Sacrificium proprie inchoatur ex hoc loco [2]. Cetera vero, quae praecedunt, aut pertinent ad Miſſam Catechumenorum, aut ſi pertinent ad Miſſam Fidelium, ſunt tantum praeparationes, non Miſſa, aut Sacrificium. Quemadmodum autem Miſſa Catechumenorum habuit ſuam praefationem, & ſuum introitum, ita decebat, ut Miſſa fidelium ſuum haberet introitum, qui vocatur *praefatio*. Itaque propter eam cauſſam praefatio appellata eſt, quia eſt introitus, ex quo Miſſa fidelium incipit.

Cur vocetur Praefatio.

II. Sed

---

duo adfirmare: primum in *Romana* Eccleſia haec omnia ſecreto recitata ſemper fuiſſe, idque ex arcani diſciplina. Alterum eſt, apud *Gallos* recepta quum ſub CAROLO M. *Romana* liturgia, & *Gallicana* fuiſſet abolita, paullatim inductum quoque, ut haec ſilentio recitarentur, illis fortaſſe de cauſſis, quas auctores a MALDONATO laudati indicant, & eorum temporum ruditas ſatis ferebat: quod idem de *Hiſpanis* conjicio, ut ii quoque, quibus *Romana* liturgia in eas regiones ſub S. GREGORIO VII. invecta ad Mozarabicum ritum celebrare permiſſum fuit, hac in parte *Romanam* conſuetudinem amplecterentur.

(1) Gotho-Hiſpanis *Inlatio*, Gallis *conteſtatio*, & etiam *immolatio Miſſae*. Vide LESLAEVM ad Miſſale Mozarab. (*pag.* 531.)

(2) Hinc Canonis in Sacramentario *Gelaſiano* hoc eſt exordium: *Incipit Canon actionis: ſurſum corda, habemus ad Dominum*. In Miſſali *Francorum* ante CAROLVM M. uſitato indidem canon inchoari dicitur, & a RHABANO MAVRO Miſſa inde vocatur: „ Poſtea (inquit *de inſt. cler.* „ *l.* 1. *c.* 23.) cantatur Miſſa a Sa„ cerdote, qui poſtquam loquitur ad „ populum de elevatione cordis ad „ Deum, exhortaturque eos ad gra„ tias agendas Domino, laudibus os „ implet, rogatque, ut ipſe omnipo„ tens Deus Pater, cui deſerviunt coe„ leſtes poteſtates, ſua gratia illorum „ vocibus jubeat humanas adſociare „ confeſſiones, quam deprecationem „ mox ſubſequitur laus ex angelicis, „ & humanis confecta *Sanctus* &c. „ Etiam apud *Graecos* heic liturgiam proprie dictam incipere probat RENAVDOTIVS ex hiſtoria patriarchali in vita SONVTII LII., ubi de ABRAHAMO Viro primario, qui ad eum conquirendum *Miſram*, ſeu *Cabiram* venerat, ita ſcribitur: *ingreſſus eſt in Eccleſiam* S. SERGII, *in qua congregati erant; reperitque illos liturgiam inchoantes, dicebatque plebs*: dignum & juſtum eſt.

Antiquitas. II. Sed quam antiqua eſt? ℞. eſſe ipſo CYPRIANO, qui illius meminit in libro *de Oratione Dominica*, antiquiorem, quia in antiquis liturgiis, excepta conſecratione, nihil eſt hac antiquius. Primum in Liturgia antiquiſſima IACOBI ponitur fere integra Praefatio, & dicitur *Ανωσχωμεν τον νȣν, και τας καρδιας*, *attollamus mentem*, *& corda*; quod dicimus: *ſurſum corda*; & apud CLEMENTEM (*Lib. IV. Conſtit. cap.* 16.) legimus integram Praefationem Miſſae. Legimus etiam magnam partem Praefationis apud CYRILLVM *Hieroſolymitanum in Catecheſi V. myſtagogica*, ex quo auctore intelligimus, plus habere auctoritatis Liturgiam IACOBI, quam fortaſſe aliquis aeſtimaret. Nam IACOBVS, qui fuerat Epiſcopus *Hieroſolymorum*, praeſcripſerat *Hieroſolymitanis* Liturgiam, ſeu ritum faciendi ſacrum. Cujus rei argumentum eſt, quod quum CYRILLVS vixerit CCC. annis a D. IACOBO, & fuerit etiam *Hieroſolymorum* Epiſcopus, recitat eamdem Praefationem, quae eſt in Liturgia D. IACOBI. Ergo magnum argumentum eſt, Eccleſiam *Hieroſolymitanam* adcepiſſe eam liturgiam a D. IACOBO. Item BASILIVS in ſua liturgia recitat Praefationem tanquam ab antiquis adceptam. D. CHRYSOSTOMVS infinitis fere locis mentionem facit Praefationis; ſemper enim argumentatur ex hac voce: *Non recordamini Sacerdotem dixiſſe* Surſum corda, *& vos reſpondiſſe*: habemus ad Dominum. Sic *hom.* 26. *in Geneſim*, *hom.* 83. *in Matth. hom.* 22. *in epiſt. ad Hebraeos*, *hom.* 18. *in II. ad Cor. hom. de Euch. hom. de natura Dei*, *hom.* 16 *ad populum Antioch.*, & in Liturgia. D. AVGVSTINVS multis locis non tantum facit mentionem hujus partis Miſſae, ſed etiam ex hac argumentatur ad probandas alias partes Miſſae, ut epiſtola 57. & 120., in libro *de bono viduitatis* [3], *& in Lib. de ſpiritu & littera cap. II.*, *& Serm. de tempore* 44. ponit integram Praefationem. Ceterum olim non ſolebat Sacerdos dicere in hac oratione: *Per omnia ſaecula ſaeculorum*. Cauſſa autem hujus rei eſt, quia non clara voce, ſed tantum apud ſe dicebat illam orationem; poſtea quia

(3) Addit G. M. hanc parentheſim (quem librum in praefatione in eumdem turpiter mentitur ERASMVS, non eſſe D. AVGVSTINI, ſed PELAGII, quum contra quam ille dicit, & ſtylus ſit maxime AVGVSTINI, & ſoleat ita inſcribere libros, & ipſe alibi teſtetur eſſe ſuum, & praeterea ſtylus PELAGII ſit longe diſſimilis.)

Digitized by Google

quia Sacerdotes ſtatim erant admonituri populum, ut ageret Deo gratias, inceperunt populum admonere ex fine ſecretae orationis, & clara voce dicere: *Per omnia ſaecula ſaeculorum*, & populus ille reſpondere *Amen* [4]. Pergit deinde & dicit: *Dominus vobiſcum*. Haec vox indicat, non fuiſſe ſolitum antea Sacerdotem incipere, ut diceret Sacerdos clara voce *Per omnia ſaecula &c.* Nam ſi jam id dixerat Sacerdos, & reſpondiſſet populus *Amen*, quid opus erat, ut Sacerdos diceret: *Dominus vobiſcum*, & populus reſponderet ei: *& cum ſpiritu tuo*? Si enim jam reſponderat *Amen*, ſatis jam admonitus, & intentus erat; ergo incipiebat Praefationem inde, ut primum omnium diceret: *Dominus vobiſcum*, & populus reſponderet, *& cum ſpiritu tuo*, ideſt *quod vis*.

III. Tunc ſubjiciebat Sacerdos: *ſurſum corda*, & *gratias agamus Domino &c.* propter quae verba duo genera haereticorum confirmarunt ſuam ſectam: Primi fuerunt *Pelagiani*, qui quia Sacerdos monet in Miſſa *ſurſum corda*, *& gratias agamus*, collegerunt, ſolum liberum arbitrium ſine gratia Dei aliquid poſſe orare, & invocare Deum, & aliquid boni facere, alioqui quorſum moneret Sacerdos *ſurſum corda*? Reſpondet D. AVGVSTINVS *Lib. de bono perſeverantiae cap.* 13., & in *Lib. de bono viduitatis cap.* 23., non fruſtra monere, quia etſi ſolis arbitrii noſtri viribus non poſſumus, gratia Dei poſſumus [5]. Aliud genus fuit Calviniſtarum. CALVINVS ſumpſit hinc argumentum ut probaret, corpus Chriſti non eſſe in Euchariſtia: Sacerdos, inquit, monet, ut eſt in antiqua forma Eccleſiae *Surſum corda* [impri-

Quid ſignificet SURSUM CORDA.

Mald. q

[4] Patres id confirmant. *Tenetis*, inquit S. AVGVSTINVS (*Serm.* 33. *de diverſ.*), *Sacramenta ordine ſuo. Primo* POST ORATIONEM *admonemini*: SVRSVM CORDA. Ab his ergo verbis Praefatio inchoabatur; antecedentia ad orationem ſpectabant.

(5) Sed eſt alius ea de re egregius AVGVSTINI locus in *ſerm.* nuper citato XXXIII. *de diverſ. Ideo quum dicitur*: ſurſum cor, *reſpondetis*: Habemus ad Dominum. *Et ne hoc ipſum, quod cor habetis ſurſum ad Dominum, tribuatis viribus veſtris, meritis veſtris, laboribus veſtris, quia Dei donum eſt ſurſum habere cor, ideo ſequitur Epiſcopus, vel Presbyter, qui offert, & dicit, quum reſponderit populus*: Habemus ad Dominum: ſurſum cor: Gratias agamus Domino Deo noſtro; *quia ſurſum cor habemus, gratias agamus, quia niſi donaret, in terra cor haberemus. Et vos atteſtamini*, dignum & juſtum eſt, *dicentes, ut ei* gratias agamus, *qui nos fecit* ſurſum *ad noſtrum caput* habere cor.

(imprimis non poteſt negare praefationem eſſe antiquam) ergo ſignificat, Corpus Chriſti non eſſe heic, ſed in Coelo. Quaſi D. AVGVSTINVS divinaſſet CALVINVM, hoc dictum reprehendit Serm. LXIV. *de tempore*, ubi D. AVGVSTINVS explicat, haec verba *ſurſum corda*, non ſignificare, ut tollamus animum *ad coelum*, quia *ſurſum* non ſignificat ſitum loci, quum in Deo non ſit *ſurſum* nec *deorſum*, ſed ex reſponſione populi, quae eſt *habemus ad Dominum*, debemus colligere ſenſum horum verborum; quum enim populus reſpondeat: *habemus ad Dominum*, idem eſt habere *cor ad Dominum*, & *tollere ſurſum corda*. Habere autem cor ad Dominum non eſt *tollere cor ad Coelum*, quia Deus non minus eſt in terra, quam in Coelo, ſed habere *cor ſurſum*, vel *ad Dominum* eſt non cogitare res humanas. Illud enim *cor* ſignificat reſtrictum *ſurſum corda*: ideſt *abducite affectum a rebus humanis*, & *cogitate coeleſtes*. *Graeci* id dicunt in Liturgiis: *ſtate boneſte*, vel *adſtemus boneſte*. Et Ethnici ipſi in ſacrificiis dicebant aliquid ſimile, nimirum *hoc agite*, ſicut eſt apud APVLEIVM, adeo ut abierit in proverbium: *hoc age*, ideſt non cogites de aliis rebus, quam quae propoſitae ſunt. Immo ante D. AVGVSTINVM D. CYPRIANVS *Lib. de Oratione Dominica* explicavit, *ſurſum corda* ſignificare hoc ipſum, quod D. AVGVSTINVS dicit. Itaque *ſurſum* ſignificat, *ubicumque eſt Deus* [6].

Quis addiderit: vere dignum, & juſtum eſt.

IV. Quum non omnia reperiantur apud antiquos auctores, quis addidit cetera? Reſpondetur: apud illos Auctores legi omnia uſque *ad aequum*, *& ſalutare*; cetera non item, non quod non fuerint fortaſſe dicta [7] etiam in antiqua illa Eccleſia, ſed

(6) Haec in C. L. ita leguntur. „ CYPRIANVS in lib. *de oratione* „ *Dominica* hoc declaravit, quum di- „ xit: *ideo Sacerdos parat Fratrum cor-* „ *da dicendo*: ſurſum corda, *hoc eſt* „ *de Deo cogitate*, *non de agris ve-* „ *ſtris*. Ergo non poteſt hinc ſumi „ argumentum ad refutandam Corpo- „ ris Chriſti praeſentiam in Euchari- „ ſtia „. Nam bona cogitatio heic vocatur SVRSVM. Nam ſi tunc quum Chriſtus deſcendit ad inferos, Miſſa celebrata fuiſſet, & interpretatio CALVINI vera eſſet, quomodo tunc vere dictum fuiſſet, quum Chriſtus non eſſet *ſurſum*, ſed *deorſum* &c.?

(7) Veriorem eſſe cauſſam exiſtimo, quod nonniſi verba illa *vere dignum*, *& juſtum* ſtata fuerint, in ceteris variatum in una atque eadem Eccleſia fuerit, ut videre eſt in Sacramentariis *Leoniano*, *Gelaſiano*, *Gothico* &c.

ſed auctores, qui ſcripſerunt haec, noluerunt ponere totam praefationem, ſed tantum initium, quod ſatis erat, quum reliqua nota eſſent: ſed tamen legimus apud ALGERVM, qui vixit tempore BERENGARII abhinc CCC. annis, aut circiter (*Lib. II. de Sacramento Corporis Chriſti cap.* 4.) D. AMBROSIVM adidiſſe illa verba *aequum & ſalutare*. Citat tamen quemdam ſermonem D. AMBROSII ab eo factum feria V. poſt Epiphaniam, qui quidem non exſtat inter ſermones AMBROSII; quae res adducit me ad ſuſpicandum, D. AMBROSIVM non adjeciſſe. Accedit etiam, quod credam, ante AMBROSIVM fuiſſe dicta illa verba, quod illa, aut aliquid ſimile legamus in Liturgiis *Graecorum* [8]. Itaque ſi D. AMBROSIVS adjunxit aliquid, mutuavit ex Liturgiis *Graecorum*.

V. Quot autem prafationes ſint legitimae, & probatae, ſi quaeras, manifeſtum eſt hac de re fuiſſe controverſiam in *Gallia*, & *Germania*. Nam ante M. aut circiter annos tempore PELAGII Papae [9] ſcimus, Epiſcopos *Germaniae*, & *Galliae* conſuluiſſe de hac re PELAGIVM Papam, quoniam Epiſcopi, & Presbyteri pro ſuo arbitratu uterentur praefationibus. Hac de cauſſa juſſit PELAGIVS congregari Concilium quoddam *Placentiae*, in quo reſponſum eſt [10], tantum novem eſſe praefationes, & ſignificatur non fuiſſe tum inſtitutas, ſed antiquas. Illae autem ſunt Praefationes 1. Reſurrectionis: *Te quidem omni tempore*. 2. Praefatio Adſcenſionis: *Qui adſcendens ſuper omnes Coelos*. 3. Praefatio

Quot praefationes ſint legitimae, & probatae.

q 2

(8) Et in *Conſtitutionibus Apoſtolicis*, quae ſaltem ſub quarti ſaeculi initium prodierunt [Lib. VIII. cap. XVI.] Etiam in Miſſali *Gothico* [utor MABILLONII editione *de Liturg. Gallic. lib. III.*] plura ejuſmodi occurrunt. Sic p. 188. *Vere dignum & juſtum eſt, nos tibi gratias agere, Domine Sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus*: p. 191. *Vere dignum, & juſtum eſt, aequum, & ſalutare eſt, nos tibi gratias agere, Domine Sancte* &c. p. 197. *Vere aequum & juſtum eſt, nos tibi gratias agere, vota perſolvere, Domine Sancte, Pater* &c. In *Gallicano* quoque *vetere* legimus *p.* 373. *Dignum & juſtum eſt, neceſſarium & ſalutare eſt, ut te Dominum* &c. Denique in Miſſali *Francorum p.* 326. Praefationem habemus, uno dempto *eſt*, quod additur poſt *ſalutare*, eamdem omnino cum noſtra communi.

(9) PELAGII II.

(10) Exſtat ſcilicet hac de re PELAGII II. epiſtola, de qua BARONIVS ad ann. MXC., & BINIVS, ſed ſuppoſititia, & inter pſeudo-Iſidorianas merces ableganda. Confer BONAM (*lib. II. Rer. liturg. cap.* 10. *n.* 3.) & GEORGIVM (*T. III. diſſertat. II. pag. XXVII.*)

fatio Pentecoſtes: *Hodierna die in filios adoptionis*; 4. Praefatio Nativitatis Domini. 5. Epiphaniae. 6. Sanctae Trinitatis. 7. Praefatio de Sancta Cruce: *Qui ſalutem humani generis*. 8. De Apoſtolis. 9. Praefatio de jejuniis, quae eſt antiquiſſima: *Qui corporali jejunio vitia comprimis*: in his includitur illa, quae nunc dicitur *de Spiritu Sancto* [11]. Tantum abeſt, ut eſſent Praefationes privatae de B. HIERONYMO, & aliis ejuſmodi, ut ne etiam de Sacra Virgine MARIA adhuc eſſent ullae Praefationes, neque quiſquam auſus fuiſſet aliquam privatam alicujus Sancti dicere. Non improbo, quod Sanctis tribuatur honos; ſed nolim in abuſum venire. Deinde ante tempus D. BERNARDI, quo tempore non erat inſtitutum feſtum de Conceptione Virginis, ſub annum MLXXXVIII. ſub VRBANO Papa [12], celebratum eſt *Placentinum* Concilium [13], & in eo inſtitutum, ut eſſet peculiaris Praefatio de Beata Virgine. Non habemus decretum, ſed citat GRATIANVS (*diſt.* 71. *Can. Sanctorum*). Deinde aliae ſunt additae ſine auctoritate, qualis illa eſt de S. HIERONYMO, quam fecit quidam Monachus ſtudioſus D. HIERONYMI, ut illi adularetur; ſed ſunt in ea multa falſa: inter ceteras enim virtutes D. HIERONYMI primum dicit illum fuiſſe Virginem, & D. HIERONYMVS in ſuis ſcriptis dicit contrarium, ac ſi mentiri eſſet laudare,

---

(11) „ Miror ſane, inquit GEORGIVS (*l. c. p. XXX.*), cur ab iis „ etiam, qui de novem his Praefationibus decreta jam inde a ſaeculo XII. edidere, Praefatio, quae „ *communis* dicitur, & Ferialibus diebus per annum recitari ſolet, non „ recenſeatur, quum omnium forte „ vetuſtiſſima ſit; habetur enim in „ Codice *Gelaſiano*, in Miſſali *Francorum*, in ſacramentario *Gallicano*, „ & in fronte omnium Sacramentariorum S. GREGORII. „

(12) VRBANVM II. intellige.

(13) Id diſerte habetur in veteri Codice manuſcripto Archimonaſterii *Remigiani* apud *Remos* ab annis circiter quingentis ſcripto, ubi poſt relatum ſub PELAGII Papae nomine de novem Praefationibus decretum, eadem manu adduntur haec verba: *decima addita fuit in Concilio* Placentino *ſub* VRBANO *Papa celebrato*. Alii tamen in Concilio *Claromontano* hanc Praefationem ab VRBANO inſtitutam malunt. Vide SALAM in BONAM (T. III. p. 235.) Ceterum novem illae PELAGIO vulgo adſcriptae Praefationes, atque haec de B. V. pluribus confirmatae ſunt Conciliorum Canonibus, ut *Londinenſis* a. MCLXXV. (*Can.* 15.) Copriniacenſis ſub ALEXANDRO IV. &c. Vide GEORGIVM (l. c. p. XXXI.) & SALAM in BONAM (T. III. pag. 234.)

Digitized by Google

dare, quum ſit injuria adficere virum Sanctum [14].

VI. Sequitur reſponſio. Reſpondet populus: *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus*. Primum omnium notandum eſt, ſacerdotem olim non dixiſſe haec verba *Sanctus &c.*, ſed populum illa reſpondiſſe; Sacerdos autem tantum dicebat uſque ad hunc locum [15]; ſed quia populus erat exhortatus, ut exciperet gratis animis *Cur dicatur: SANCTUS &c.*

---

(14) HOSTIENSIS quoque in cap. *Conſilium de celebr. Miſſar.* omnes praeter decem illas, & undecimam communem Praefationes abrogandas omnino eſſe ſuadet. Poſt *Pianam* Miſſalis reformationem ultra memoratas praefationes, ſi quae alia habetur propria, ut habent de Sancto FRANCISCO *Minores*, aliique forſan Regularium ordines, eam omnino adprobatam eſſe oportet auctoritate Apoſtolica, ſine qua nequit ulla alia ullibi induci, quum ſit contra rationem juris communis, ut ait GVYETVS in *Heortologia*.

(15) GREGORIVS *Turonenſis* (lib. II. *de miraculis* S. MARTINI *cap.* 14.) de hoc hymno a fidelibus decantato ita teſtatur: *At ubi expedita conteſtatione*, ideſt Praefatione, *omnis populus* SANCTVS *in laudem Domini proclamavit*. AMALARIVS vero (*lib. III. cap. XXI.*) *ais*: „ *Hymnus* „ ſequens, qui additus eſt primaevo „ hymno, a SIXTO Papa additus eſt, „ ut in geſtis Pontificalibus legitur: „ Ita enim ſcriptum eſt: *Hic conſtituit*, *ut intra actionem Sacerdotis*, „ *incipiens populus hymnum decantaret* SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS, *Dominus Deus Sabaoth*. „ Idem hymnus horum duorum ordinum voces continet: Ordo Angelorum dicit SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS, DOMINVS „ DEVS SABAOTH, PLENI SVNT „ COELI ET TERRA GLORIA „ TVA: ordo hominum dicit HOSANNA IN EXCELSIS, BENEDICTVS QVI VENIT IN NOMINE DOMINI. Quam partem „ hymni cantavit turba die Palmarum praecedens Dominum *Hieruſalem* „. Revera liber Pontificalis in S. SIXTO I. narrat, hunc Pontificem conſtituiſſe, *ut intra actionem*, *Sacerdote incipiente*, *populus hymnum decantaret*: SANCTVS, SANCTVS DOMINVS DEVS SABAOTH &c. In decretis quoque liturgicis *Romanorum* Pontificum in Codice Vaticano Reginae *Svecorum* habetur: SIXTVS *Papa conſtituit*, *ad Miſſam cantari* SANCTVS *tribus vicibus*. Ut ut eſt de hoc SIXTI decreto, quod BONIZO *Sutrinus* Epiſcopus CLEMENTI tribuit, nolim MALDONATI verba ita adcipias, ut ſolus populus, non autem Sacerdos hymnum decantaſſe credatur. Nam in *Capitularibus* KAROLI M. & LVDOVICI PII (*Lib. VI. cap.* 376.) habetur, ut *ipſe Sacerdos cum Sanctis Angelis*, *& populis Dei cum una voce* SANCTVS, SANCTVS *cantet*. Idem monuit & HERARDVS Archiepiſcopus *Turonenſis* circa A. D. DCCCLVIII. haec praecipiens (*Capit. cap. XVI.*) *Et ut ſecreta Presbyteri non inchoent*, *antequam* SANCTVS *finiatur*, *ſed cum populo* SANCTVS *cantent*. Quare MICROLOGVS (*Cap. XI.*) ait: *hunc autem hymnum & ipſe Sacerdos cum aliis neceſſario dicere debet*, *ne*

mis Chriſtum venientem in Euchariſtiam, ut oſtenderet ſe grato animo excepturum, ſolebat populus clamare *Sanctus &c.* Eadem fere ratione, qua ante paſſionem venientem in *Hieruſalem* populus illum exceperat cum cantu, & exultatione *Hoſanna in excelſis*. Hac de cauſſa trina illa adclamatio *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus* apud *Graecos* appellata τρισαγιον, quia dicitur *ter Sanctus* [16], ad quod τρισαγιον explicandum ſcripſit commentarium *Johannes* DAMASCENVS; vocatur ab aliis *Graecis* in Liturgiis επινικιον, ideſt carmen pro victoria obtenta, quia ſtatim erat facienda mentio paſſionis, quae erat victoria Chriſti, populus canebat *Sanctus*, *Sanctus*, quaſi dicat: *Benedictus qui venit in nomine Domini*, *quia vicit* [17]. Deinde Sacerdos dicebat: *Te igitur clementiſſime &c.* ideſt canonem, & incipiebat ſacrificare.

§. XXI.

DE CANONE.

Canonis nomina.

I. NOmen Canonis eſſe antiquum, ex eo conſtat, quod inveniatur apud GREGORIVM Magnum (*Lib. VII. Epiſtolar. LXIII.*) Ille enim dicitur adcuſatus a *Syracuſanis*, quod juſſiſſet ſtatim poſt Canonem legi Orationem Dominicam, ut hodie fit. Dictus eſt autem Canon, quia omnia, quae dicuntur, ſolemnia ſunt, & veluti preces decretae, & ſtatae, & regulariter quotidie in Miſſa dicendae, quum ferme reliqua omnia in diem mutentur. Illud conſiderandum variis, mobis appellatum fuiſſe Canonem

ſe ipſum ſua prece videatur privaſſe, qui & ſuas, & aliorum angelicis laudibus admitti deprecatus eſt in Praefatione.

(16) Vocatur etiam hymnus *Angelicus*, itemque hymnus *Cherubicus*.

(17) Additur in C. M. „ Nempe „ apud Chriſtianos Επινικιον ſucceſ„ ſit in locum illius Επιτοδιν, quo „ Poetae triumphantem Imperatorem „ excipiebant „. Illud non omittam, ſequiore aevo inconſultam quorumdam pietatem interpolationes quaſdam in hymnum Angelicum invexiſſe. Aliquot profert BONA [*lib. II. R. L. cap.* 10. §. 4.] aliquot GEORGIVS ex antiphonario Card. GENTILIS [T. III. pag. 523.] Ea tolerabilior, quam etiam PAMELIVS [*Lib. II. Liturgicon*] edidit: *Sanctus Deus Pater ingenitus, Sanctus Filius ejus Unigenitus, Sanctus Dominus Spiritus Paraclitus ex utroque procedens, Deus Sabaoth.*

Digitized by Google

nonem (1). Nam veteres nunc quidem *legitimum*, vel *legitimam* appellarunt eodem prope ſignificatu, quo *Canon* dictus eſt, ut OPTATVS Milevitanus (*Lib. II contra* PARMENIONEM): *Quis dubitat, vos illud legitimum praeterire non poſſe &c.* Item (*Lib. III.*) *dixiſtis enim illud legitimum, neque praeterire potuiſtis* PAX VOBIS. Item vocarunt *ſolemnia, rum*, unde in hiſtoriis legimus in *Miſſarum ſolemnibus*, & *inter ſolemnia Miſſarum*; quibus locis debemus intelligere Canonem. Exempla ſunt in Epiſtola decretali ALEXANDRI I. antiquiſſimi, & in epiſtola PII I. Aliud verbum fuit *preces*, & *precatio*; & quotieſcumque dicitur abſolute in *prece*, idem eſt atque in Canone. Exemplum eſt apud DAMASVM in vita ALEXANDRI I.; ubi ait: *addidit hoc in precatione Sacerdotis*; ideſt in Canone, & loco GREGORII ſupra citato (2). Ultimum verbum erat *actio*, & duabus quidem de cauſſis ita exiſtimo vocatum fuiſſe. Altera, quod eſſet gratiarum actio. Nam omne ſacrificium Chriſtianorum vocatum fuiſſe *actionem* indicat IRENAEVS *lib. IV. cap.* 34. Altera, quod eſſet actio, ideſt *peractio rei ſacrae*. Nam, ut *latine* dicebatur *facere* pro *ſacrificare*, ita *agere* eſt *actio*, ideſt ſacrificium; ex quo conjicio, illam orationem (*Hanc igitur oblationem*) ſortitam fuiſſe hunc titulum *infra actionem*; nam *infra* non ſignificat hoc loco *ſub*, ut latine ſolet, ſed ſignificat *intra*: id liquet ex modo loquendi Eccleſiaſtico. Dicunt enim verbi gratia *feria infra octavas*, ubi non ſignificat *infra poſt octavas*, ſed *intra*, ideſt primum, & octavum diem (3). Quia ergo totus Canon dicebatur *oratio*, ut conſtat ex AMALARIO, & STRABONE, & illa oratio inſerta erat Canoni, dicta eſt *oratio infra Canonem*, ideſt *intra Canonem*. Quod ſi quis miretur, quum multae ſint aliae orationes in Canone, quare haec nomen hoc reti-

(1) C. M. paullo aliter. „ Ceterum Canon dictus eſt, quod quaecumque in eo ſunt, ſint ſolemnia, legitima, hoc eſt preces ſtatae, decretae, non vagae, quaſi diceres Grammatice, non eſſe anomalas preces, ſed regulam certam. Varia autem Canon habuit nomina. „

(2) Hinc *textum Canonicae precis* vocat VIGILIVS in epiſtola ad PROFVTVRVM *Braccarenſem*, & *ordinem precum* S. ISIDORVS *Hiſpalenſis*. *Orationem* eodem ſenſu S. CYPRIANVS appellat in lib. *de orat. Domin. Ideo & Sacerdos ante ORATIONEM, praefatione praemiſſa, parat Fratrum mentes, dicendo ſurſum corda.*

(3) Vide SALAM in BONAM [*Tom. III. pag.* 245.]

Digitized by Google

retineat, reſpondeo mihi videri hanc eſſe rationem, quia adjecta fuit a Scholaſtico, cujus eo loco meminit GREGORIVS (4): quia ergo erat recens adjecta Canoni, ſola vocata eſt *Oratio infra actionem* ad differentiam aliarum antiquiorum (5).

Auctor, II. De Auctore Canonis non conveniunt inter ſe Theologi. Communis opinio eſt, GREGORIVM *Magnum* fuiſſe auctorem (6); nonnulli dicunt *Scholaſticum* (7). Sed utraque opinio falſa eſt. Nam GREGORIVM *Magnum* non fuiſſe auctorem hinc patet, quod GREGORIVS quatuor de cauſſis adcuſatus fuit a *Syracuſanis*, ut indicat illa epiſtola; una quod juſſiſſet cani orationem Dominicam poſt Canonem: ſi ergo GREGORIVS adcuſatus fuit, quod res tam minutas introduxiſſet, multo vehementius, ſi ipſe fuiſſet auctor Canonis. Secundo idem conſtat, quia

---

(4) Addamus aliud nomen, quo Canonem deſignat Concilium *Eboracenſe* ſub CAELESTINO III. nempe *Secretum Miſſae*.

(5) Verum eſt, *infra actionem* idem eſſe, quod *intra*; ſed fallitur vir doctus, dum putat, Orationem *Hanc igitur oblationem* dici *infra actionem*, quod ceteris orationibus recentius adjecta fuerit. Nam in Sacramentario *Gelaſiano*, ut & in noſtris Miſſalibus *infra actionem* adnotatur etiam ante *Communicantes* in Miſſa diei Natalis Domini; item *infra Canonem* (quod idem eſt quod *infra actionem*) ubi celebrans dicit: *Memento Domine &c.* in Miſſa Dominicae III. Quadrageſimae *pro electis Cathecumenis* olim celebrari ſolita, quum tamen hanc utramque orationem nemo dixerit Canoni poſt alias preces adceſſiſſe. Igitur ea verba *infra actionem* adnotabantur, quum illae Canonis Orationes, ut *Communicantes*, *Hanc igitur oblationem*, *Memento* aliqua ad diei Solemnitatem adcommmodata additione eſſent interpolandae; non ad denotandam minorem orationis, cui praemitteretur, antiquitatem. Vide infra adnot. 25.

(6) Ita ALDELMVS Epiſc. (Lib. *de Laudib. Virginit. cap. XXIII.*)

(7) Hujus ſententiae fuerunt BERNO *Augienſis Cap.* 1. GENEBRARDVS *ad ann. MDCIV.* BONA *Lib. II. Rer. lit. cap. XI.* §. 2. Porro ut cum aliis animadverſum fuit a SCORTIA *Lib. IV. cap. VIII.* „ Scholaſtici nomen „ etſi aliquando proprium fuerit, ut „ apud eumdem *Lib. II. Epiſt.* 54. & „ *Lib. IX. Epiſt.* 14. ſaepiſſime tamen „ eſt appellativum, ſignificans virum „ eruditiſſimum, cujuſmodi praeficie„ banturScholae Chriſtianorum ad eos „ erudiendos, qui ex *Judaeis*, vel Gen„ tilibus convertebantur, ut fuerunt „ PANTAENVS, ORIGENES, „ CLEMENS *Alexandrinus*, & ſimi„ les; ut apud eumdem GREGO„ RIVM *Lib. I. Epiſt.* 3. *Lib. III.* „ *Epiſt.* 38. *Lib. IV. Epiſt.* 89. *Lib. X.* „ *Epiſt.* 2. AVGVSTINVM *in Pſalm.* „ *XLIV.*, & *Lib. de Catech.* HIE„ RONYMVM *in Catalogo Scriptorum*, quum de SERAPIONE lo„ quitur „. Scholaſticum, de quo GREGORIVS, GELASIVM fuiſſe RADVLPHVS *Tungrenſis* ſcripſit, ſed nullo idoneo teſte.

quia omnia , quae ſunt in Canone , reperimus apud AMBROSIVM (*Lib. IV. de Sacram. cap.* 4. 5. 6.) , excepta illa oratione : *Hanc igitur oblationem* . Quod item *Scholaſticus* non fuit auctor Canonis hoc liquet , quod quum GREGORIVS reddat hoc loco rationem, cur introduxiſſet illa quatuor , ait , ſibi durum fuiſſe , quod illa oratio , quam *Scholaſticus* compoſuit , diceretur , & oratio Domini ſuper Corpus & Sanguinem non diceretur . Significet ergo illam orationem , quam *Scholaſticus* compoſuit , fuiſſe unicam , & dictam fuiſſe ſuper Corpus & Sanguinem Domini . Ergo totus Canon non fuerat compoſitus a *Scholaſtico* . Aliud ejuſdem rei argumentum eſt , quod Canonis verba reperiantur apud Auctores antiquiores (8) .

Prima oratio Te igitur.

III. Adgrediamur ergo interpretari ſingulas partes Canonis . Prima oratio eſt : *Te igitur Clementiſſime Pater* : quam orationem antiquiſſimam eſſe conſtat ex eo loco OPTATI (*Lib. II.*) , ubi medium iſtius orationis citatur , quam & caput aliquod habuiſſe neceſſario dicendum eſt , quod eſt *Te igitur* , quod quidem recte reſpondet Praefationi . In illa enim dixerat Sacerdos : *Gratias agimus Domino* , & poſtquam finivit , quaſi promiſſum exequens hanc orationem dicit , in qua primum oratur pro Eccleſia , quod ſemper factum eſt , ut conſtat ex omnibus Liturgiis (9) . Oratur etiam ſtatim pro Epiſcopo . Ubi nos habemus *pro Antiſtite noſtro* , adjecta eſt illa particula , *& pro Papa noſtro* . Primo hoc juſſum eſt fieri (10) in Concilio *Vaſenſi* II. ante an-

Mald. r nos

(8) Eamdem poſt MALDONATVM ſententiam propoſuerunt *Jacobus* IANSSONIVS in ſuis *Liturgicis* (*Lib. III. cap. XI.*) , & BELLARMINVS (*de Miſſa lib. II. cap. XIX.*] atque hanc BENEDICTVS quoque XIV. (*de Sacr. Miſſae Sacr. lib. II. cap. XII. n.* 8.) probavit .

(9) Quo VIGILIVS ſpectabat in Epiſtola ad IVSTINIANVM ſcribens: *omnes Pontifices antiqua in offerendo Sacrificia traditione depoſcimus , ut Catholicam Fidem adunare , regere Dominus , & cuſtodire toto orbe dignetur.*

(10) Errat heic MALDONATVS , dum *primo* a Concilio *Vaſenſi*, anno ſcilicet DXXIX. conſtitutam fuiſſe *Romani* Pontificis commemorationem adfirmat . *Vaſenſis* Synodus fortaſſe illam pro Eccleſiis *Gallicanis* inſtituit , vel potius intermiſſam apud eas reſtituit . Nam ENNODIVS , qui anno DXXI. deceſſerat , in Libello *Apologetico pro Synodo Romana* , a qua SYMMACHVS Papa abſolutus eſt , eumdem SYMMACHVM a LAVRENTIO *Mediolanenſi* , & PETRO *Ravennate* Epiſcopis legitimum

Pon-

Digitized by Google

nos circiter MCCXXX, ubi dicitur: *Jubemus, ut in ſolemnibus Miſſarum nomen Domini Papae Romani Pontificis dicatur*. Adjectum eſt autem eo loco *Romani Pontificis*, quia illa tempeſtate ſeniores omnes Epiſcopi *Papae* dicebantur, quemadmodum CYPRIANVM vocatum fuiſſe legimus (11). Legi in quibuſdam libris, *& pro Domino noſtro Apoſtolico* (12). Nempe (13) quum Epiſcopi omnes a plebe vocarentur *Domini*, hic per

Pontificem ſemper habitum fuiſſe, ut ſuaderet, eo maxime uſus fuerat argumento, quod nullo tempore, *dum celebrarentur ab his ſacra myſteria, a nominis ejus commemoratione ceſſarent*. Nec mirum, in *Occidentali* Eccleſia longe antiquiſſimam fuiſſe *Romani* Pontificis in Miſſa commemorationem. Nam vetuſtae eam quoque, nec niſi ſchiſmatibus interciſae conſuetudinis apud *Orientales* fuiſſe invictis argumentis a Cl. ANTONELLIO demonſtratum habemus in eruditiſſima *conſultatione de commemoratione* Romani *Pontificis* &c. Quibus addi volumus *Graecum Norimbergenſe* diptychon, in quo inter alia legere eſt: *Memento Domine Servi & Paſtoris noſtri* HADRIANI *Patriarchae*, nempe, ut optime conjecit, vel ipſe heterodoxus *Guſtavus Philippus* NEGELINVS in diſſertatione de eo diptycho a GORIO recuſa (*T. I. Theſauri veter. diptych. p.* 2. 59. *n.* 27.) HADRIANI I. *Romani* Pontificis. Recte igitur „ Beatus „ Papa PELAGIVS, ut ſcribit AGO- „ BARDVS *in Libell. de comparat.* „ *utriuſque Regimin.*, quum quoſdam „ redargueret Epiſcopos, eo quod „ nomen ejus reticerent in actione „ Sacri Myſterii, ideſt in ſolemniis „ Miſſarum .... ait ad eoſdem Epiſ- „ copos: diviſionem veſtram a gene- „ rali Eccleſia, quam tolerabiliter fer- „ re non poſſum, vehementer ſtupeo. „ Quum enim Beatiſſimus AVGV- „ STINVS Dominicae ſententiae me- „ mor, quae fundamentum Eccleſiae „ in Apoſtolicis Sedibus collocavit, „ in ſchiſmate eſſe dicat, quicumque „ ſe a Praeſulum earumdem Sedium „ auctoritate, vel communione ſuſpen- „ derit, nec aliam manifeſtet eſſe „ Eccleſiam, niſi quae in Pontificali- „ bus Apoſtolicarum Sedium eſt ſo- „ lidata radicibus: quomodo vos ab „ univerſi orbis communione ſepara- „ tos eſſe non creditis, ſi mei inter „ Sacra Myſteria ſecundum conſuetu- „ dinem nominis memoriam reticetis, in quo licet indigno Apoſtoli- „ cae Sedis per ſucceſſionem Epiſco- „ patus praeſenti tempore videtis conſiſtere firmitatem? „

(11) Eadem de cauſſa in Miſſali Mozarabum *Papa Romenſis* appellatur p. 4.

(12) Nullum ejuſmodi librum vidit GEORGIVS, qui Canonem cum plurimis codicibus collatum nobis dedit (*diſſert. III. de Miſſae Canone*). Huc tamen facit illud AMALARII *in Eclogis* (Cap. XXI.) *Poſtea namque ſequitur* (Te igitur), *oratio videlicet ſpecialis Sacerdotum, in qua orat, & ſpecialiter pro aliquibus, ut facit pro* APOSTOLICO. In Sacramentario Gallicano Romani Pontificis commemoratio his verbis fiebat: *una cum devotiſſimo ILL. Papa noſtro Sedis Apoſtolicae*.

(13) Totum hunc locum ad MICROLOGI indicationem ex M. C. deſcripſi, quum in F. implicatior exſtaret.

Digitized by Google

per ἐξοχὴν vocabatur *Dominus*; deinde *Apoſtolicus*, quod in Sedem Apoſtolicam ſucceſſiſſet. Ita in Litaniis legimus: *ut domnum Apoſtolicum conſervare digneris*. De hac re eſt exemplum in Concilio *Salenguſtadienſi* [Can. XXVIII.] ubi *ire ad, vel petere Apoſtolicum* eſt appellare ad Papam. Quae ſequuntur: *& omnibus orthodoxis Chriſtianis Catholicae, & Apoſtolicae fidei cultoribus*, videntur non recte cohaerere, quod ſequantur ſpecialia. De qua re vide MICROLOGVM (*Cap. XIII.*) (14). Apud nos etiam, *& pro Rege noſtro*, convenienter D. PAVLLO, qui jubet orationes nominatim fieri pro regibus.

Caeremoniae in hac oratione ſervandae.

IV. Caeremoniae in iſta oratione ſunt, quod Sacerdos ſe inclinet, quum dicit: *Te igitur* &c., & poſtea ſe erigit. Cauſſa autem eſt, quia volebat Sacerdos geſtibus repraeſentare, quod dicebat verbis. Dicebat autem *ſupplices te rogamus*; ſuppliciter igitur, & cum inclinatione corporis voluit orare, & quia erat regula generalis, quoties inclinabatur genu, oſculandum eſſe Altare, hodie etiam poſt illam inclinationem Corporis, Sacerdos oſculatur Altare. Alia caeremonia eſt, quod Sacerdos ad illa verba: ***haec dona, haec munera*** &c. imprimat ter ſignum Crucis. Quod autem in Canone ante conſecrationem imprimeretur ſignum Crucis, conſonat AVGVST. (*ſerm. 17. de Sanctis*) ubi negat, in Eccleſia ullum Sacramentum recte perfici ſine Crucis ſigno, & (*tract. 118. in IOH., & ſerm. 181. de tempore*) facit hujus ſigni mentionem. Quod autem ſignum ter adhibeatur, quidam volunt a paganis ſumptum, apud quos dicitur *Deus impari numero gaudere*. Ego vero credo id factum fuiſſe,

r 2 quia

(14) Sed hallucinatum eſſe MICROLOGVM, cui nimium MALDONATVS detulit, vidit *Hugo* MENARDVS, qui *in Sacram. S. GREG.* (*p. 13. ſeq.*) recte notat his verbis: *& omnibus orthodoxis*, fieri generalem omnium Fidelium viventium commemorationem, & ad *Memento* &c. peculiarem offerentium, & quorumdam ſpeciatim, quorum nomina antiquitus in diptychis legebantur. Deſunt quidem ea verba in Canone Sacramentarii *Gelaſiani*, in Miſſali plenario *Vaticano* 4770., & Sacramentario Reginae *Svecorum* 337. nec memorantur in Ordine *Romano*, in *Eclogis* AMALARII, *in expoſitionibus Miſſae* a GEORGIO additis; ſed quum habeantur in Miſſali *Francorum* vetuſtiſſimo, atque in *Gallicano* ſaeculi VII.; in Sacramentariis *Angeli* ROCCHAE, & MENARDI, in Miſſali *Monaſtico Lateranenſi* ſaeculi XI., indicentur praeterea a FLORO *Lugdunenſi*, qui ſaeculo IX floruit, ſua etiam vetuſtate a MICROLOGI cenſura ſe ſatis tuentur.

quia Signum Crucis apud Chriſtianos non tantum adhibebatur ad benedicendum, ſed etiam ad demonſtrandum, quod vel ex eo videbatur, quod Milites Chriſtiani capulum ſuorum enſium habeant effectum ad formam Crucis, quem ita non ſolent geſtare aliae nationes non Chriſtianae, & TERTVLLIANVS teſtatur ad omnem orationem depictam fuiſſe Crucem in fronte. Quia ergo Sacerdos volebat oſtendere tria, ſcilicet *dona*, *munera*, *ſacrificia*, non fecit id nude, ſed ad unumquodque vocabulum adjecit ſuam Crucem, ſicut ad illum locum: *benedictam*, *adſcriptam*, *ratam*, ubi quodque verbum ſignatur Signo Crucis (15).

Memento Domine.

V. Sequitur Oratio: *Memento Domine famulorum &c.* quae conjuncta eſt cum ſuperiore; eſt autem addita, quia in ſuperiori Oratione Sacerdos generaliter tantum orabat pro quibuſdam perſonis, quod faciebat quotidie; qua de cauſſa etſi ſequens haec Oratio oret pro perſonis Eccleſiae, tamen illa ſuperior non eſt mutata, quia erat quotidianum talem mentionem generalem pro orthodoxis facere; in hac vero Oratione nomina eorum (16) ſilentio recitantur, pro quibus ſacrificium offertur (17); ut autem ſilentio, ea cauſſa eſt, quod quum clara recitatio nominum abiiſſet in abuſum propter quoſdam, qui hanc nominationem adfectabant, ut pro liberalibus haberentur, ideo coeperunt nomina ſilentio exprimi (18). Nota, non debere heic Sacerdotem mente orare, neque diutius haerere, quam eorum nomina memoria repetere poſſit, pro quibus Sacrificium facit, ut vel ex eo conſtat, quod haec olim palam dicebantur. Quod ſi quis velit pro alio orare, oret in cubiculo (19).

VI. Se-

(15) De his Crucibus vide GEORGIVM erudite differentem (*T. III. cap. 3. num. VIII. ſeqq.*)

(16) Hinc ad hujus numeri finem Ms. Codicem exhibemus.

(17) Varias, quae in hac offerentium commemoratione uſurpabantur, formulas vide apud BONAM (*Lib. II. cap. XI. § 5.*), & GEORGIVM (*T. III. p. 40. ſeqq*)

(18) Quo id tempore coeperit, vide apud eoſdem BONAM (*l. c.*) & GEORGIVM (*T. III. pag. 53.*)

(19) C. L. copioſius de his differit. Recito locum meis adnotatiunculis parentheſi clauſis interpolatum.

Haec autem oratio a ſuperiore non eſt ſeparata; fuit autem adhibita, quia quum in ſuperioribus oraverit generaliter Sacerdos pro tota Eccleſia, pro Papa, pro Rege, ſcilicet pro hoc aut illo non erat quotidie celebraturus. Ideo haec oratio fuit adjuncta, tamquam indefinita, ut poſſit omnibus adcommodari,

VI. Sequitur *Communicantes* (20), & *memoriam venerantes.* In hac Oratione invocantur nomina Sanctorum, quod ſemper factum Communicantes.

---

ri, pro quibus voluerit Sacerdos offerre, & deprecari. Nomina autem eorum, pro quibus offerebatur, clara voce antiquitus recitabantur, ut conſtat ex D. HIERONYMO [*in Commentariis in EZECHIELEM* cap. XVIII.][*Vide* Cl. BERLENDIS de oblation. p. 261.] . *Sed haec pia conſuetudo procedente tempore in abuſum fuit converſa. Unde idem D. HIERONYMVS conqueritur* [Lib. II. in HIEREM. cap. XI.] *jure, quod oblatio Chriſtianorum mutata eſſet in laudem peccatorum. Nam qui avaritiae, & aliis vitiis operam dederant, adcedentes in Templum offerebant oblationem, eamque in arcam recondebant nomine ſuo in ipſa oblatione ſcripto. Quare quum veniſſet Diaconus*, [Confer *BONAM* Lib. II. cap. 8. §. 7. Subdiaconus tamen interdum nomina recitabat, ut oſtendit *SALA in citatum BONAE locum* T. III. p. 194.] *nominibus offerentium perlectis pronunciare clara voce ſolebat talem aut talem oblationem obtuliſſe, pro quo Sacerdos poſtea in Miſſae Sacrificio orabat, ipſumque clara voce nominabat. Et quia plerumque tales erant peccatores in peccato quodammodo obvoluti, ideo hac de re conqueritur D. HIERONYMVS. Arca autem erat in Eccleſia, ubi recondebantur oblationes ſingulorum: Unde de hac re legitur apud PAVLLINVM* [in Ep. XXXIV.] In Eccleſia, *inquit*, menſam Domini propoſitam indigentibus videmus [plura de hac *arca* dabunt *ROSWEIDVS* ad eam *PAVLLINI* epiſtolam, & *BERLENDIS* p. 180.]. *Ea vero arca facta erat in modum conchae, ut poſſet quidem immitti pecunia, ſed non extrahi. Unde in Concilio* Eliberitano (cap. 48.) *decernitur, ut* qui baptizati ſunt, in concham nihil immittant pecuniae, *hoc eſt pro baptiſmo nihil dent.* [Vereor, ut quae de *concha* heic Auctor conjicit *Eliberitano* Canoni ſuperſtructa, haberi firma poſſint; concham enim, de qua *Eliberitanum*, multo veroſimilius eſt cum *Ferdinando* de MENDOZA ipſum intelligere vas baptiſmatis in conchae modum efformatum.] *Diſplicet autem, quod multi Sacerdotes privati velint commendare, & memoriam facere in ſuo* memento *pro quibus veliat; ſed ritus Eccleſiae eſt ſequendus; non enim genuimus Eccleſiam, ſed Eccleſia genuit nos. Quare hoc loco debent nominare eos, pro quibus volunt ſacrificium celebrare, & ſi alios commendare volunt, & pro illis orare, id faciant in ſuo cubiculo. Non debet autem heic diutius haerere Sacerdos, ſed ſolum quantum ſufficiat ad commendandos eos, pro quibus orat.*

(20) *Illud* COMMVNICANTES, *inquit* BELLARMINVS (de Miſſa Lib. II. cap. 21.) *dupliciter exponitur a veteribus. Quidam, ut* ALCVINVS, AMALARIVS, *& alii, referunt illud ad Communionem cum Sanctis, ut ſenſus ſit;* offerimus hoc ſacrificium communicantes memoriis Sanctorum, & eosdem Sanctos venerantes: *ubi non fit mentio Communionis per manducationem Euchariſtiae, quae non convenit mortuis, ſed communionis per ſocietatem & conjunctionem in corpore Chriſti myſtico. Alii, inter quos eſt* MICROLOGVS (Cap. 12.), *& Hugo* VICTORINVS (Lib. II. de officiis cap. 29.) *volunt illud* communicantes *referri ad offerentes inter ſe, non cum Sanctis, ut*

Digitized by Google

factum fuiſſe legitur in omnibus Liturgiis, & *cap. 3. Eccleſ. Hierarch.*: Item apud CYPRIANVM (*Lib. 4. epiſt. 5.*), & CHRYSOSTOMVM (*Hom. 22. in acta*), & apud AVGVSTINVM (*Lib. 22. de civit. Dei cap.* 10., *& Serm. 7. de verbis Domini*). Quum autem legis apud CYPRIANVM, aut alios in celebritate Martyrum orari pro eis, non eſt intelligendum, ut illis juvetur noſtris precibus, ſed pro illis, ideſt in honorem illorum (21). Qui autem Sancti heic nominantur, non ſemper nominati fuerunt. Alii enim a *Graecis*, alii a *Latinis* nominabantur, ſed poſtea ſolemniter, & rite nomina iſtorum redacta ſunt in ordinem (22). Notandum autem, olim poſtquam apud *Graecos* Sanctus

---

ut ſenſus ſit: offerimus communicantes, ideſt inter nos uniti, & conjuncti, ut decet membra ejuſdem corporis, & praeterea memoriam Sanctorum venerantes. *Id probat* MICROLOGVS *optima ratione, nam in Natali, Epiphania, Paſcha, Adſcenſione, & Pentecoſte poſt illud*: communicantes *additur*, & diem ſacratiſſimum celebrantes *&c. & paullo poſt*, ſed & memoriam venerantes *&c. ubi aperte videmus, illud* Communicantes *non conjungi cum memoria Sanctorum, ſed per ſe manere, & ad ſolos offerentes referendum eſſe*. Primae expoſitioni favet formula, quae quondam in parthenone Sancti AVRELIANI Epiſcopi *Arelatenſis* uſui erat, in ea enim apud MABILLONIVM (*de Liturg. Gallic. p.* 44.) quod nos *Communicantes* dicimus, his tantum verbis effertur: *meritis & interceſſionibus Sanctorum tuorum* &c. *Mozarabes* omittunt, ac ſolum ajunt, quod etiam legitur in diptychi *Leodienſis* a WILTHEMIO egregiis commentariis illuſtrari averſa parte, *facientes commemorationem beatiſſimorum Apoſtolorum* &c. Miſſale tamen *Francorum* habet *communicantes*, addita particula, *ſed & memoriam*, quae alterum membrum ab altero disjungere videtur, & ſecundae expoſitioni locum aperit.

(21) Quare ipſe CYPRIANVS (epiſt. XXXVII.) ait: *celebrantur heic a nobis oblationes, & ſacrificia ob commemorationes eorum. Nicolaus* CABASILA in *Graecae* Liturgiae expoſitione aliter hanc phraſim explicat, nempe *ad gratiarum actionem*. Vide BONAM (*Lib II. cap. XIV.* §. 4.)

(22) De Sanctis, quorum nomina in Canone recitamus, confer eumdem BONAM (*cap. XII.* §. 3.) & GEORGIVM (*Lib. IV. de Liturg. R. P. cap.* 4.). Ceterum Sanctorum, quos nominamus, ordo BELLARMINO duas eaſque inſignes conjecturas ad ejuſdem Canonis comprobandam antiquitatem ſuppeditavit. Prima conjectura eſt, quia in toto Canone nulla fit mentio Confeſſorum, aut Virginum non Martyrum, ſed Martyrum tantum, ſeu virorum, ſeu feminarum: quod etiam notavit AVGVSTINVS (*Libro de Sancta Virginitate cap.* 45.) Hujus autem rei cauſſa nulla eſt alia, niſi quam reddit INNOCENTIVS (*Lib. 3. cap.* 10. *de myſteriis Miſſae*), quia videlicet eo tempore Canon compoſitus eſt, quo nondum coeperant publice coli in Eccleſia Sancti Confeſſores. Siquidem certum eſt, Martyres coepiſſe publice invocari, & eorum nominibus dies feſtos coli, & Baſili-

ctus aliquis Epiſcopus diem ſuum obierat, illum in hunc locum fuiſſe redactum. Itaque hoc demortuo CHRYSOSTOMO factum legimus. Hoc (23) vocabant *referri in δίπτυχα*, ſive in *δίπτυχας* (24), ideſt in Canonem inter nomina Sanctorum. Nunc poſſumus

mus

ſilicas erigi, ab initio plane Eccleſiae: Confeſſores autem multo ſerius hunc honorem in Eccleſia meruiſſe. Conſtat autem ex Concilio *Moguntino* ſub CAROLO Magno celebrato (*Can.* 36.) feſta Confeſſorum jam in uſu fuiſſe anno DCCC. Siquidem in Catalogo feſtorum dierum ponuntur dies feſti S. MARTINI, & S. REMIGII: igitur ante annum Domini DCCC. Canonem compoſitum fuiſſe neceſſe eſt. Secunda pridem a WALAFRIDO indicata (*cap.* 22.) conjectura eſt, quia dum enumerantur Apoſtoli, non ſervatur ordo, qui eſt in Evangeliis per HIERONYMVM emendatis: id enim argumento eſt, eam partem Canonis prius fuiſſe compoſitam, quam a HIERONYMO Evangeliorum Codices *Latini* ad vetera exemplaria *Graeca* corrigerentur; ipſe enim HIERONYMVS in praefatione Evangeliorum ad DAMASVM, teſtatur magnam fuiſſe in antiquis *latinis* codicibus confuſionem.

(23) Quae hinc ſequuntur ad extrema numeri verba, in uno M. C. invenimus.

(24) De diptychis quum multi egerint, ut praeter ROSWEIDVM in *Onomaſtico*, *Alexandrum* WILTHEMIVM, BONAM, CABASSVTIVM, *Sebaſtianum* DONATVM, & ex Proteſtantibus * *Chriſtianum Auguſtum* SALIG in libro *de diptychis veterum*, & * NEGELENIVM in diſſert. antea indicata *de diptycho Norimbergenſi*, conſulendus eſt cumprimis *Gorianus* Theſaurus diptychorum. Pauca & nos de illis adtigimus in *Bibliotheca Rituali* Tom. I. Illud non ſatis intelligo, quei viris ceteroquin eruditiſſimis MABILLONIO (*Comm. in ordin. Rom. p.* 47.) & *Franciſco* de BERLENDIS [*de oblationibus p.* 267.] in mentem venire potuerit, ex INNOCENTII I. ad DECENTIVM *Eugubinum* epiſtola nominum recitationem poſt conſecrationem factam fuiſſe, quemadmodum poſt conſecrationem, recitari in Liturgia S. IACOBI *Syriaca*, in S. BASILII *Coptica*, & *Graeca Alexandrina*, & in Liturgia *Theodori* MOPSWESTENI *Neſtoriana* animadvertit LESLAEVS [*ad Miſſale Mozarab. p.* 538.] Quum enim in Sacramentariis *Gelaſiano*, & *Gregorianis* diptycha vivorum ante conſecrationem, mortuorum vero poſt conſecrationem recitentur, non multis poſt INNOCENTIVM annis non tam ab ejus conſtitutione, quam a vetere, quam ille tantummodo in medium adfert, confirmatque, conſuetudine *Romanam* Eccleſiam diſceſſiſſe (quod non tam facile creditu eſt) oporteret. Ait quidem INNOCENTIVS recitanda nomina *inter ſacra myſteria, non inter alia, quae ante praemittimus, ut ipſis Myſteriis viam futuris precibus aperiamus*; ſed haec quam vere de Canone intelliguntur, tam falſo, & contra Eccleſiae *Romanae* mores ad jam peractae conſecrationis tempus trahuntur. Quaeſtio enimvero, quam INNOCENTIO DECENTIVS propoſuerat, non erat, in qua Canonis parte diptycha legenda eſſent, ſed an recte *antequam precem Sacerdos faciat*, nempe ante Canonem in quibuſdam Eccleſiis legerentur. Hanc ergo quaeſtionem ita Pontifex dirimit, ut *non inter alia, quae ante praemittimus*,

ſeu

mus δίπτυχα appellare illam tabulam, in qua deſcriptum habemus: *Te igitur Clementiſſime Pater*, quaſi dicas *tabellam duplicatoriam*.

Oratio: Hanc igitur.

VII. Sequitur Oratio: *Hanc igitur oblationem*. Haec eſt, ut opinor, illa Oratio, quae fuit compoſita ab illo Scholaſtico, cujus mentionem fecit GREGORIVS (*Ep.* 73. *Lib.* 7.). Nam Orationem ejus dicit dictam fuiſſe ſuper oblationem, & hodie dicitur, & dicitur eſſe *infra actionem*, ideſt Canonem. Haec autem ſola fuit eo tempore introducta in canonem (25). Verba autem: *Qui pridie*, *ſunt apud* AMBROSIVM [*Lib.* 2. *de Sacramentis cap.* 5.] quo loco notabis etiam reperiri haec verba *elevatis oculis* (26), pro

ſeu ante Canonem, *ſed inter ipſa myſteria*, in Canone ſcilicet recitanda, eſſe pronnnciet: in quanam vero Canonis parte legenda eſſent [de quo conſultus non fuerat] minime explicat. Ex nota tamen *Romanae* Eccleſiae conſuetudine ſatis illud colligere poſſumus; immo eam ſatis ipſe INNOCENTIVS inſinuat. Vult enim, *prius oblationes eſſe commendandas*, *ac* TVNC *eorum nomina*, *quorum ſunt*, *edicenda*. Si poſt conſecrationem *edicenda* fuiſſent, non hoc INNOCENTIVS dixiſſet, ſed oblationes conſecrandas, *ac* TVNC *eorum nomina*, *quorum ſunt*, *edicenda*.

(25) Adnot. V. nullam eſſe hanc rationem vidimus, aliamque cauſſam, cur haec oratio aliquando *infra actionem* inſcribatur, adtulimus, eamque confirmant variae ejus interpolationes, quae apud BONAM [*Lib. II. cap. XII.* §. 4.] & GEORGIVM (*Lib. IV. cap. V.*) Non fuiſſe vero hanc orationem, quam GREGORIVS M. a Scholaſtico compoſitam dixit, BELLARMINVS (*de Miſſa Lib. II. cap.* 19.) invicto argumento effecit. Nam S. GREGORIVS ſcribit, ſe accuſatum fuiſſe, quod juſſiſſet orationem Dominicam recitari mox poſt Canonem, & reſpondet, id ſe feciſſe, quia indignum exiſtimabat orationem a *Scholaſtico* compoſitam ſuper oblationem dici, & ipſam Chriſti orationem ſuper Corpus ejus non dici: quibus verbis indicat GREGORIVS ſe non agere de Canone, ſed de orationibus, quae dicebantur poſt Canonem (*ſuper oblationem*, ſeu quod hoc loco idem eſt, *ſuper Corpus Chriſti*). Et quidem ante ipſius tempora poſt Canonem ante Communionem videtur in uſu fuiſſe, ut diceretur aliqua oratio a *Scholaſtico* compoſita: *oratio* autem *Dominica*, vel diceretur poſt Communionem, oblatione conſumpta, vel non diceretur. Sed GREGORIVS hunc ordinem mutavit, & voluit, ut oratio Dominica diceretur mox poſt Canonem, adhuc in altari Corpore Domini praeſente, oratio autem *Scholaſtici* ſequeretur. Quare non inveriſimile eſt, hanc fuiſſe aliquam ex illis tribus orationibus, quae dicuntur ante Communionem poſt *Agnus Dei*, neque, ut MICROLOGVS ſcribit [*cap.* 18.], ſunt de Canone.

(26) AMBROSIVS ipſa illa verba *elevatis oculis* non reddit; ait tamen quod ea ſignificant, dicere Sacerdotem: *Qui pridie*, *quam pateretur*, *in ſanctis manibus ſuis accepit panem*, RESPEXIT IN COELVM, *ad te* San.

pro quibus calumniari nos ſolent haeretici, quia non reperiuntur in inſtitutione hujus Sacramenti in Evangelio.

De oſtenſione Euchariſtiae.

VIII. Prima caeremonia, quae poſt conſecrationem ſequitur, eſt oſtenſio Euchariſtiae jam conſecratae. Semper autem fuiſſe demonſtratam populo poſt conſecrationem diſcimus ex multis auctoribus antiquis, ut ex DIONYSIO *Areopagita* [*cap.* 3. *Eccleſ. Hier.*], & ex BASILIO *Magno in Lib. de Sp. Sancto* (*cap.* 17.) Inter alias enim, quas proponit traditiones Apoſtolorum, proponit etiam hanc, ut Populus proferret aliqua verba, quum oſtendebatur Euchariſtia. Idem diſcimus ex D. *Johanne* DAMASCENO, minus quidem antiquo, ſed magno Auctore (27). Suſpicor autem, licet non compertum habeam, ſumptis tamen conjecturis ex *Graecis* Auctoribus, olim non ita fuiſſe demonſtrat m Euchariſtiam, ut nunc oſtenditur, ſed Sacerdotem manibus tenentem Euchariſtiam ſe convertiſſe ad populum, & ſolitum dicere *Corpus Chriſti*, ideſt *ecce Corpus Chriſti*, quia ante conſecraverat clam. Nemo enim videbat Sacerdotem conſecrantem, praeſertim apud *Graecos*, apud quos locus, in quo Sacerdos ſacrificabat, erat circumtectus velis, ut diſcimus ex multis homiliis D. CHRYSOSTOMI. Poſt conſecrationem vero velum dimovebatur una ex parte, & vertebat ſe Sacerdos manibus tenens Euchariſtiam, & dicebat ad populum: *Hoc eſt horrendum Corpus Chriſti*. Quod hoc factum fuerit, intelligo ex D. DIONYSIO,

Mald. ſ licet

Sancte Pater, omnipotens aeterne Deus, gratias agens benedixit, fregit &c. Eademque paullo poſt de calice recitat.

(27) Recte ex his Auctoribus colligit MALDONATVS, elevationem hoſtiae fuiſſe *Graecis* uſitatam; non ſatis autem caſtigate loquutus eſt, dum eam *poſt conſecrationem* factam fuiſſe ſcribit. *Graecos* enim [non elevant hi calicem, ſed ſolum τον θειον αρτον *panem divinum*, majorem ſcilicet hoſtiae partem] elevare hoſtiam paullo ante Communionem ex liturgiis BASILII, GREGORII, aliiſque monumentis indubium eſt. *Coptitae* quoque, *Syri*, aliique *Orientales* Chriſtiani, de quibus diligentiſſime ſcripſit RENAVDOTIVS (*Liturg. Orient. T. I. p.* 265. *ſeq.* & *T. II. p.* 114.) elevant praecipuam hoſtiae conſecratae partem ad ea verba *ſancta ſanctis*, atque, ut praeſcribit GABRIEL Patriarcha *Alexandrinus*, Sacerdos debet *Corpus Dominicum* ſurſum elevare, quantum brachia ſua extendere poterit, & voce, quantum poterit, maxima clamare *ſancta ſanctis*, & populus cum lacrymis adorat, & pectora tundens veniam peccatorum petit, & rogat, ut *in fide orthodoxa uſque ad extremum vitae a Deo confirmetur*. Eodemque tempore adcenduntur cerei, & adtolluntur.

Digitized by Google

licet obſcure, qui *cap.3. Eccl.Hier.* quum agit de oſtenſione Euchariſtiae, non dicit Sacerdotem ſuſtuliſſe Euchariſtiam, ſed protuliſſe in conſpectum. Hujus rei argumentum eſt, quod *Graeci* adhuc hodie idem faciant, & ita factum fuiſſe apud *Latinos* eſt veroſimile (28); ſed poſtea fortaſſe mutata eſt conſuetudo, quod eſſet nimis moleſtum Sacerdoti ita ſe vertere. Illud etiam obſervandum eſt, quod non oſtendebat olim Sacerdos Calicem, ut nunc, ipſe ſolus, ſed adjutus a Diacono. Nam quotieſcumque aliquid operandum erat in altari, quod pertineret ad miniſterium, faciebat id Diaconus. Itaque & Sacerdoti aperiebat calicem, & propterea geſtat illam veſtem, quam vocamus *dalmaticam*, ut oſtendat illum eſſe ſervum, & ſit quaſi veſtis Servorum: nam *Dalmatae* erant ſervi *Romanorum*. Dixi, aliquando calices olim fuiſſe anſatos; addo nunc & multo fuiſſe majores, quam nunc ſunt. Hoc colligetis ex hiſtoria SYLVESTRI, & DAMASI, & ex vita CONSTANTINI *Magni*, qui di-

(28) Minime vero. Antiquitus enim *Mozarabes* elevabant Corpus Domini ad ea verba: *fidem, quam corde credimus, ore autem dicamus*, quae ſymboli recitationem praecedunt. *Romae* autem olim ad ea verba Canonis *per ipſum, & cum ipſo* Diaconus calicem elevabat, & Sacerdos duas oblatas, quibus latera calicis tangebat. Ordo *Romanus* I. MABILLONII n.16. & ordo *Romanus* III. HITTORPII, *quum Sacerdos dixerit per ipſum, & cum ipſo*, Archidiaconus *levat cum offertorio* (palla ſcilicet, quam *Mozarabes filiolam* appellant) *calicem per anſas, & tenet exaltans illum juxta Pontificem; Pontifex autem tangit a latere calicem cum oblatis, dicens per ipſum & cum ipſo per omnia ſaecula ſaeculorum, & ponit Pontifex oblationes in loco ſuo, & Archidiaconus calicem juxta eas, demiſſo offertorio in anſas ejuſdem*. MICROLOGVS ſaeculo XI. ad finem vergente cap. 17. ſcripſit: *quum dicimus* per omnia ſaecula ſaeculorum, *Corpus cum calice levamus, & ſtatim in altare depoſita cooperimus*; nimirum *demiſſo offertorio in anſas calicis* etiam oblata juxta poſita eodem velo obtegebantur. In *Gallia* tamen poſt medium idem ſaeculum XI. ob haereſim BERENGARII coeperunt ſtatim poſt conſecrationem panis adtollere Corpus Domini, illudque adorare, & pariter poſt conſecrationem calicis ſanguinem altius adtollere, & adorare: haec conſuetudo e *Gallia* in alias regiones Eccleſiae *Latinae* paullatim penetravit. De ea circa initium ſaeculi XII. meminit HILDEBERTVS Cenomanenſis *in expoſitione* Miſſae. De eadem *in Speculo Eccleſiae*, inter opera *Hugonis* VICTORINI, meminit *Robertus* PAVLLVLVS, qui anno MCLXXXIV. vivebat. Saeculo autem XIII. hic ritus paſſim in uſu erat. Exinde *Mozarabes* bis in Miſſa Corpus, & Sanguinem Domini elevant, primum ſtatim poſt prolata conſecrationis verba (ex Conciliis *Valentino* a. MCCLV., & *Toletano* a. MCCCXXIII.) & iterum (ex vetere, quam innuimus, conſuetudine) ante confractionem, aut quum ſymbolum recitant.

Digitized by Google

qui dicitur dediſſe vaſa Eccleſiae *Romanae* , & inter cetera calices neſcio quanti ponderis. Cauſſa vero , cur tam magni fuerint , in promptu eſt , quod Sacerdos non tantum conſecrabat ſanguinem , quem ille ſolus ſumpturus erat , ſed etiam totus populus. Itaque vas debebat eſſe maximum , ut poſſet continere pro toto populo , & quum calix eſſet magnus , non poterat illum ſolus Sacerdos adtollere ; propterea habebat duas anſas , quibus & Sacerdos & Diaconus adcipiebant calicem (29). Hoc legetis apud AMALARIVM [*de rebus Eccleſ. cap. 16.*]. Ad haec illud eſt ſciendum ; quum oſtendebatur Euchariſtia , totus populus adclamabat aliquid adcommodatum ad rem, ut legimus apud D. BASILIVM in libro *de Spiritu Sancto* [*cap. 27.*] *Verba*, inquit, *invocationis, quae dicuntur in oſtenſione Euchariſtiae, & Calicis, quis Sanctorum umquam nobis tradidit ſcripta?* Itaque duo ſunt obſervanda hoc loco ; primum fuiſſe aliqua verba ſolemnia , quae recitarentur a populo , quum oſtendebatur Euchariſtia ; ſecundum illa verba fuiſſe ab Apoſtolis tradita. Quae autem illa fuerint, non eſt compertum ; ſed tamen colligimus ex DAMASCENO Epiſtola illa extrema *de Triſagio*, ubi utitur hoc argumento ſumpto ex illo ritu in elevatione Euchariſtiae : *Non ſolemus* , inquit, *dicere ter Sanctus Deus , nec ter Sanctus Dominus , ſed unus Sanctus Deus , Sanctus Dominus cum Patre , & Sancto Spiritu in ſempiterna ſaecula. Amen.* Unde colligo , illa eſſe verba ſolemnia, quae dicebantur in oſtenſione Euchariſtiae a populo , quum videbat Euchariſtiam (30) , qualia ſunt verba , quae nunc habemus, quae cujus ſint, compertum ſatis non eſt , quamvis ſint antiqui auctoris. Solemus enim dicere nunc in *Gallia*, (31) non in aliis locis (32), quum oſtenditur Euchariſtia:

(29) Anſae illae *aures* , & *auriculae* vocabantur.

(30) Quod confirmant liturgiae BASILII , & GREGORII , ubi populus eadem ad hoſtiae elevationem adclamat.

(31) Ex more, quem LVDOVICVS XII. ab ejus Regni Epiſcopis induci poſtulavit ad Dei opem in bellis , quibus premebatur , implorandam.

(32) Alibi aliae cantiones in hoſtiae elevatione canebantur. Provinciale Concilium *Colonienſe* a. MDXXXVI. (*p. II. Can.* 14.) ex Eccleſiae *Romanae* more Chriſtum tacite adorandum decrevit: *quum potius tum videretur ſilendum ; & ab omni populo mortis Dominicae commemoratio habenda , proſtratis humi corporibus , animis in coelum erectis* ; deinde juſſit eas ora-

ſtia: *O ſalutaris Hoſtia* &c. Quemadmodum ergo habemus illa verba ſolemnia, dum Euchariſtia oſtenditur; ita habebant illi *Sanctus Deus*, *Sanctus Chriſtus cum Patre & Spiritu in ſempiterna ſaecula. Amen* (33).

De orationibus poſt conſecrationem.

IX. Sequuntur ſtatim Orationes multae, quae fere omnes reperiuntur apud D. AMBROSIVM. Prima eſt: ***unde & memores.*** Haec oratio eſt apud CLEMENTEM (***Lib. VIII. Conſtit. cap.*** 17.) & apud D. AMBROSIVM [***Lib. IV. de Sacramentis cap. 6.***]. Sequitur alia: ***Supra quae*** &c. Haec quoque eſt apud AMBROSIVM [***eodem loco***]. Et etiam iſta: ***Supplices te rogamus***. De illa autem ***Memento*** &c. dixi in diſputatione ***de Sacrificio Miſſae***, ubi dixi fieri ſacrificium pro vivis, & mortuis (34). Sequitur ſta-

---

orationes, quae pro pace, aliiſque neceſſitatibus in elevatione canebantur, cani poſt Miſſam: *Cantiones illae contra mortalitatem, ſeu cladem, aut pro pace ſatius poſt finitam Miſſam cantantur*.

(33) Miror, nihil MALDONATVM addidiſſe de more pulſandi campanulam, qui inducta ſacrae oblationis ſtatim poſt conſecrationem elevandae diſciplina obtinuit, *ut ſic mentes fidelium ad orationes excitentur*; quod legitur in decreto GVILLELMI *Pariſienſis* Epiſcopi apud BONAM [*lib. II. cap.* 13.]. Exſtat MAYERO teſte (p. 313.) in Theſauro *Claraevallenſi* Calix S. MALACHIAE *Hibernorum* Pirmatis, ex cujus labio aliquot dependent campanulae, quibus ad motum calicis ſonantibus adſtantes monerentur orare & adorare Sancta. Saeculo quoque XI. coeptum videtur, ut campana major pulſetur pro excitando ad orationem populo extra Eccleſiam poſito; nam IVO *Carnotenſis*, qui eodem tempore vixit, in epiſt. 142. gratias agit MATHILDI Reginae *Anglorum* pro campanis, quas donaverat Eccleſiae Beatae Virginis; quarum ſonitu renovari ait in cordibus fidelium ipſius Reginae memoriam, tunc praeſertim, *quando illa ſalutaris hoſtia .... in Domini menſa quotidie conſecratur*. Quod utique, inquit idem MAYERVS, intelligendum non eſt de campanulis illis minimis (non enim operae pretium fuiſſet, Reginae tantas grates referre pro dono tam exiguo), ſed de campanis munificentia tantae Reginae dignis.

(34) Haec *diſputatio edita* non eſt. Ceterum multa de hac oratione invenies apud BONAM, BENEDICTVM XIV. & GEORGIVM. Cl. WILTHEMIVS in *diptychon Leodienſe* (*cap. VIII. n.* 5.) haec adnotavit. „ ALCVINVS (vulgatus) de divinis officiis cap. XI. *Poſt illa verba*, „ *quibus dicitur* in ſomno pacis, *uſus* „ *fuit antiquorum, ſicut etiam uſque* „ *hodie* Romana *agit Eccleſia, ut ſta-* „ *tim recitarentur ex Diptychis, ideſt* „ *Tabulis, nomina Defunctorum: at-* „ *que ita poſt lectionem nominum, ſubjungerentur ſequentia verba*, Ipſis „ &c. FLORVS in expoſitione Miſſae: „ *Propter illa ergo verba, quibus di-* „ *citur*, qui nos praeceſſerunt cum „ ſigno fidei, & dormiunt in ſomno „ pacis, *uſus fuit antiquorum, ut ſic etiam*

ſtatim: *Nobis quoque* &c. Fit heic iterum mentio Sanctorum. Qui de caeremoniis Miſſae ſcripſerunt, multa dicunt, cur bis recitentur nomina Sanctorum; ſed ego nil aliud myſterii eſſe credo, quam quod pro vivis oratum ſit, heic oretur pro mortuis; Ideo autem heic aliorum ſit mentio, ne bis iidem repetantur (35): Hinc alia oratio *Per quem nobis*, quae oratio non eſt valde antiqua comparatione aliarum, quia alias reperimus apud auctores, qui vixerunt ante MCC. annos, & etiam nonnullas apud CLEMENTEM, hanc autem non reperimus; quod ego ſcio, apud antiquiorem AMALARIO, qui vixit abhinc DCCC. annis. CALVINUS ſumit argumentum ex hac oratione, ut probet in Euchariſtia non eſſe, niſi panem & vinum, quia *dona* non poſſunt appellari niſi panis & vinum; ſed quum dicit: *Per quem haec omnia Domine ſemper bona creas, vivificas, benedicis, &* prae-

---

„ *etiam Romana agit Eccleſia, ut ſtatim recitarentur ex diptychis, ideſt tabulis, nomina defunctorum; atque ita poſt lectionem nominum, ſubjungerentur verba ſequentia:* Ipſis & omnibus &c. Eadem habet REMIGIVS *Antiſiodorenſis*. Vetuſtiſſimum ſcriptum, quod HITTORPIVS cum hoc titulo edidit: *Heic incipit, qualiter quaedam orationes & Cruces* in Te igitur *agendae ſunt*, ita habet: *Heic orationes duae dicuntur, una ſuper diptychos; altera poſt lectionem nominum: & hoc quotidianis vel in agendis tantummodo diebus*: Memento etiam, Domine, & eorum nomina, qui nos praeceſſerunt cum ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis. *Et recitantur nomina. Deinde poſtquam recitata fuerint, dicat*: Ipſis, Domine, & omnibus in Chriſto quieſcentibus, locum refrigerii, lucis, & pacis, ut indulgeas, deprecamur. Huc etiam pertinet locus ex epiſtola HINCMARI *Rhemenſis* Epiſcopi ad NICOLAVM Pontificem Maximum: *Denique praefato* EBONE *defuncto*, „ *Eccleſia, ſed & Parochia noſtra ſecundum conſuetudinem, quam ex antiquo habuit [etiam de his, qui in Epiſcopatu uſque ad obitum in eadem Eccleſia non permanſerant] ipſius nomen inter ſacroſancta myſteria in Epiſcoporum catalogo recitare pietatis gratia coepit, & hactenus facit*. Addit deinde, non auſum ſe injuſſu Pontificis Maximi de catalogo tollere EBONEM; non ob fidem, ſed ob alia, a Synodo, & Pontifice maximo damnatum. Pergit deinde: *Perſcribere mihi dignetur Apoſtolica veſtra auctoritas, utrum eumdem* EBONEM *inter Epiſcopos in ſacris diptychis in Eccleſia noſtra nominare permittam; an, ne de cetero in Epiſcoporum catalogo nominetur, prohibere debeam.* „ Exemplum ex diptycho *Ambianenſis* Eccleſiae profert SALIG (*de diptyih. cap. XX.* §. 27.) & ex eo GORIVS (*T. II. Theſ. diptych. p.* 197.)

(35) Vide SALAM in BONAM (*lib. II. cap.* 14. §. 5. *p.* 315.) & BENEDICTVM XIV. (*de Sacr. Miſſ. Sacrif. lib. II. cap.* 18.)

Digitized by Google

praeſtas nobis, ideſt quod paullo ante erat creatura ex terra genita panis & vinum, [creare dicit non quod ſit amplius talis creatura, ſed per communicationem idiomatum, & eſt ſenſus: *haec dona*, *quae tu creaſti*] *ſanctificas*, ideſt efficis Corpus Chriſti, *vivificas*; hoc eſt contra CALVINVM (36).

Cruces. X. Solet Sacerdos tria ſigna Crucis adhibere hoſtiae jam confecratae. Sed poteſt venire in mentem alicui, non eſſe rationi conſentaneum, ut ſigna Crucis adhibeantur Euchariſtiae poſt conſecrationem. Nam ſolemus adhibere ſignum Crucis alicui rei, ut benedicamus & conſecremus illam: nihil autem poteſt eſſe ſanctius Corpore Chriſti. Hoc argumentum non eſt leve, adeo ut moverit me aliquot annis, ut exiſtimarem, iſtas Cruces, quae adhibentur poſt conſecrationem, fuiſſe introductas a quibuſdam Sacerdotibus, qui ſibi prudentiores aliis viderentur, ſi hoc facerent; ſed reperio non tantum apud recentiores, qui de caeremoniis ſcripſerunt, ſed etiam apud antiquiores illos AMALARIVM, & STRABONEM. Quapropter credibile eſt, jam olim fuiſſe illa ſigna Crucis adhibita ad Euchariſtiam

(36) Olim ad ea hujus orationis verba: *largitor admitte*, ſi novae fruges, aut quaelibet alia humanis uſibus inſervientia benedicenda erant, ante altare collocari ſolebant, & heic a Sacerdote benedici; & terminata benedictione ſolita clauſula: *Per Chriſtum Dominum noſtrum*, ſequentem addebant orationem: *Per quem haec omnia*, quae propterea non ſolum referuntur ad oblata, ſed etiam ad res tunc benedictas. Vide BONAM, & BENEDICTVM XIV. (*l. c. n.* 10. *ſeqq.*) Porro ſi ad res tunc benedictas ea referantur, planiſſima eſt illorum verborum ſententia; ſi autem ad oblata Euchariſtica, nihil quoque illa continent abſurdi. Quam in rem BELLARMINI (*lib. II. de Miſſa cap. XXXI.*) interpretationem adferam, qua, quae MALDONATVS paucis indicavit, expeditiora fient. Commemorant igitur ea verba breviſſime omnia beneficia divina circa hoc Sacramentum, inchoando a prima productione materiae, unde illud conficitur. Itaque dicimus a Deo per Chriſtum hoc Sacramentum ratione materiae primo *creari*, quum panis videlicet creatur. Secundo *ſanctificari*, quum dedicatur per primam oblationem ad Sacramentum conficiendum. Tertio *vivificari*, quum efficitur myſterium vitae, & in verum Corpus Domini, & in ipſum Chriſtum, qui eſt vita noſtra, convertitur per conſecrationem. Quarto *benedici*, quum omnis benedictionis effectum recipit, ut ſcilicet Sacramentali efficacia caput cum membris uniat. Quincto denique nobis *praeſtari*, quum ad ſumendum, ut ex eo vitam hauriamus, datur. Ita ALCVINVS totum hunc locum exponit, & poſt eum HVGO (*lib. II. de officiis divinis cap.* 36.)

Digitized by Google

chariſtiam conſecratam. Poſſent tamen defendi iſta ſigna Crucis, quae adhibebantur Euchariſtiae jam conſecratae, ſi dicamus fuiſſe adhibita non ad conſecrationem, , ſed quia nulla erat actio, quam non praeiret Crux. Ac illi quidem Auctores, qui ſolent dicere ſignum Crucis ſemper adhiberi ad benedicendum, non poſſunt reddere rationem, cur adhibeatur ſignum Crucis Euchariſtiae jam conſecratae. Sed quia ego exiſtimo, non fuiſſe adhibitum ſignum Crucis ſemper ad benedicendum, ſed conſuetudine Chriſtianorum fuiſſe uſurpatum in omnibus actionibus, poſſum reſpondere, quia nulla erat actio Chriſtianorum, quam non praeiret Grux, ut inquit TERTVLLIANVS, inde ſignum Crucis coepit quaſi eſſe pronomen demonſtratum. Itaque Chriſtiani quum volebant aliquid demonſtrare, utebantur ſigno Crucis, praeſertim in rebus divinis, in quibus nihil debet eſſe profanum. Quare hoc non debet videri abſurdum, quando oſtendit hoſtiam Sacerdos; tunc enim quum adhibet haec ſigna Crucis dicit *Hoſtiam ſanctam*, *hoſtiam puram*, *hoſtiam immaculatam*, quaſi dicat: *haec eſt hoſtia ſancta*, *hoſtia pura*, *hoſtia immaculata* (37).

XI. Deinde ſubjungit Sacerdos: *Per ipſum, & cum ipſo* &c. *Oſtenſio Euchariſtiae.* Et iterum oſtendit hoſtiam. Cur autem id fiat, non habeo compertum ex lectione Auctorum. Mea vero ſuſpicio eſt, quod jam ventum eſſet ad communionem, & quia totus populus erat adceſſurus ad communionem, vertebat ſe Sacerdos, ut oſtenderet Euchariſtiam, ut fit nunc. Nam ante communionem Sacerdos ſolet

---

(37) Sequuntur in M. C. haec: „ Si tamen ageretur de repurgandis „ caeremoniis, & ego intereſſem, putarem expedire, ne ulla ſigna Crucis adhiberentur poſt conſecrationem; hoc enim faceret ad Majeſtatem Euchariſtiae. „ Quae paullo aliter in SIMONII Codice legebantur, ut ipſe (*T. II. epiſt. ſelectar. p.* 210.) refert; nempe: „ Quid ergo dicimus (F. diceremus), ſi hodie Eccleſia vellet repurgare caeremonias, quae minus decent rem ſacram, aut adeo ſunt omnino inutiles? Libere & ingenue dicerem, meam opinionem eſſe, ut (a) Concilio oecumenico decerneretur, nullum ſignum adhiberi poſt conſecrationem. „ *Inutile* & *inopportunum* vocat BENEDICTVS XIV. (*de Sacr. Miſs. Sacrif. lib. II. c.* 16. *n.* 7.) hoc MALDONATI conſilium; quod non difficilis conceſſero. Tamen eſt manifeſtum, graviſſimum illum Pontificem MS. MALDONATI Tractatum non vidiſſe; ei enim tribuit, quod *exiſtimarit ſigna Crucis fieri ad benedicendam hoſtiam*, & *calicem jam conſecratum*, quum potius MALDONATVS diſertis verbis id negarit, atque unam defendendae hujus conſuetudinis rationem in eo, quod Crucis ſigna heic ad benedicendum non adhibeantur, ſuam eſſe adſeruerit.

Digitized by Google

let oſtendere populo Euchariſtiam, ut majori cum adfectu adcedant ad communionem. Ergo quod nunc fit poſt ſacrum iis, qui nunc ſunt communicaturi, id fiebat olim hoc loco; quia ſtatim ſequutura erat communio (38).

§. XXII.

DE ORATIONE DOMINICA ALIISQVE AD COMMVNIONEM.

Praefatio orationis Dominicae.

I. SEquitur ſtatim Oratio Dominica, ſed ante ſolemus dicere: *Praeceptis ſalutaribus moniti*, quod eſt veluti petere veniam a Deo, ut liceat nobis recitare Orationem Dominicam. Hoc credo eſſe antiquiſſimum propter verba PAVLLI, ubi dicit, non eſſe ſufficientes nos cogitare aliquid tanquam ex nobis &c. Itaque Chriſtiani voluerunt declarare, non eſſe ex nobis, quod appellemus Deum Patrem, niſi ante *moniti* fuiſſemus: Propterea dicunt *praeceptis ſalutaribus*, ideſt: non dicimus arroganter hanc orationem, quia ſi non praecepiſſes, non fuiſſemus auſi dicere: Hoc indicat D. AVGVSTINVS Sermone quodam *in die Sancti Sabbathi* (1).

Ipſa oratio.

II. Sequitur ſtatim Oratio Dominica, quam ſemper fuiſſe dictam in ſacro ex traditione Apoſtolorum, conſtat ex D. HIERONYMO [*lib. III. contra Pelagianos*], ubi ait, Apoſtolos a Chriſto edoctos docuiſſe, ut Oratio Dominica quotidie diceretur in Sacrificio Miſſae. Unde quidam imperiti Hiſtorici dixerunt, verbis

(38) Idipſum *Mozarabum* ritus ſatis ſignificat, a quibus etiam nunc adtollitur hoſtia ante ſymbolum, ut ad communionem populus fidei profeſſione aptius comparetur. Adcedit, hanc, de qua nunc agimus, hoſtiae oſtenſionem antiquiore aevo, ut ſupra vidimus, ſolam fuiſſe; huic igitur loco ſervata fuiſſe videtur, ut excitata fide paratior ad communionem populus fieret.

(1). In eamdem ſententiam ait de Chriſto S. CYPRIANVS in lib. *de orat. Domin. Inter cetera ſalutaria ſua monita, & praecepta divina, quibus populo ſuo conſuluit ad ſalutem, etiam orandi ipſe formam dedit;* & poſtea *quod nomen* [ſcilicet Pater noſter] *nemo noſtrum in oratione auderet adtingere, niſi ipſe nobis ſic permiſiſſet orare* &c. Hinc in omnibus liturgiis aliqua ejuſmodi praefatio praemittitur: *dignos nos redde Domine*, inquiunt *Graeci*, *qui cum fiducia abſque condemnatione auſimus invocare te Deum Patrem coeleſtem, & dicere*.

Digitized by Google

bis HIERONYMI decepti, Apoſtolos ſola Oratione Dominica dixiſſe Miſſam, & conſecraſſe Corpus Chriſti, quaſi non habeamus Liturgias Apoſtolorum IACOBI, CLEMENTIS &c. multo longiores, & ampliores infra Miſſam. Conſtat etiam ex D. AVGVSTINO [*Serm. 127. & 237., & Sermone illo de Sancto Sabbatho Paſchae*]; & in IV. Concilio *Toletano* [*Cap. 17.*] haec conſuetudo, quae coeperat intermitti, eſt reſtaurata (2), & GREGORIVS M. [*Lib. 7. epiſt. 63.*] defendit ſe, quia accuſabatur, quod introduxiſſet hanc Orationem Dominicam in ſacrum. Dicit GREGORIVS M. hanc Orationem ſemper fuiſſe dictam in ſacro tum a *Graecis*, tum a Latinis; dicit apud *Graecos* totum Populum, & non Sacerdotem ſolum ſolitum fuiſſe recitare, ut communicarent ut nunc; apud *Latinos* vero ſolum Sacerdotem, ut nunc; ſed tamen nomine totius populi recitat illam [3].

III. Poſtea dicit Sacerdos apud ſe: *Da propitius pacem in diebus noſtris*: orat pro ſe, & pro populo, & frangit hoſtiam. *Fractio hoſtiae.*

Mald. t Si

(2) Nempe nonnulli in *Hiſpania* Sacerdotes Dominicis tantum diebus ſolebant hanc orationem in Miſſa recitare; pravam ergo hanc eorum conſuetudinem improbavit *Toletanum* Concilium, ſtatuitque, ut quotidie patenter pronunciaretur.

(3) Varia fuit Eccleſiarum in recitanda Oratione Dominica diſciplina, ut apud BONAM, GRANCOLASIVM, & GEORGIVM videre eſt. Pauca ex LESLAEO nobis ſufficiant.
„ *Romae*, inquit ille (*in Miſſal. Mozarab. p. 551.*), ſaltem a tempore
„ S. GREGORII, Sacerdos Orationem Dominicam recitat, praeter
„ ultimam petitionem, *ſed libera nos*
„ *a malo*, quam chorus cantat. Mos
„ idem *Mediolani* obſervatur: in *Africa* quoque Sacerdos ad altare voce
„ elata Orationem Dominicam pronunciabat, ut a populo audiretur
„ (*S. AVGVST. Serm. 58.*). *Conſtantinopoli* olim, teſte S. GREGORIO,
„ populus, modo chorus, juxta Liturgiam S. CHRYSOSTOMI, Dominicam Orationem integram dicit. Eumdem ritum tenent *Coptitae*,
„ *Aethiopes*, & *Chaldaei*. Apud *Syros*
„ Sacerdos dicit: *Pater noſter, qui es in*
„ *Coelis*: reliqua proſequitur populus,
„ quamvis juxta rubricam Liturgiae
„ *Graecae* S. IACOBI populus integram dicat. Apud *Gallos* in Miſſa
„ recitatam fuiſſe Orationem Dominicam e Miſſalibus eorum libris, &
„ ex S. GERMANO conſtat: recitatam vero fuiſſe a populo innuit S.
„ GREGORIVS *Turonenſis* (*de mir. S. Mart. lib. II. cap. 30.*). *Gotho Hiſpani* Orationem Dominicam non modo in Miſſa, ſed etiam in veſpertinis, & matutinis precibus quotidie
„ recitabant, (*Cod. Can. lib. 4. Tit. 15.*)
„ eſtque orationum, quae illis in Miſſa recitantur, ſeptima, & ultima.
„ S. ISID. (*Off. lib. I. c. 15.*) Eam
„ vero Sacerdos recitat; ſed populus
„ recitantem frequenter interpellat reſpondendo *Amen*. Et quum dixerit
„ *panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, reſpondet populus: *quia tu*
„ *Deus es*. „

Digitized by Google

Si Sacerdos tantum frangeret hoſtiam, non eſſet difficile reddere rationem, quare id fiat: Nimirum ut unam partem hoſtiae Sacerdos, alteram populus ſumeret. Nunc autem videmus, hoſtiam frangi in tres partes, ac unam partem dimitti in calicem, reliquas duas poni ſuper patenam: videtur igitur hoc non carere magno myſterio. Itaque qui ſcripſerunt de caeremoniis Eccleſiæ abhinc CCC., aut circiter annis, multa ſunt commentati. Dixerunt, Corpus Chriſti fuiſſe triplex; aliud fuiſſe Corpus Chriſti natum ex Virgine, & quod nunc in Coelo ſedet; aliud, quod in ſepulcro jacuit; aliud, quod ſuper terram ambulavit. Illa particula hoſtiae, quae in calicem dimittitur, ſignificat Corpus Chriſti, quod eſt in Coelo; illa, quam ſumit Sacerdos, ſignificat Corpus Chriſti, quod jacuit in ſepulcro; tertia Corpus, quod ambulavit ſuper terram. Iſta & id genus alia [4] excogitata ſunt ab illis, dum ignorabant veram originem rei. AMALARIVS, MICROLOGVS, STRABO quamvis dicant hoſtiam frangi ſolitam in tres partes, non tamen tradunt rationem, cur id fiat: unde fortaſſe videbor temerarius, ſi dixero, quod ſentio. Credo ergo, nullum aliud fuiſſe hac in re myſterium, quam quod olim non tantum Sacerdos ſumeret Euchariſtiam, ſed ſemper alii aderant communicaturi. Deinde quia praeter eos, qui aderant communicaturi, erant alii in carceribus, vel aegroti, qui communicaturi erant: itaque reſervabatur particula una hoſtiae: & mittebatur ad aegrotos. Hoc diſcimus ex IVSTINO (*ſecunda Apologia ſub finem*). Ad haec particulam illam, quae mittebatur ad aegrotos, ſolitam mitti intinctam ſanguine conſtat ex multis Conciliis. Diſcimus etiam hoc ex hiſtoria EVSEBII (*Lib.* 4. *cap.* 34.) ubi narratur hiſtoria illa de SERAPIONE, cui miſſa eſt Euchariſtia intincta Sanguine. Tunc dabatur Euchariſtia populo ſub utraque ſpecie, & quia non poterat reſervari altera pars Sacramenti, nempe ſanguis, ne ſpecies,, ideſt vinum, corrumperetur, putabant ſe ſatisfacere, ſi intingeretur in Sanguine una pars, & jam exſiccatam illam mitterent ad aegrotos, ut viderentur communicaſſe ſub utraque ſpecie. Et quia Sacerdos non poterat alio com-

(4) Vide IVONEM, *Hugonem* VICTORINVM, alioſque a BONA [*Lib. II. cap.* 13. §. 3.] & a SALA (*in eum loc. p.* 331.) indicatos, itemque BENEDICTVM XIV. (*de Sacr. Miſſ. Sacrif. lib. II. cap.* 20. *n.* 12.)

commodiori tempore intingere Euchariſtiam, quam in fractione & communione; ideo tunc dimittebat particulam illam hoſtiae in calicem, & poſtea ſeparabat illam cochleari, & reſervabat, reliquas duas partes dividebat, ut ille ſumeret unam, alteram populo exhiberet [5].

(5) Ritus frangendi panem conſecratum a Chriſto Domino originem ducit, qui Euchariſtiam inſtituens, prius panem benedixit, & in ſui Corporis ſubſtantiam tranſtulit, ac deinde *fregit*, deditque diſcipulis ſuis. Unde hanc caeremoniam Eccleſiae omnes tam in *Oriente*, quam in *Occidente* conſtanter retinuerunt, etſi pro Eccleſiarum conſuetudine, hoſtia in plures aut pauciores partes frangitur. *Mozarabes* eam in novem partes dividunt, quibus ſingulis proprium nomen imponunt; ritu *Romano* in tres partes; *Graeci* praecipuam oblatae partem in partes quatuor; *Coptitae* partem praecipuam primum in tres, tum harum ſingulas in plures frangunt; *Syri* quoque, & *Chaldaei* majorem hoſtiae partem in plures partiuntur. *Africanae* Eccleſiae oblatas frangebant, ut populo diſtribuerentur. Id diſerte AVGVSTINVS tradit (*epiſt.* LIX. *ad* PAVLLINVM), ubi de pane Euchariſtico loquens ait: *quum benedicitur, & ſanctificatur, &* AD DISTRIBVENDVM COMMINVITVR. In Eccleſia *Romana* oblata quidem Pontificis dividebatur in tres partes, quarum una ponebatur in Corporali, alia mittebatur in calicem, tertiam abſumebat Pontifex; illa autem particula poſita ſuper Corporale ſervabatur in diem ſequentem, ante Pontificem ad altare deferenda. *Quia*, ut habet Ordo I. *dum Miſſarum ſolemnia peraguntur, Altare ſine ſacrificio eſſe non debet*. Nam Pontifici celebraturo quotidie *Sancta* praeferebantur ad Altare, ut adeo numquam celebraret, niſi ſacra Euchariſtia ex praecedentis diei ſacrificio in Altari poſita. MICROLOGVS ait, eam particulam ſuo tempore dimitti conſueviſſe pro communicaturis. *Johannes* ABRINCENSIS Epiſc. (*Lib. de Officiis Eccleſ.*) triplicem facit hoſtiae diviſionem: *Sacerdos Corpus Domini tripliciter dividat, quarum partium unam Sacerdos Calici immittens*: Pax Domini *alta voce dicendo, protinus ſubdat ſecreto*: Fiat commixtio &c. *Alia ſe, Diaconum, Subdiaconumque communicet; tertiam Viaticum, ſi opus fuerit in patena uſque ad finem Miſſae reſervet*. Idem apud SALAM innuit IVO Carnot. [*de div. offic.*] *Sacerdos Dominicum Corpus conſecratum, & ſanctificatum in tres partes dividit, quarum unam Calici immittit dicendo*: Pax Domini, *aliam ſe, & Diaconus & Subdiaconus communicent; tertiam ad Viaticum, ſi opus fuerit, in patena uſque ad finem Miſſae reſervet; ſi autem opus non fuerit, eam Sacerdos, aut unus Miniſtrorum communicationem adcipiat*. Hujus ritus etiam nunc exſtant in Miſſa ſolemni ſummi Pontificis quaedam veſtigia, & in Miſſa, quae celebratur in conſecratione Epiſcopi; ſummus enim Pontifex tertiam particulam, altera ſumpta, immiſſa in calicem altera, in partes duas reſectam Diacono, & Subdiacono praebet: Epiſcopus vero Conſecrator hoſtiam in tres partes dividens, unam in Calicem immittit, alteram ipſe ſumit, tertiam Epiſcopo, qui conſecratur, miniſtrat. Ex his porro omnibus lucem adcipit MALDONATI ſententia, quam MAYERVS quoque (*p. II. cap. XXI.*) ſubindicat.

Digitized by Google

Quid ſignificet conſecratio.

IV. Sed aliud poteſt injicere ſcrupulum, quod Sacerdos injiciendo illam particulam in calicem dicat: *fiat commixtio & conſecratio Corporis & Sanguinis Domini*. Quid? nonne jam facta eſt conſecratio? Suſpicor verbum *conſecratio* fuiſſe paullatim ab aliquo introductum, quia non invenio in antiquis [6]; aut ſi quis inveniat, defendet hoc modo, quod quemadmodum *Graeci* poſt jam jam factam conſecrationem, invocant nihilominus Spiritum Sanctum, ut deſcendat, & faciat panem eſſe Corpus Chriſti, non quod non eſſet jam conſecratum, ſed ut fiat Corpus Chriſti nobis, ideſt non *ſumamus indigne*; eodem ſenſu poteſt intelligi: *Fiat conſecratio Corporis Chriſti* non abſolute, ſed nobis adcipientibus, ut digne, & ſancte, non profane adcipiamus. [7]

Agnus Dei, & Pax cum oſculo.

V. Sequitur tamen poſt fractionem [8] *Agnus Dei &c.* Quod quidem SERGIVS Papa dicitur inſtituiſſe, qui vixit abhinc DCLXXX. annis. Statim autem datur Pax, & pacis oſculum, quod eſt valde antiquum. Hoc autem oſculum non tantum in Miſſa fieri ſolebat, ſed etiam in omnibus Chriſtianorum Congregationibus: non enim dabatur pax ſine oſculo. Ex SENECA, & PLVTARCHO, PLINIO, & aliis diſcimus *Romanorum* conſuetudinem fuiſſe, ut viri oſcularentur manus feminarum. Contrarium tamen aliquid legimus apud TERTVLLIANVM (*in Apologetico cap. 6.*), ubi reprehendit uſum *Roma-*

---

(6) Deeſt enimvero apud AMALARIVM [*Lib. III. cap.* 31.] apud RHABANVM *Maurum* [*Lib. I. de Inſtit. Cleric. cap.* 31.] apud FLORVM *Lugdunenſem* [*in expoſit. Miſſae n.* 89.] apud Johannem ABRINCENSEM, in Sacramentario RATOLDI, in *Tiliano* Codice. In aliis tamen undecimi & duodecimi ſaeculi *Gregorianis* Sacramentariis apud GEORGIVM [*T. III. p.* 131.] immo & in Miſſa *Illyrici*, apud MICROLOGVM, atque in ordine primo *Romano* verbum illud *conſecratio* exprimitur.

(7) Olim ſcilicet haec oratio ita legebatur: *Fiat commixtio & conſecratio Corporis & Sanguinis &c.* (Vide GEORGIVM *l. c.*) Tunc enimvero MALDONATI interpretatio minus haberet incommodi. At quum nos aliter dicamus: *haec commixtio & conſecratio Corporis &c. fiat &c.* vix ea locum habet. Alii alia ad eam vocem commode explicandam excogitarunt. Confer BENEDICTVM XIV. (*Lib. II. cap.* 20. *n.* 19.). MAYERVS [*p.* 344.] animadvertit, *conſecrare* idem eſſe, quod ſimul *ſacrare*, ut interpretatur PELAGIVS I. in epiſt. ad *Johannem* PATRICIVM; hinc vero colligit, conſecrationem dici quaſi *ſimul ſacrationem*, ſive rerum ſacrarum commixtionem.

(8) Hinc ad ea verba *oſculum mihi non dediſti* C. L. uſus ſum.

Romanarum feminarum. Legimus autem Matronas ita abſtinuiſſe a vino, ut tantillum illud deguſtare ſummum nefas eſſet: ita quod quaedam Matrona, quod non abſtinuiſſet, a marito fuerit trucidata, alia fame enecta Senatus conſulto, propterea quod cellam vinariam tantum reſeraſſet. Quare fuit apud eoſdem *Romanos* poſtea conſuetudo, ut Matronae oſcularentur faciem ſuorum Cognatorum, ut cognoſcerent cognati, an illae bibiſſent vinum: tantae temperantiae fuerunt. Hanc quoque conſuetudinem apud *Judaeos* fuiſſe, ut venientes, aut diſcedentes ſeſe invicem oſcularentur, manifeſtum eſt ex *Geneſi* XXXI. quum LABAN conqueritur de IACOB, quod non permiſiſſet oſculari filias ſuas; Et *Lib. I. Regum (cap. XX.)*, quum DAVID, & IONATHAS ſe ſe oſculati ſunt; Et *Actis Apoſtolicis (cap. XX.)* quum PAVLLVS eſſet *Romam* diſceſſurus, omnes oſculati ſunt eum. Oſculum enim ſignum erat hominis abeuntis, aut venientis: unde (*LVCAE VII.*) Chriſtus dixit cuidam SIMONI, qui illum invitaverat: *Oſculum mihi non dediſti*, quia haec erat conſuetudo, ut hoſpites oſcularentur eos, qui in domum ſuam veniebant, & quia ille non fecerat, Chriſtus reprehendit illum. Haec eſt etiam cauſſa, cur IVDAS oſculo tradidit Chriſtum, quia nulla re magis ſimulate potuiſſet illum tradere, quam oſculo. Haec autem conſuetudo *Judaeorum* manavit in Chriſtianos, ut conſtat ex epiſtola D. PAVLLI ad *Romanos* (XVI.) & I. *Cor.* (*XVI.*) & II. *Cor.* (*cap.* XIII.) & I. *Theſſal.* (V.), & ſaepe alias. Itaque oſculum erat ſignum pacis. Sed quibus in rebus utebantur oſculo pacis Chriſtiani? D. AVGVSTINVS, aut quiſquis fuit auctor *Lib. de amicitia cap.* 4. adnotat, Chriſtianos duabus in rebus uſurpaſſe illud ſignum. Primum quidem ad ſignificandum, ſe eſſe ejuſdem Religionis inter ſe; quare Chriſtiani, quum peregre redibant, aut veniebant de longinquo, ut oſtenderent ſe orthodoxos eſſe, ſolebant Symbolum recitare, & oſculum porrigere in eos. Secundo loco uſurpabatur in communione, & propterea Chriſtiani antequam communicabant, oſculabantur ſe ſe, ſignificantes ſibi invicem remittere quidquid injuriarum, aut inimicitiae praeceſſerat. Ad haec ex TERTVLLIANO (*Lib. de Orat. cap. ultim.*). conſtat, Chriſtianos etiam ſolitos eſſe ſe invicem oſculari in *oratione*, nempe in fine orationis, quia quando orabant, dicebant: *dimitte nobis debita noſtra*: ut ergo oſtenderent, ſe

non

non verbis tantum, ſed re ſibi invicem remittere peccata, oſculabantur ſe; hinc factum eſt, ut ſtatim ab Oratione Dominica ſemper datum fuerit oſculum pacis. Notandum eſt autem, in hac re diverſam eſſe conſuetudinem *Graecorum*, & *Latinorum*. Illi enim ante conſecrationem porrigebant oſculum pacis ex DIONYSIO *Areopag.*, & ex D. CLEMENTE (*Lib. II. Conſt. cap.* 61., & *Lib.* VIII. *cap.* 15.). Et ex IVSTINO (*in* II. *Apolog. ſub finem*: *Simul atque*, inquit, *finivimus preces, oſculamur nos, & ſtatim fit conſecratio*. Idem ex CYRILLO intelligimus *Hieroſolymitano* Epiſcopo (5. *Catech. myſtag.*), & ex D. CHRYSOSTOMO (*Lib.* 1. *de Compunctione cordis*). Apud *Latinos* vero id fiebat poſt conſecrationem paullo ante communionem. Haec conſuetudo *Graecorum* irrepſerat in Eccleſiam Latinorum; unde INNOCENTIVS (*Ep.* 1. *ad* DECENTIVM *cap.* 1.) prohibuit, ne oſculum pacis daretur ante conſecrationem, ſed poſt conſecrationem more *Romano*. Hinc MICROLOGVS, & alii nonnulli ſumpſerunt occaſionem exiſtimandi, INNOCENTIVM fuiſſe auctorem, ut oſculum pacis daretur in Miſſa [9], quamvis male. Nam ex AVGVSTINO (*Sermone illo de die Sabbathi ante Paſcha*, & *ex Serm.* 135., & *in Sermone, in quo exponit Orationem Dominicam*) conſtat contrarium. Dicit enim, Catechumenos toto tempore Quadrageſimae fuiſſe occupatos in diſcendis aliis capitibus Religionis, ut in mandando memoriae (10) Symbolo, & aliis; Sed Orationem Dominicam tanta in veneratione, tamquam Sanctam habitam fuiſſe, ut neque ſcriberetur, neque etiam audiretur a quoquam, qui non eſſet Chriſtianus; proinde pridie Paſcha demum Catechumenis fuiſſe recitatam, hos in die Paſchae ſequenti fuiſſe baptizatos, deinde Dominica in Albis recitaſſe Orationem Dominicam, ac tum primo communicaſſe, ſeque oſculatos fuiſſe (11). Poſtea factum eſt, ut Sacerdos ſoli Diacono daret oſculum pacis, circumferendum deinde ad omnes tum viros, tum feminas; quod quum coepit eſſe periculoſum, imminuta hominum ſimplicitate, obti-

(9) Ut WALAFRIDVS *Strabo*, RVPERTVS *Tuitienſis*, STEPHANVS *Eduenſis*.

(10) Quae ſequuntur ad hujus paragraphi finem, ex C. M. decerpſimus.

(11) De oſculo in Miſſa, ejuſque ritibus BONA [*Lib. II. cap. XVI.* §. 6. & 7.] GRANCOLASIVS [*Anc. liturg. pag.* 671.] item GEORGIVS (*Lib. IV. cap.* 16.)

obtinuit, ut patella, ſeu lanx Sacerdoti primum, deinde ceteris oſculanda porrigeretur in ſignum pacis, unde etiamnum nomen *pacis* retinet. Sed ne haec quidem res ſuo incommodo caret, quandoquidem ſaepe ex ordine oſculandi quibuſdam in regionibus, & contentiones, & coedes oriuntur.

TERTIA DISPVTATIO SPECIALIS.

De uſu, & recipientibus Euchariſtiam [1],

SEV

de Communione.

Sequitur, ut de Communione dicamus, de qua quinque Quaeſtiones tractandae ſunt. Prima eſt

DE COMMUNICANTIBUS.

QUAESTIO I.

I. *De Sacerdotibus:*

Vitium quorumdam Sacerdotum conſecrantium, nec communicantium.

I. VAria erant communicantium genera. Primo erant Sacerdotes illi, qui celebrabant. Nam Sacerdotes communicabant ipſi per ſe, & conſecrabant, quia adcipere Euchariſtiam ab alio non decebat; ſed tamen coeperunt aliqui Sacerdotes ſtudio quodam legendi ea, quæ dicuntur in Miſſa, velle quotidie celebrare, & quia non parati aliquando adcedebant; qui cenſebant ſe indignos, tantum conſecrabant, ſed poſt conſecrationem non ſumebant Euchariſtiam. Quod diu & longo tempore factum eſt, ut conſtat ex XII. *Concil. Tolet.* (*cap. 5.*), ubi reprehenſus eſt hic abuſus, & in *Legibus Franc.* [*Lib. I. cap. 7.*] eſt una lex de hac re, qua prohibet CAROLVS M. Sacerdotes tantum

(1) Tota haec diſputatio in C. L. deeſt; in F. vero Tractatum de caeremoniis antecedit. At in M., & in Codice, quem SIMONIVS habuit, ſuperiores duas diſputationes ſequebatur. Itaque & illam edendam, & huic loco adtexendam cenſui.

tum conſecrare, & Euchariſtiam non ſumere, quod hoc ſit contra Canones Apoſtolorum. Id tamen non eſt in Canonibus Apoſtolorum, ſed deceptus fuit bonus ille Imperator, aut quisquis leges illas ſcripſit (1).

Contraria conſuetudo apud Graecos praeſertim Sacerdotum communicantium, quin conſecrarent.

II. Contraria conſuetudo fuit partim in Eccleſia *Graeca*, partim in *latina*. Nam *Graeci* Sacerdotes omnibus diebus Quadrageſimae, excepto Sabbatho, & Dominica, & die Adnunciationis B. Virginis, ſolebant facere rem divinam, legebant epiſtolas, Evangelia, & reliqua omnia, quae in Miſſa dicuntur, & ſolebant ſumere Corpus Domini, quod tamen non conſecrabant. Dicet aliquis; ergo ſumebant Corpus non conſecratum. Reſpondeo non ideo ſumebant non conſecratum, ſed erat haec conſuetudo apud illos, ut ultima die Dominica ante Quadrageſimam conſecrarent Euchariſtiam pro tota hebdomada, quam per octo dies ſervabant, & ex ea per hebdomadam paullatim, & particulatim ſumebant, dum ventum eſſet ad alterum diem Dominicum, vel Sabbathum, & vocabantur a *Graecis* illae particulae hoſtiae *προηγιασμενα*, ideſt *praeſanctificata*, vel *anteconſecrata*, ut conſtat ex *Trullana* Synodo (*cap. LII.*) [2]. Similiter apud SOCRATEM (*Lib. V. hiſt. cap.* 22.) Qui hiſtoriam SOCRATIS vertit EPIPHANIVS ille Scholaſticus (*Lib.* 9. *hiſt. tripart. cap.* 28.) ita heic vertit: *Scripturae leguntur in feria quar-*

(1) Nec tamen plane ſublatus hic abuſus fuit. Saeculo XI. FVLBERTVM *Carnotenſem* de tali Presbytero, qui celebrando non communicaverat, conſultum novimus. Reſpondit autem ille (*ep.* 79.) ſi abſtinuerit defectu fidei, aut quia ſenſit conſcientiam gravatam peccato aliquo mortali, veluti ebrietatis, vel impuritatis, ſacris functionibus eſſe privandum, donec ſe converterit, & egerit poenitentiam; ſi faſtidii cauſſa ob nimiam frequentationem Sacrificii Miſſae, per annum eſſe a communione ſuſpendendum; ſi ex anxietate conſcientiae ob levem noxam, leniter corripiendum; ſi demum ob debilitatem capitis, aut ſtomachi, ut abſtineat a ſacrificio, talem obligandum, donec reſtituta fuerit ſanitas. Immo a. MLXXII. Concilium *Rothomagenſe* (*Can.* 3.) vetare debuit, ne presbyter Miſſam diceret, quin communicaret. Confer GRANCOLASIVM [*Ancien. Sacram.* P. I. pag. 374.]

(2) De Miſſa *Praeſanctificatorum*, cujus *Graeci* GREGORIVM *Dialogum*, ſeu *Magnum* auctorem faciunt, vide BONAM (*Lib. I. Rer. Liturg. cap. XV.* §. 5.) GRANCOLASIVM (*l.c. p.*427. *ſeqq.*) MABILLONIVM (*Comm. in Ord. Rom. p.* 74.), in primis vero ALLATIVM cum in diſſertatione *de Libris Eccleſiaſticis Graecorum* (*p.* 20. *ſeqq.*) tum in Epiſtola ad *Bartoldum* NIHVSIVM in fine operis *de Eccleſiae Occidentalis, atque Orientalis perpetua conſenſione*.

quarta Sanctae hebdomadis, *&* *die Paraſceves in die Veneris Sancto*, *&* *praeceptores explicant*, *quae lecta ſunt*, *&* *faciunt omnia*, *quae pertinent ad ſynaxim* (ſynaxis vocabatur tunc Miſſa) *praeterquam quod non ſolemniter participant myſteriis*. CASSANDER vero in ſuis liturgiis vertit *praeter myſteriorum participationem*; ſed hoc non convenit cum uſu Eccleſiæ *Graecae*, ut docui ex Synodo *Trullana*, quandoquidem ſolebant omnibus diebus Quadrageſimae ſumere Euchariſtiam, ſed non conſecrare. Ideo credo illum locum emendandum & dicendum της τελετῆς pro της τελευτῆς [3]. τελετὴ ſignificat perfectionem. Faciunt ergo omnia quae ad ſynaxim pertinent praeter conſecrationem, quia dicebant quidem, quae erant in Miſſa, & ſumebant Euchariſtiam, ſed non conſecrabant. Similiter in Eccleſia *Latina* factum eſt, ſed nonniſi uno die quadrageſimae, nempe die paraſceve, ſive feriae ſextae ſacrae hebdomadis, quod apud *Graecos* fiebat tota quadrageſima; ſumebatur enim ante conſecratum Corpus Chriſti. Ratio erat apud *Graecos*, quia totum illud quadrageſimae tempus erat tempus paſſionis Chriſti; ideo nolebant recolere, & celebrare illam cœnam, quam fecerat Chriſtus ante paſſionem, ſed tantum ſumere Corpus Chriſti ante conſecratum. Latini vero, quia illo die Veneris Sancto Chriſtus fuit jam ſub terra, ad ſignificandum Myſterium ſepulturae ipſius, non conſecrant eo die, ſed ſumitur Corpus Chriſti, quod heſterno die conſecratum fuit (4).

Alius uſus quarundam Eccleſiarum circa novorum Sacerdotum Communionem.

III. Alius fuit uſus magis mirabilis in Eccleſia *Gallica*, *&* *Germanica*, qui duravit ad noſtram fere memoriam. Solebat Epiſcopus conſecrare multas hoſtias tempore, quo ordinabat Presbyteros, & dabat ſingulis Euchariſtiam, quam per 40. dies ſervarent, & ex ea quotidie ſumerent particulam, donec fuiſſet ad quadrageſimum diem tota Euchariſtia paullatim quotidie detracta. Itaque Sacerdotes illi novi agebant quidem ceteras partes Miſſae; ſed tamen non conſecrabant, ſed ſumebant unam particulam Euchariſtiae conſecratae intra 40. dies. Hoc diſci-

(3) Hoc mendum feliciter a MALDONATO correctum in poſterioribus SOCRATIS editionibus; alii viri docti expunxerunt.

(4) Vide BONAM [*Lib. I cap.* 18. §. 3.] & BENEDICTVM XIV. (*de Feſtis D. N. J. C. lib. I. cap. VII n.* 150. *ſeqq.*)

mus ex FVLBERTO, qui vixit abhinc DLX. annis, & fuit praeceptor BERENGARII, *in Epiſt. II.* ad PINARDVM (5); erat autem natione *Germanus*, & Epiſcopus *Gallus Carnotenſis*. Cauſſa hujus rei eſſe dicitur, quod vellent illos novos Sacerdotes referre imaginem Apoſtolorum a Chriſto recens in officium adſumptorum, aut electorum: quia Chriſtus diſceſſurus ex hoc mundo poſt paſſionem, per 40. dies communicaverat illis alia qualitate Corpus ſuum, quam qua fecerat ante paſſionem, ab eo tempore quo fuerant a Chriſto ordinati. Unde ipſi voluerunt imitari in ſeipſis recenter ordinatis, & tenere ſecum unum & idem Corpus poſt 40. dies, quaſi Chriſtus verſaretur cum ipſis quadraginta dies, ſicut 40. dies fuit converſatus cum Apoſtolis per idem tempus (6).

Abuſus Sacerdotum non conſecrantium niſi panem.

IV. Alii Sacerdotes lapſi ſunt in alium abuſum. Conſecrabant quidem Euchariſtiam, & dicebant reliquas partes Miſſae, ſed tamen ſolam Euchariſtiam, & non etiam vinum conſecrabant, & ſolam Euchariſtiam ſumebant, non etiam vinum. Unde etiam reprehenſi ſunt a GELASIO, qui fecit decretum quoddam hac de re, quod recitatur a GRATIANO (*de Conſecrat. diſtinct. 25. cap. comperimus.*)

II. *De Miniſtrorum Communione.*

Miniſtri olim omnes communicabant.

I. Secundum locum tenent Miniſtri Altaris, Diaconi, Hypodiaconi, Acolythi. De ritu autem, quo communicabant Miniſtri Altaris, poſtea dicam; nunc tantum videndum, qui com-

(5) FINARDVM alii, alii EINARDVM vocant.

(6) Ait autem FVLBERTVS, putaſſe ſe, *& hoc certe omnibus Eccleſiis eatenus adſuetum fore, ut nulli novum eſſe videretur aut vanum.... Noſtri enim Epiſcopi Provinciales in hujuſmodi ritum omnes conſentiunt.* Enimvero in MS. *Sueſſionenſis* Eccleſiae haec MARTENIVS ſe inveniſſe perhibet (*de ant. Eccleſ. ritib. L. I. cap. VIII. art. 9. n. 20.*) „debent Preſbyteri portiones Dominici Corporis ab Epiſcopo adcipere, de quibus percipiant communionem per quadraginta dies in exemplum Domini noſtri IESV Chriſti, qui quadraginta diebus cum ſuis diſcipulis converſatus eſt poſt reſurrectionem ſuam.„ Verum, inquit idem MARTENIVS, in antiquo Ordine *Romano* circa FVLBERTI tempora ſcripto, novitiis Preſbyteris edicitur tantum, ut ex data ſibi oblata ſacra communicent uſque dies ſeptem.

Digitized by Google

communicabant. In illis primis initiis non tantum Diaconi, & illi, qui ſtabant ad Altare, ſed omnes etiam Chriſtiani ſolebant quotidie communicare. Deinde refrixit devotio, & laici cœperunt intermittere illam laudabilem conſuetudinem, item aliquando Diaconi. Itaque manebat ſolus Sacerdos, qui Euchariſtiam ſumeret, vel qui ſolus communicaret, ſicut nunc, quum multo melius eſſet, ut ſemper eſſet aliquis, qui cum Sacerdote communicaret, quia ea ratione melius ſignificaretur, quod per Euchariſtiam ſanctificatur (7). Igitur ceteri Laici abſtinebant ab Euchariſtia, quia non erant ſemper parati. Ceteri, qui erant Miniſtri, communicabant, & omnes, qui erant ex ordine Eccleſiaſtico; & factum eſt de hac re decretum Eccleſiaſticum, ut quamvis Laici non communicarent, miniſtri tamen, qui Altari ſerviebant, communicarent cum Sacerdote, ut patet *Can.* 19. *Apoſt.*, ubi hoc praecipitur, & redditur ratio, ne ſi Miniſter non ſumeret Euchariſtiam, videretur recte accuſare Sacerdotem non rite conſecraſſe. Itaque jubetur cum illo communicare. Hac de cauſa in Concilio *Antiſiodorenſi* [*cap.* 19.] cautum eſt, ne ullus Diaconus adcederet ad miniſtrandum ad Altare, niſi jejunus; quia debebat communicare cum Sacerdote, quod non poterat niſi jejunus.

II. Haec conſuetudo retenta eſt in nonnullis Eccleſiis, neſcio an in *Lugdunenſi*, quæ dicitur non admittere novitates; ſed in Sacello *Romani* Pontificis adhuc hodie ſervatur, ubi omnes Cardinales Diaconi, & Subdiaconi, qui miniſtrant ſummo Pontifici, communicant. Deinde ſervatur etiam in nonnullis monaſteriis, in quibus omnes Religioſi Diaconi, & Subdiaconi ſolent communicare. *Veteris hujus conſuetudinis veſtigium.*

III. *De Laicis.*

I. Laici omnes, qui erant ſano judicio, & adulta aetate, ſolebant olim communicare, & hoc ſine controverſia, & appellatur *laica communio*, quia fiebat alio loco, quam *Quo loco Laici communicarent.*

u 2 com-

(7) Neque tamen neceſſe eſt in quolibet ſacro fieri Euchariſtiae diſtributionem, ut Novatores exiſtimant. Vide SCORTIAM (*Lib. IV. cap.* 29.) & BENEDICTVM XIV. (*Lib. II. cap.* 22. *n.* 6. *ſeqq.*)

communio Eccleſiaſticorum. Laici enim habebant ſuam menſam remotam, & ſeparatam; Eccleſiaſtici vero ſolebant ad Altare communicare.

Quid Laica communio?

II. De Laica communione multa ſunt teſtimonia, & decreta. *Can.* 15. *Apoſt.* Presbyteri & Diaconi, qui deſerebant propriam Eccleſiam, debebant admitti ad Laicam Communionem; non autem in gradu Sacerdotum. Et *Can.* 61., quia ſolebant aliqui Sacerdotes quum incidebant inter *Judaeos*, negare vel ſe eſſe Chriſtianos omnino, vel ſaltem Sacerdotes; ſi negaverint, ſe omnino eſſe Chriſtianos, datur illis poenitentia, ut moveantur a dignitate Sacerdotali, & excommunicentur; ſi vero ſe eſſe Sacerdotes negaverint, agant poenitentiam, & poſt longam poenitentiam admittantur ad Laicam Communionem. Et in Concilio *Ancyrano* [*cap.* 10.], ſi Diaconus poſtquam ordinatus fuerit, duxerit uxorem, cogitur agere poenitentiam, & numquam admitti ad Communionem Clericorum, ſed tantum ad Laicam: quod magnum eſt argumentum, *Graecis* numquam licuiſſe, poſtquam ordinati eſſent, uxores ducere. Hinc enim conſtat Diaconos non fuiſſe uxoratos. Et in Concilio *Eliberitano* [*Can.* 76.] Diaconus, qui fecerat homicidium, & quum ordinaretur, non expoſuit, quia erat impedimentum, ne poſſet ordinari, poſtea poenitentia ductus confeſſus eſt, datur illi poenitentia, & tandem admittitur ad Laicam Communionem. Et in Concilio *Agrip.* [*Can. penult.*], quia contra EVPHRATEM quemdam haereticum, qui negabat Chriſtum fuiſſe verum Deum, Epiſcopus quidam iratus dixit: *non eſt dignus* EVPHRATES, *qui Chriſti divinitatem negat, ut detur vel Laica Communio, vel qui accipiat non tantum Clericorum, ſed etiam ne Laicam Communionem*. Et in Concilio *Sardicenſi* [*cap.* 7.] OSIVS *Cordubenſis* dixit ſententiam ſuam, ut ſi quis Epiſcopus migraret de ſua Eccleſia in aliam, non ad occupandum alterius Epiſcopatum, ſed ut concionaretur ad populi favorem captandum, privaretur ſuo Epiſcopatu, & non admitteretur niſi ad Laicam Communionem (8). Sunt multa hac de re in Concilio

(8) Ac *Sardicenſem* hunc Canonem ſpectavit SIRICIVS ep. X. ad *Gallos* Epiſcopos (n. 17.) ubi ait: *Item de clericis alienis ex Synodo frequenter eſt pertractatum, atque firmatum, & ratio juſta conſtringit, clericos*

cilio *Agathenſi* [*cap.* 50.] : *Si quis Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, vel Subdiaconus capitale crimen commiſerit, & homicidium fecerit, Laica tantum ei tribuatur Communio.* Eſt de hac re illuſtriſſimum exemplum in Concilio I. *Toletano cap.*4. ubi Diaconus, qui praeter bigamiam, quam commiſerat, duxerat tertiam uxorem, jubetur dimoveri a gradu, & poſt longam poenitentiam actam tantum Laica Communione uti. Et apud EVSEBIVM [*Lib. VI. hiſt. cap.* 35.] CORNELIVS quemdam Epiſcopum ex *Novatianis* redeuntem a ſe ſuſceptum ſcribit (9) *ad Communionem Laicam* (10). Hinc conſtat falli eos, qui inter Catholicos non quidem malo animo, ut defenderent Laicorum Communionem ſub altera tantum ſpecie, exiſtimabant Laicam Communionem appellatam eſſe illam, quae ſub altera tantum ſpecie Laicis dabatur, ſicut hodie; quod ſcilicet daretur tantum Corpus, non Sanguis Chriſti. Sed haec opinio eſt nimis falſa: propterea adduxi tot teſtimonia de Laica Communione, quia illis antiquis ſaeculis totus populus ſub utraque ſpecie communicabat, nec hoc debet negare ullus Catholicus, qui non velit

---

cos abjectos de Eccleſia ab Epiſcopo ſuo, nec laicam communionem adcipere poſſe in aliena Eccleſia.

(9) In ep. a. CCLI. ſcripta ad FABIVM *Antioch.*

(10) Nolim tamen hinc lector inferar, communionem laicam ad unam Euchariſtiae in laicorum loco, ſeu extra chori cancellos poſt clericos ſuſceptionem redigendam eſſe, quod tamen aliis placuit, atque in his GRANCOLASIO (*Ancien. Sacram. P. I. p.* 238.). Certe FELIX Papa III. in epiſtola *Labbeanae* editionis VII. *ad univerſos Epiſcopos* jubet ob delicta quaedam Clericis non dari, niſi in morte, Communionem Laicam. Et Concilium *Sardicenſe* dari permittit ob crimina quaedam graviora. In morte autem, quum detur Communio ſoli aegroto, idque in privato cubiculo, nulla diſtinctio notari poteſt loci, aut temporis inter Clericos, & laicos, ut optime notat BELLARMINVS (*de Euch. lib. IV. cap.* 24.) Vide etiam MENDOZAM ad Canonem *Eliberit.* (*Lib. III. cap.*76.). Ea Euchariſtiae in Laicorum loco ſuſceptio Laicae communionis conſequens quoddam erat, non ipſa communio Laica, de qua adlati Canones. „ Erat igitur Communio Laica, inquit BONA [*Lib. II. cap. XIX.* §. 3.] conſentientibus DVCANGIO, de MARCA, BELLOTTO, aliiſque eruditiſſimis viris, jus ſocietatis & communicationis cum ceteris fidelibus in rebus tam ſacris, quam civilibus more laicorum: ex quo conſequens erat ut clerici ad eam damnati, quandoquidem a gradu clericali dejecti, in ordinem plebis redigebantur, in perceptione Euchariſtiae inſtar laicorum ſe gererent, eam ſumentes extra ſepta Altaris, aut ſub una, vel utraque ſpecie, ſicut ex uſu Eccleſiae tunc laici ſumere conſueverant. „

Digitized by Google

lit laedere cauſſam ſuam; & tamen illa communio olim vocabatur Laica, non quod ſub altera tantum ſpecie daretur Laicis.

Quid peregrina, & num a Laica diſcreparet?

III. Erat alia communio, quae vocabatur *peregrina*, quam quidam dicunt eamdem fuiſſe cum Laica, quod Sacerdotes, qui agebant poenitentiam, ſumerent illam, unde fecerunt illi nomen, quod illis ſcilicet Sacerdotibus eſſet peregrina, & aliena a gradu Sacerdotum, quia non ſolebant in eo loco ſumere. Sed quia Sacerdotes quum aliquid fecerant, non poterant agere poenitentiam cum reliquis poenitentibus, ut aliquando dixi (11): loco poenitentiae relegabantur ad Laicam Communionem, ita ut peregrina, & Laica Communio idem ſit, & ita multi exiſtimant; & ita ipſe aliquando expoſui, uti & MARIANVS VICTORIVS *in Lib. de antiquis poenitentiis* (12). De peregrina communione ſunt multa teſtimonia, ut in Concilio *Agathenſi*, (*cap.* 5.). Alii putarunt, & quidem probabiliter, peregrinam Communionem appellatam eſſe illam, quae peregrinis dabatur. Nam, qui aliunde veniebant, non temere admittebantur ad Eccleſiam, quia non conſtabat, an eſſent excommunicati. Si vero litteras ferrent, omnes peregrini admittebantur ad Communionem orationis, non Euchariſtiæ (13): ideo appellatur *peregrina* communio. Et ſi aliquis Sacerdos agebat poenitentiam, & non eſſet dignus, ut etiam ad Laicam Communionem admitteretur, rejiciebatur ad peregrinos, & ideo dicebatur commu-

icare

(11) Oppoſitam quidem, quae clericos majores prioribus Eccleſiae ſaeculis poenitentiae publicae legibus obnoxios fuiſſe ſtatuit, ſententiam pluribus *Johannes* MORINVS, & *Natalis* ALEXANDER ſuadere conati ſunt; ſed Cl. COVSTANTIVS in diſſertatione, quae *T. I. epiſtol. Rom. Pontif. col.* 195. *ſeqq.* legitur, MALDONATI hac de re decretum ſtrenue defendit.

(12) Aliique plures, ut *Joh. Stephanus* DVRANTVS (*de ritib. Eccleſ. Lib. II. c.* 55. *n.* 8.) *Garſias* de LOAISA (*ad Can. XVI. Conc. Ilerd.*) Franc. PITHOEVS (*in gloſſar. ad libros Capitular.*) BELLARMINVS (*de Euch. Lib. IV. cap.* 24. *n.* 40.) Sed vel unus *Agathenſis* Canon hanc ſententiam refellit; clerico enim ad laicam communionm depreſſo nullus dabatur ad Clerum regreſſus, perpetuaque & omnimoda depoſitione dejectus cenſebatur; at ex Canone *Agathenſi* conſtat, clericum in *peregrina* communione poſitum ad ſuum priſtinum, & proprium redire gradum potuiſſe.

(13) Id falſum: peregrinis enim clericis, qui *formatas* ab Epiſcopo ſuo tuliſſent, Euchariſtia non negabatur; id unum illis vetitum erat, gradum ſuum exercere.

Digitized by Google

nicare Communione *peregrina*, quia tantum admittebatur ad communionem orationis cum peregrinis (14).

IV. Dicam, quod mihi exciderat. Ex illa conſuetudine antiqua dicendi omnia, quae in Miſſa dicuntur, ſed non conſecrandi Corpus Chriſti, nata eſt alia ſpecies Miſſae, quam vocamus *ſiccam*, quoniam omnia quae in Miſſa ſunt leguntur, ſed non fit conſecratio (15). Hactenus de Laicis.

IV. *De Pueris an debeant communicare?*

Infantes olim communicabant

I. INfantes quoque communicaſſe, antequam pervenirent ad uſum rationis, manifeſtum eſt exemplum apud D. CYPRIANVM *in Lib. de Lapſis*, & aliis multis locis. Quum infans quaedam femina fuiſſet ducta a ſuis parentibus in Idolion, ubi fiebant ſacrificia idolorum, quum primis labiis guſtaſſet neſcio quid immolatum idolis, voluit Deus oſtendere, manifeſto exemplo, nullam eſſe communionem lucis cum tenebris. Quum enim poſtea duceretur in Eccleſiam, & Diaconus illi voluiſſet porrigere Sanguinem Chriſti in os, illa vero reſiſtebat, & reluctabatur; ille autem vi ingeſſit in os ejus ſanguinem, & ſtatim evomuit: *Os* [inquit CYPRIANVS] *pollutum idolothytis non potuit ferre Sanctum Domini Sanguinem* (16). Apud AVGVSTINVM ſunt infinita fere loca contra *Pelagianos*; ſed tantum tria adducam quibus diſputat totam hanc quaeſtionem *Lib. I. de peccator. meritis cap.* 20., & *Epiſtola* 106. & 107., quibus locis non tantum dicit infantes communicare debere, ſed etiam non poſſe ſalvos eſſe, ſi diſcedant ex hac vita ſine ſumptione Euchariſtiae, & ſicut nos credimus de Baptiſmo, ita ille putat de

Num ex neceſſitate ſalutis?

(14) Verius ergo dixeris, Communionem peregrinam Eccleſiaſticae cenſurae genus fuiſſe, quo clerici a gradu ac mûnere ſuo ſuſpenſi ad conditionem Clericorum peregrinorum in Eccleſia commorantium redigebantur; clericorum, inquam, qui cum formatis ſui Epiſcopi epiſtolis ad eam ſe contuliſſent, non eorum, qui ſine ejuſmodi litteris profecti eſſent. Hanc ſententiam ſingulari commentatione *de Communione peregrina, veteri clericorum cenſura* Lipſiae MDCCXLII. illuſtravit * D. IACOBVS *Henricus* BORN.

(15) De ea vide BENEDICTVM XIV. (*de Sacr. Miſſ. ſacrif. lib. III. cap. VI. n.* 8.), auctoreſque ab eo indicatos.

(16) Narrat idipſum S. AVGVSTINVS (*ep.* XXIII.)

de Euchariſtia. Quemadmodum enim de Baptiſmo dictum eſt a Chriſto: *Niſi quis* &c., & inde collegerunt Theologi hujus Sacramenti neceſſitatem; ita de Euchariſtia dictum eſt a Chriſto: *Niſi manducaveritis* &c.; non habere autem vitam eſt non poſſe eſſe ſalvum, & propterea infantes non poſſe ſalvari ſine ſumptione Euchariſtiae. Itaque inde collegerunt omnes fere antiqui, tam eſſe neceſſarium ad ſalutem Euchariſtiae Sacramentum infantibus, quam Sacramentum Baptiſmi (17). Itaque illis etiam dabant Euchariſtiam (18); quod etiam diſcimus ex

(17) Idem MALDONATVS tradidit in Commentariis ad eum IOHANNIS locum. Nec negari poteſt, plurimos in hac olim fuiſſe ſententia. Quamobrem FERRANDVS in epiſtola ad FVLGENTIVM *de duabus quaeſtionibus* (Chifflet. edit. p. 57.) *haeſitare ſe*, ſcribit, *qualis debeat haberi ſententia de his, qui etiamſi legitime ſana mente baptizantur, praeveniente velocius morte, carnem Domini manducare, & ſanguinem ejus bibere non ſinantur. Nota quippe ſunt fidelibus Salvatoris verba dicentis:* Niſi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. *Vnde petimus, ut velociori reſponſione nos inſtruas, utrum noceat, quantum noceat, an omnino nihil noceat, ſi quis baptizatus in nomine ſanctae Trinitatis, ſacro cibo potuque fraudetur.* Eadem ſententia ſequiore aevo perſtabat. Hinc ſaeculo IX. GVALTERIVS *Aurelianenſis*, qui vixit eo ſaeculo IX. (*Cap.* 7. ſui *Capitularis*) mandat, ut Presbyter ſemper Euchariſtiam paratam habeat, ut quando quis infirmatus fuerit, aut parvulus aegrotaverit, ſtatim eum communicet, ne ſine viatico moriatur; immo RADVLPHVS ARDENS ſaeculo XII. loquens de Euchariſtiae neceſſitate (*ſerm. in die Paſchae*), *ſtatutum eſt*, inquit, *ut pueris mox baptizatis ſaltem in ſpecie vini tradatur, ne ſine neceſſario Sacramento diſcedant.* De AVGVSTINO tamen, INNOCENTIO I. aliiſque Patrum Primoribus longe aliter ſentiendum, quemadmodum TOLETVS (*in cap. VI.* Joh.) & CHIFFLETIVS in FVLGENTII epiſtolam ad FERRANDVM ſcite animadverterunt; cumprimis vero NORISIVS (*Vindic. Auguſt. cap. IV.* §. 4.). Confer etiam BONAM (*Rer. lit. lib. II. cap.* 19. §. 1.) Satis nobis ſit *Tridentinum* Concilium, quod (*ſeſſ.* 21. *cap.* 4.) poſtquam declaravit parvulos uſu rationis carentes nulla obligari neceſſitate ad Sacramentalem Euchariſtiae communionem, ait, *Neque ideo tamen damnanda eſt antiquitas, ſi eum morem in quibusdam locis ſervavit. Vt enim ſanctiſſimi illi Patres ſui facti probabilem cauſſam pro illius temporis ratione habuerunt: Ita certe eos nulla ſalutis neceſſitate id feciſſe ſine controverſia credendum eſt.*

(18) Plura de vetere hac miniſtrandae pueris Euchariſtiae conſuetudine invenies apud BONAM (*l. c.* §. 2.) GRANCOLASIVM (*Anc. ſacram. P. I. p.* 205. *ſeq.* & 277. *ſeqq.*) MARTENIVM (*de ant. Eccleſ. ritib. lib. I. cap. I. artic. XV. n.* 12.) Agnellum ONORATVM (*diſſert. IX. pag.* 217. *ſeqq.*) & ACAMVM in epiſtola de *Paedobaptiſmo*, ut Proteſtantes omittam ſemper, ſed in hoc potiſſimum argumento caute legendos, de quibus *Bibliot. Ritual. T. II.* dixi, *Johannem Fridericum* MAYERVM, *Corn. Dieter.* KOCHIVM, ac praeſertim *Petrum* ZORNIVM *in hiſtoria Euchariſtiae infantum.*

ex carminibus PAVLLINI [*in epiſt.* 12. *ad* SEVERVM] : *Burdigalae* enim SEVERVS [qui illic agebat] exſtruxerat Baſilicam, & magnificum Baptiſterium, quale videre eſt hodie *Romae* CONSTANTINI Magni Baptiſterium [ſi verum eſt]; & apud S. DIONYSIVM eſt aliud Baptiſterium ex Porphyrio. Et PAVLLINVS compoſuit quoſdam verſus, ut inciderentur ſub Baptiſterium, in quo debebant infantes baptizari, & inde ad Euchariſtiæ communionem duci. PAVLLINI verſus ſunt iſti:

Inde parens ſacro ducit de fonte Sacerdos
Infantes niveos corpore, (quia erant loti) *corde, habitu*
(Quia erant induti candida veſte).
Circumdanſque rudes feſtis Altaribus agnos
Cura ſalutiferis imbuit ora cibis.

Credo autem emendandum eſſe hunc locum, & dicendum: *Pura ſaluriferis* &c. ut dicantur *pura ora*, quia ora infantum non erant contaminata ullo malo [19]. Ergo egredientibus infantibus e Baptiſmo dabatur Euchariſtia: & hoc eſt, quod dicit, *pura ſalutiferis*.

II. Et duravit haec conſuetudo uſque ad tempora CAROLI *Magni*, quia (*Lib.* 1. *Leg. Franc. cap.* 155.) eſt lex ſcripta a CAROLO *Magno*, qua jubet, ut Presbyteri, quum conſecrant, ſervent Euchariſtiam, ut ſi forte aliquis parvulus aegrotare cœperit, non diſcedat ſine communione. Ergo dabatur infantibus Euchariſtia etiam abhinc DCCC. annis tantum [20]. Sed haec conſuetudo jam deſiit.

III. Sed quaerat aliquis, cur etiam nunc non datur Euchariſtia? Reſpondeo, id meliori ratione fieri. Una ratio, quae movit Eccleſiam, fuit ſumpta ex verbis D. PAVLLI (1. *Cor. XI.*) *Probet autem ſeipſum homo* &c. Ex quo collegit Eccleſia, non eſſe idoneos ad ſuſcipiendam Euchariſtiam eos, qui non poſſent ſeipſos probare. Altera ratio fuit, quod ſemper Eccleſia ſtatuit, tribuendam eſſe maximam venerationem, & honorem Euchari- *Cur nunc nō detur pueris communio?*

(19) Non diſplicet ea *Paulliniani* verſus emendatio, quamquam ſequutae editiones aliter emendarunt: *Cruda ſalutiferis*.

(20) Immo & XII. ſaeculo aliquibus in locis perdurabat. Vide MARTENIVM [*l. c. n.* 13.], & adnotationem 17.

chariſtiae, & longe majorem, quam Sacramento Baptiſmi, utpote, quod contineat Corpus Chriſti praeſens: quapropter judicavit, eos non debere adcipere hoc Sacramentum, qui non haberent ſenſum hujus honoris. Quod autem ad illud teſtimonium adtinet: *Niſi manducaveritis* &c. reſpondeo: teſtimonium illud quidem videtur ſimile atque illud: *Niſi quis renatus* &c. Sed multa ſunt, quae Eccleſia colligit ex natura, & ſubſtantia rei ſubjectae. Nam etſi verba ſint ſimilia in illis duobus locis, tamen quia natura Sacramenti eſt diverſa, nihil colligitur. Primo natura Sacramenti Baptiſmi eſt, ut ſit regeneratio in Chriſto, & quia nemo poteſt eſſe ſalvus, niſi in Chriſto renaſcatur, & non poteſt renaſci ſine Baptiſmo; ideo Eccleſia judicavit, neminem poſſe ſalvum eſſe ſine Baptiſmo, & propterea Baptiſmum eſſe abſolute neceſſarium. Natura Sacramenti Euchariſtiae eſt, ut ſit cibus ſpiritualis. Quemadmodum autem ſine nativitate naturali omnino vivere non poſſumus, ſine cibo aliquamdiu ſaltem poſſumus, ita ſine regeneratione ſpirituali, & niſi in Chriſto renaſcantur infantes per Baptiſmum, non poſſunt habere vitam ſpiritualem. Quum ergo per Baptiſmum renaſcantur, & inſerantur in Chriſto, baptiſmus eſt abſolute neceſſarius; ſed exuto originali peccato quia non habent alia peccata, ideſt actualia, non indigent Sacramento Euchariſtiae; ſed ſimul atque coeperunt poſſe peccare actualiter, data eſt illis Euchariſtia ad eos corroborandos.

V. *De Aegrotis*.

Danda aegrotis Euchariſtia, quidquid oblatrent Calviniſtae, tum imitatione Chriſti.

I. QUid de Aegrotis dicendum? neſcio, qua ratione *Calviniſtae* nolint dare Aegrotis Euchariſtiam, quia id non faciunt neque imitatione Chriſti, neque veteris Eccleſiae, quam ſe tantopere imitari velle jactant, & ut paucis dicam, faciunt illud ſine ulla ratione, & ſine ullo exemplo. Eccleſia enim ſemper illis dedit. Primum ſi conſideremus inſtitutionem, ea ſignificat, non tantum eis debere dari, ſed eſſe hoc Sacramentum proprium quodammodo aegrotorum. Primum Chriſtus nonniſi moriturus inſtituit hoc Sacramentum quaſi pro morituris, & aegrotis, & dedit Apoſtolis, ut eos corroboraret, & ipſe quoque (ut aliquando probavi) ſumpſit Corpus ſuum & Sanguinem, & CALVINVS non negat. Quemadmodum ergo

go ille ſumpſit paullo antequam moreretur, ita etiam Eccleſia exemplo Chriſti edocta illud dari voluit morituris, & aegrotis, ut illos conſolaretur. Et CALVINUS (*in Commentariis in XVII. Cap.* MATTH.) profert multa teſtimonia, & illa verba Chriſti: *Amodo non bibam etc. de hoc* &c. ait habere vim, & idem ſignificare ac ſi dixiſſet: *Eſtote bono animo, coenate hodie mecum, quia non coenabitis amplius mecum*; & ideo dixiſſe Chriſtum: *Deſiderio deſideravi hoc Paſcha*, ideſt hanc ultimam Coenam, quia *non bibam amodo* de hoc. Profert exemplum ſimile LEONIDIS in Bellum *Spartanorum* ingreſſuri, qui dixiſſe fertur militibus: *Eja Commilitones prandete bono animo, quia apud inferos coenabimus*, ideſt *prandete hilariter, quia hoc erit ultimum convivium, quod facietis inter vos*. Chriſtiani non abhorruerunt ab hac conſuetudine *Graecorum*, qui habuerunt coenam *Viaticam*, quam appellarunt ἐφόδιον, & ὁδοιπόριον. *Coenas Viaticas* vocabant coenas poſtremas, quas faciebant iis, qui diſceſſuri erant, ſicut apud PLAVTVM dixit quidam: *Ego ſorori meæ volo dare coenam Viaticam*, hoc eſt talem, ut ne amplius comedat, quia moritur. Itaque quoties aliquis familiaris erat diſceſſurus, faciebat coenam quamdam magnam cum ſuis amicis, vel alii faciebant ipſi, quae vocatur *Viatica*: Quod fecit Chriſtus, qui non inſtituit ſuam coenam, niſi antequam eſſet diſceſſurus. Ergo inſtitutio Chriſti docet, ut hoc Sacramentum aegrotis, & quia ex hac vita diſceſſuri ſunt, detur.

II. Eccleſia idipſum poſtea confirmavit. Concilium *Ancyranum* (*cap. 6.*) loquens de aegrotis praecepit eis dari ὁδοιπόριον, ut eo quaſi commeatu poſſint commeare in meliorem locum. Et Concilium *Nicaenum* (*Can. XV.*) vocavit ἐφόδιον, ubi praecipit, ut ſi quis eſſet aegrotus, ne privaretur ἐφοδίῳ, ideſt viatico Euchariſtiae, & latine vocatum eſt etiam hoc Sacramentum *viaticum*, ut in Concilio *Vaſenſi* (*Can. 3.*) Quod autem daretur aegrotis, conſtat ex IV. Concilio *Carthag.* (*Can. 76.*) & epiſtola DIONYSII ad FABIVM *Antiochenum* apud EVSEBIVM [*Lib. 6. cap. 36.*] de SERAPIONE, qui quum aegrotaret in lecto, a puero ei adlata eſt Euchariſtia, & ex CHRYSOSTOMO (*Lib. 6. de Sacerd.*) ubi ait, audiviſſe ſe ex viro quodam ſancto, qui frequentes habebat revelationes, quomodo qui ante mortem Euchariſtiam ſumpſiſſet, ejus animam

Tum veteris Eccleſiae more.

mam Angeli ferrent ad coelum, vel ad locum aliquem quietis ſtatim poſt mortem (21).

VI. *De modo, quo olim mittebatur Euchariſtia.*

Olim miſſa Euchariſtia magna quadam cultus ſimplicitate.

I. MUlto ſimplicius, quam nunc mittebatur ad aegrotos Euchariſtia. Nam HIERONYMVS in epiſtola ad RVSTICVM laudat hoc nomine *Toloſanum* Epiſcopum, quod omnia daret pauperibus, & ipſe viveret in paupertate, adeo ut in *ciſtula viminea* geſtaret Corpus Chriſti, & *in vitro* Sanguinem, non in calice aureo: *nihil ſanctius, aut devotius illo* (inquit HIERONYMVS) qui *in vimineo Corpus, & ſanguinem portat in vitro.* Geſtabatur autem Sanguis paullo poſt conſecrationem (22), alioquin non portabatur ad aegrotos, ſed particula Euchariſtiae intincta, quia illa ſpecies non poterat diu conſervari (23).

II. Id etiam conſtat ex IVSTINO in *ſecunda Apologia*, ubi ait, diaconum ſolitum ſervare reliquam partem Euchariſtiae, & ferre ad abſentes. Per Abſentes autem veriſimile eſt intelligi in vinculis detentos, vel aegrotos: Ergo tum Diaconus ferebat Corpus Chriſti ſine ulla pompa (24). Non damno pompam,

---

(21) Plura de *viatici* nomine & uſu teſtimonia invenies apud GRANCOLAS. [*Anc. Sacram. T. I. pag.* 241. *ſeqq.*]

(22) Hinc in MS. Codice S. REMIGII apud MENARDVM in notis ad Sacrament. S. GREGORII [*p.* 380.] ad communionem infirmi, quem vis morbi non ad tantam virium imbecillitatem adduxit, utraque formula ſeparatim ponitur. *Corpus Domini noſtri IESV Chriſti cuſtodiat te in vitam aeternam. Sanguis Domini noſtri IESV Chriſti redimat te in vitam aeternam.* Utramque etiam ſpeciem traditam fuiſſe non obſcure indicat Concilium *Toletanum XI.* (*Can XI.*)

(23) Id probant plurima antiqua Ritualia; quare Concilium *Turonenſe* apud REGINONEM [*Lib. I. Eccleſ. Diſcipl. cap. LXX.*] praeſcribit, ut Presbyter habeat pyxidem, aut vas tanto Sacramento dignum, ubi Corpus Dominicum diligenter recondatur ad viaticum recedentibus a ſaeculo: quae ſacra oblatio intincta debet eſſe in Sanguine Chriſti, ut veraciter Presbyter poſſit dicere infirmo: *Corpus, & Sanguis Domini proficiat tibi.*

[24] XIII. quoque ſaeculo idem mos vigebat; qua de re conqueritur GVILLELMVS *Major* Epiſcopus *Andegavenſis* in Synodo anni MCCLXXIII. arguens Rectores nonnullos permittentes, ut Diaconi, quos ſecum habebant (ſine neceſſitatis articulo) Corpus Dominicum infirmis deferrent, & miniſtrarent: id quod ſub interminatione ſuſpenſionis fieri vetat. In Synodo etiam *Nemauſenſi* anni MCCLXXXIV.

pam; quia non poteſt ſat honoris tribui Corpori Chriſti; ſed oſtendo ſimplicitatem Chriſtianorum. Immō vero Acolythos, qui non ſolebant tractare Corpus Chriſti, legimus geſtaſſe Euchariſtiam aegrotis, VSVARDO Monacho Benedictino teſte, qui ſcripſit Martyrologium, & BEDA etiam in ſuo Martyrologio (*ad d.* 18. *Calend. Septembris*). Scribunt enim, TARSICIVM Acolythum geſtaſſe Euchariſtiam occultam, & reconditam in aliquo vaſculo, ſicut hodie ſolemus ferre *Agnus Dei* in aliquo exiguo inſtrumento, qui quum incidiſſet in pagauos, & intellexiſſent, eum ferre Corpus Chriſti, adripuerunt eum, & fuſtibus, ac ſuppliciis adfecerunt, nec potuerunt reperire, quia ille occultaverat. Illud ergo eſt argumentum, Acolythos olim geſtaſſe Corpus Chriſti ad aegrotos. Immo vero legimus Euchariſtiam datam fuiſſe aliquando pueris, & feminis, ut illam geſtarent ad aegrotos; ſed hoc reprehenſum eſt in Concilio *Rhemenſi* (*Cap. II.*); quod Concilium nunc non habemus, ſed citatur a GRATIANO [*de conſecr. diſt. II. Can. pervenit*) (25). Id etiam compertum eſt ex hiſtoria EVSEBII de SERAPIONE, ad quem puer Euchariſtiam detulit: ergo ita olim ferri ſolebat.

III. Poſtea melius factum eſt, ut cum majori honore ferretur (26). Poſtea enim eſt introducta conſuetudo in quibuſdam regionibus, ut quum fertur Fuchariſtia ad aegrotum, detur ſignum aliquando, & totus populus eo concurrit, etiam viri nobiles, & Reges, ut videant Corpus Chriſti ad aegrotum deferri, & Rex etiamſi ſit in civitate, deſcendit ex equo, & co-

Melius poſtea majore cum pompa delata.

LXXXIV. lego prohibitum diſtricte (*ne aliquis, qui non ſit in presbyterum ordinatus, Euchariſtiam communicantibus praebeat.*) Addit nihilominus: (*Diaconus tamen hoc facere poteſt de licentia Sacerdotis, ubi idem Sacerdos hoc per ſe non poteſt facere, vel quia abſens eſt presbyter, & neceſſitatis articulus noſcitur imminere. Et in ultimo caſu non eſt neceſſaria licentia Sacerdotis.*) Quae totidem verbis reperiuntur in MS. ſtatutis Synodalibus ELIAE *Uticenſis* Epiſcopi.

(25) *Remenſis* hic Canon citatur etiam a REGINONE (*Lib. I. de Eccleſ. diſcipl. cap. CXX.*) Crederes tamen? Saeculo quoque decimo iſtiuſmodi abuſus viguit, ut feminis ad aegrotos deferenda Fuchariſtia traderetur; qua de re exſtat RATHERII *Veronenſis* decretum. Vide MARTENIVM (*de ant. Eccleſ. ritib. Lib. I. cap. V. art. II. n. 2.*)

(26) *Berengarianae* haereſeos cauſſa, quae ut major in Euchariſtiam veneratio apud populos excitaretur, poſtulavit.

& comitatùr Corpus Chriſti uſque ad domum aegroti, & iterum uſque ad Eccleſiam, & qui hoc non facit, putatur eſſe ruſticiſſimus in Religione (27).

IV. Addo non tantum ad aegrotos deportatam fuiſſe Euchariſtiam, ſed etiam illi, qui credebant ſe ingredi magnum aliquod periculum, ſolebant ſecum ferre Euchariſtiam, uti qui navigaturi erant, ut ſi orta aliqua tempeſtate periclitarentur de ſalute, eam ſumerent. Hoc diſcimus ex oratione AMBROSII *de obitu fratris* SATYRI. Ex illa conſuetudine, qua ferebatur Euchariſtia in navi, nata eſt alias ſpecies Miſſae, quae appellata eſt *Miſſa nautica*, quia illi ſolebant omnia, quae in Miſſa leguntur, recitare, & ſumere aliquam partem Euchariſtiae, quae in navi adſervabatur (28).

Num danda ad ſupplicium damnatis?

V. De his vero, qui ducuntur ad ſupplicium, quaeritur, an illis danda ſit Euchariſtia? *Hiſpani* ob hoc male audiunt apud alias

---

(27) Huc ſpectat S. EDMVNDI *Cantuarienſis* Epiſcopi Conſtitutio (*cap. II. Conſtitut.*): „ Quum Euchariſtia ad „ aegrotum fuerit deferenda, habeat „ Sacerdos aliquam pyxidem mundam, & honeſtam, in qua ſit pannus lineus mundiſſimus, & in ea de„ferat Corpus Dominicum ad aegrotum, linteo mundo ſuperpoſito, & „ lucerna praecedente, niſi aeger valde remotus fuerit, & Cruce ſimiliter, ſi fieri poteſt, niſi Crux fuerit ad alium aegrotum deportata: „ praecedente quoque tintinnabulo, „ ad cujus ſonitum excitetur devotio „ fidelium. Habeat quoque ſecum Sacerdos orarium, ſive ſtolam, quando cum Euchariſtia, ſicut diximus, „ vadit ad aegrotum. Et aeger ſi „ remotus non fuerit, in ſuperpelliceo decenter ad ipſum accedat. „ Idem habent Conſtituriones RICHARDI Epiſcopi *Sarum* (*cap. 39.*), Conſtitutiones Epiſcopi *Anonymi* anno MCCXXXVII. editae, & Concilium *Vigornienſe* (*cap. 9.*) De tintinnabuli pulſatione a Scholaſtico, ſeu campanario, quum defertur ad infirmos Euchariſtia, exſtat GVIDONIS Cardinalis & Sedis Apoſtolicae in *Germania* legati ſtatutum apud ALBERICVM in *Chronico* (*ad ann. MCC.*) Nec aliter ODO *de Soliaco Pariſienſis* Epiſcopus in ſuis a. MCXCV. Conſtitutionibus: „ Semper, inquit, Sacerdos cum magna reverentia, & maruritate de„ferat in pyxide eburnea, bene clauſa „ propter caſum, & cum lucerna praecedente, cantantes ſeptem Pſalmos „ Poenitentiales, cum litania pro infirmo, eundo & redeundo; ſi longa via fuerit, addant quindecim „ Pſalmos, & alias orationes. Moneantur Laici, ut ubicumque viderint deferri Corpus Domini, ſtatim „ genua flectant, tamquam Domino, „ & Creatori ſuo, & junctis manibus „ quoadusque tranſierit, orent. „

(28) Vide BARONIVM in Martyr. (*ad d. XVIII. Kal. Sept.*) BONAM (*Lib. II. c. XVII. § V.*) MARTENIVM (*L. c. artic. IV.*) & GRANCOLASIVM (*Anc. Sacram. T. I. pag. 344.*)

alias gentes, quod illis negent Euchariſtiam. Nam apud *Germanos*, & *Belgas* datur illis non minus, quam aegrotis. Et quod eſt magis conſentaneum veritati, eſt de hac re decretum quoddam *Can.* VIII. Concilii *Vormacienſis*, in quo praecipitur, ut non negetur illis, ſi egerint poenitentiam. *Hiſpani* dicunt, quod illi, qui ſciunt ſe morituros, aliquando vomerent: itaque ad vitanda pericula non eſſe illis dandum Corpus Chriſti; ſed tamen melius eſt, ut detur (29).

Num mortuis?

VI. Addo de mortuis. Illis quoque olim datam fuiſſe Euchariſtiam conſtat ex III. Concilio *Carthaginienſi* (*Cap. VI.*) & ex Quiniſexta Synodo (*Cap.* 83.), & in Concilio *Toletano* (*Cap. XIV.*) in quibus omnibus hoc condemnandum eſt. Dabatur autem mortuis errore quidem, quia aliqui putabant, tam neceſſariam Euchariſtiam, quam Baptiſmum. Itaque ſicut quidam ex illo PAVLLI 1. *Cor. XV.*: *Quid faciunt, qui pro mortuis baptizantur*, mortuos baptizabant; ſic illis Euchariſtiam porrigebant (30).

Quomodo olim intingeretur Euchariſtia.

VII. Videndum nunc eſt, quomodo olim intingeretur Euchariſtia. Propterea quod Sanguis non poſſet adſervari ſine corruptione, ideo ſervabatur Corpus Domini. Quum autem non erat recens celebrata Miſſa, ad aegrotum non ferebatur, ut dixi, Sanguis; ſed ne videretur privari altera ſpecie, dabatur illi intincta Euchariſtia. Conſtat hoc ex hiſtoria SERAPIONIS apud EVSEBIVM, ubi dicitur puer in os infudiſſe Euchariſtiam. Si vero non erat madefacta, quomodo eſſet infuſa? Idem conſtat ex IV. Concilio *Carthaginienſi* (*Cap. LXXVI.*)

& ex

(29) Hanc quaeſtionem poſt MOLANVM diligentius pertractat GRANCOLASIVS (*Ancien. Sacram. T. I. pag.* 250.)

(30) S. CHRYSOSTOMVS eum abuſum (*hom. in* 1. *ad Cor.*) non ſolum profligat, ſed etiam errorem haereticorum, qui ob neceſſitatem Euchariſtiae, ſicuti baptiſmum, ita etiam communionem mortuis dandam exiſtimabant: *quibuſnam*, inquit, *dixit*, *niſi manducaveritis carnem meam, & biberitis meum Sanguinem, non habebitis vitam in vobis? vivisne, an mortuis? Dic quaeſo?* Ex quo diſcrimen patet hunc abuſum inter, & morem nonnumquam a ſanctis quoque viris olim adhibitum, ut cum mortuis Euchariſtia ſepeliretur; de quo confer BONAM (*Lib. II. cap. XVII. §.* 6.) GRANCOLASIVM (*Ancien. Sacram. T. I. p.* 346.] MARTENIVM (*Lib. I. de ant. Eccleſ. ritib. cap. V. art.* 4. *n.* 6.), & larvatum *Dionyſium* SANDELLIVM in praeclaro *de ſingularibus Euchariſtiae uſibus apud* GRAECOS commentario.

Digitized by Google

& ex abuſu, qui inde natus eſt, ut etiam Laicis ſanis & praeſentibus pro complemento daretur Eucharistia intincta in Sanguine, quia quum veniebant ad Communionem, non dabatur ipſis vas ipſum Sanguinis, ne forte effunderetur, ſed pro complemento dabatur illis Euchariſtia in Sanguine madefacta. Poſtea hoc reprehenſum fuit in Concilio III. *Braccarenſi* (*Cap. I.*), ubi praeceptum eſt, ut hoc Sacramentum daretur ſub utraque ſpecie diſtincte, & non particula madefacta, vel intincta (31).

SECVNDA QVAESTIO.

De praeparationibus veterum Chriſtianorum, antequam adcederent ad Communionem. I. Prima Præparatio;
CONFESSIO.

Saepe confitebantur olim Fideles ante Communionem:

I. Quod igitur adtinet ad veterem Eccleſiam, habebant olim Chriſtiani praeparationes multo plures, quam habemus nunc. Prima erat confeſſio, ſine qua nemo poterat rite communicare. Nam quemadmodum ex D. CYPRIANO docui, quum agerem de poenitentia, illi veteres ita loquebantur, *in exomologeſi nos accipere jus communicandi*, quia non cenſebatur habere jus communicandi, qui non erat ante confeſſus, & poenitentiam egiſſet. Namque inter caeteros fines, ob quos fiebat confeſſio, unus erat, ut Chriſtiani per confeſſionem jus com-

(31) Illud quoque interdum in more fuiſſe, ut vino ſacrae hoſtiae fragmenta madefierent, vix dubito. Nam, Concilium II. *Matiſconenſe* habitum an. DLXXXVIII. (*c. 6.*) ait: *Quaecumque reliquiae Sacrificiorum poſt peractam Miſſam in Sacrario ſuperſederint, quarta vel ſexta feria innocentes pueri ab illo, cujus intereſt, ad Eccleſiam adducantur, & indicto eis jejunio, eaſdem reliquias conſperſas vino percipiant*. Sed ut ad aegrotos redeam, intinctae ſanguine hoſtiae uſum in *Occidente* olim viguiſſe praeter *Turonenſem* Canonem, quem adnot. XXII. deſcripſi, docet quod in vetuſtiſſimo Bibliothecae Metropolitanae *Mediolanenſis* Miſſali apud MVRATORIVM (*Tom. IV. antiq. Italic. diſſ. LVIII. p. 843.*) habetur impoſitio manuum ſuper infirmum, nempe olei Sancti unctio; ſubinde vero additur: *Communica eum, & dic. Corpus Domini Noſtri* IESV *Chriſti Sanguine ſuo tinctum conſervet animam tuam &c. Oratio, Domine Sancte Pater te fideliter deprecamur, ut, adcipiente fratre noſtro Sacroſanctam hanc Euchaeiſtiam Corporis & Sanguinis Domini Noſtri* JESV *Chriſti &c.* Adi GEORGIVM (*T. III. cap. XX. p. 188. ſeqq.*)

Digitized by Google

communicandi adciperent, ut docui, quum agerem de confeſſione. Ceterum hoc fallit multos, quum apud veteres auctores non vocetur, niſi raro, *confeſſio*, ſed *exomologeſis*, & *poenitentia*, & verbum *exomologeſis*, ut docui in Tractatu *de Poenitentia*, non ſignificat ſolam confeſſionem, ſed externam etiam poenitentiam. Diſcimus ex CYPRIANO (*Lib.II. Epiſtol.* 14.15.16., *& Serm. V. de Lapſis*,) non quod in omnibus illis locis CYPRIANVS nominet confeſſionem, ſed exomologeſim, & acriter reprehendit eos Sacerdotes, qui ad Sacram Communionem admittebant eos, qui non erant ullo modo praeparati. Praeterea D. CHRYSOSTOMVS (quem ſaepe nobis in hac re objiciunt *Calviniſtae*) *homilia X.in* MATTHAEVM, & *hom.* XXX. in *Gen.* & *hom.* cujus titulus eſt *de ſpectaculis*, ſive de DAVIDE & SAVLE, quae eſt eadem, docet ſimiliter, neminem debere adcedere ad communionem, niſi prius acta poenitentia, ſi ſit conſcius alicujus criminis. Deinde hoc eſt manifeſtum ex illa hiſtoria *Conſtantinopolitana* de illo Presbytero poenitentiae, qui erat in unaquaque Eccleſia. Nam nihil aliud moverat Catholicos, ut conſtituerent, niſi ne verterent illis probro *Novatiani*, quod admitterent ad communionem ſacram quoſcumque peccatores, & eos, qui non egiſſent poenitentiam, quia antea quiſque adcedebat ſine ulla difficultate, poſtea non admittebantur ad communionem, niſi ii, quibus dabat teſtimonium Sacerdos, quod egiſſent poenitentiam ante.

II. Praeterea non diſſimulabo etiam hoc. Solebant illi Chriſtiani communicare frequentius, quam nos, & confiteri rarius; quod perſpicuum eſt ex lectione auctorum; ſed ſi cauſſam intelligamus, non mirabimur. Cauſſa autem erat, quia illi Chriſtiani minus peccarent quam nos, & plus poenitentiae agerent; itaque non erat opus tam frequenti Confeſſione. Quare TERTVLLIANVS (quod eſt valde notandum) quodam in loco provocat omnes gentiles, & rogat eos, ut oſtendant unum aliquem adulterum Chriſtianum, aut latronem, aut homicidam in tanta Chriſtianorum multitudine; quod idcirco dicebat, ut Chriſtianorum Religionem probaret meliorem: *Aperite*, inquit, *carceres, & oſtendite, quot Chriſtianos habetis in carcere propter adulteria, furta, vel homicidia*; *ſed cauſſa eſt*, inquit, *nominis, non criminis, & propterea quod vocor Chriſtianus, ſum*

Frequentius tamen communicabant, quam confiterentur, & qua de cauſſa?

in vinculis. Praeterea erant ſemper parati ad communionem, & ideo non erat opus, ut quoties vellent communicare, confiterentur, ſicut hodie Sacerdotes non confitentur quotidie, quum ſint celebraturi Miſſam, niſi ſint conſcii alicujus peccati mortalis, quod ſolum poteſt impedire communionem; ſed ſi admiſerint aliquod peccatum leve, ut ſi dixerint aliquod verbum ocioſum, aut aliquid ſimile, non eſt opus. Communicabant autem frequentius, quia exiſtimabant, ſacram communionem eſſe praeſtantiſſimum, & potentiſſimum medicamentum ad vitandum peccatum haereſis, & alia cetera.

Ex Paullo ducta a Chriſtianis Confeſſionis ad Communionem praeparatio.

III. Ad hæc ſunt heic duo, quae nobis objiciunt adverſarii. Nos dicimus, hanc conſuetudinem confitendi ante communionem natam eſſe ex Scriptura ſacra, propterea quod dicat D. PAVLLVS (1. *Cor. XI.*) *probet autem &c.* At illi quia non poſſunt negare, PAVLLVM exigere aliquam praeparationem, ſive probationem a Chriſtianis, ne adcedant indigne, dixerunt nos falſo traxiſſe illud teſtimonium D. PAVLLI ad tormenta noſtrarum Confeſſionum. Ita enim loquuntur *Calviniani*, & adnotant in illum locum: PAVLLVS, inquiunt, *non exigit a nobis iſta noſtra tormenta, ut octo diebus ante ſimus anxii, & ſolliciti ad faciendam confeſſionem, & poſtea inſuſurremus aliqua verba in aurem Sacerdotis, & poſtea tuti adcedamus ad communionem*. Itaque duo reprehendunt. Primum quod trahamus illud D. PAVLLI teſtimonium ad confeſſionem, quae ante communionem facienda eſt; alterum, quod tuti, & ſecuri adcedamus. Quod adtinet ad primum, illi ſolent dicere (quia non poſſunt negare aliquam praeparationem neceſſariam) praeparationem antecedentem primum debere eſſe fidem & poenitentiam; fidem, quod nemo poſſit appellari dignus ſumendo Corpori Chriſti, niſi credat eſſe Corpus Chriſti etiam praeſens, quod illorum nonnulli dicunt; ſed hac ratione nos magis parati adcedimus, quam ipſi, qui non credunt Corpus Chriſti eſſe praeſens in Euchariſtia. Deinde ſi dicant Corpus eſſe praeſens in Euchariſtia, & propterea ſe tantum fidei adferre, quantum nos, non negamus eſſe opus fide adcedentibus ad Communionem, ſed dicimus, fidem eſſe rem generalem, & neceſſariam in omnibus etiam noſtrae Religionis myſteriis, & D. PAVLLVS illo loco loquitur cum Chriſtianis, qui habebant fidem, & quos ſupponit credere. Itaque fides ſupponitur, & debet

debet eſſe ante praeparationem illam, quam D. PAVLLVS exigit ad Communionem. Sed tamen quanta fide debemus adcedere ad communionem? Hunc uſum adfert ſecum frequens communio, ut excitet, corroboret fidem, & credo unam ex cauſſis potiſſimam, ob quam nulla pars fidei Chriſtianae magis elanguet, quam fides erga ſacram Euchariſtiam, fuiſſe, quod homines valde negligenter communicabant. Nam quum non ſumerent medicinam, qua confortatur & corroboratur fides, exorta eſt haereſis contra hanc ipſam medicinam, ut illam nobis eriperet. Ergo debemus, quanta maxima fide poſſumus, adcedere ad communionem. Dicam etiam hoc. Sunt quidam nimis religioſi, & timidi, qui quia ſunt bona quadam natura, & quum volunt adcedere ad communionem venit illis in mentem mala quaedam cogitatio, non adcedunt; ſed male faciunt. Nam ſi propter nimiam tentationem, vel cogitationem debemus deſiſtere, vehementius nobis injiceret ille daemon cogitationes, ne unquam adcederemus. Itaque non propterea debemus deſiſtere, quia ſtatim animadvertendum eſt, an culpa ſit in te, an extrinſecus veluti obtrudatur illa cogitatio, & dubitatio. Sunt alii, qui dicunt: *Ego videor mihi non habere fidem, vel non credere*, quibus ego ſoleo dicere: *Et velles tu habere?* & ſi dicat *ita*, *ſatis fidei habes*, quia qui vult credere, credit ſatis; ſed illi, qui nolunt credere, etſi videantur ſibi habere fidem, non habent ſatis fidei. Itaque alter videtur ſibi non habere fidem, & habet magnam fidem; ſed tamen quia habet cor tenerum, impeditur hujuſmodi cogitationibus; alter videtur ſibi habere magnam, & nullam habet.

IV. Quod adtinet ad poenitentiam, quae eſt altera praeparatio judicio illorum, nos illam ipſam revocamus ad Confeſſionem. Nam quum communicare ſit actus publicus Chriſtiani, quia omnes unimur in illo Corpore, quotquot de illo pane edimus, neceſſe eſt, ut judicium, an ego ſim dignus, an indignus, ut communicem, non ſit meum, ſed Eccleſiae, quia eſt actus publicus. Summa rei eſt. Nos dicimus poenitentiam eſſe agendam a Chriſtianis, quemadmodum a Chriſto inſtituta fuit. Chriſtus inſtituit, ut diceretur Eccleſiae, *dic Eccleſiae* (MATTH. XVIII.) Eccleſia dicit, ut confiteamur Sacerdoti, & agamus poenitentiam ab illo praeſcriptam, non a nobis, & propterea poenitentia ante communionem agenda revocatur ad

Confeſſionem. Dicam hoc loco, quo pacto debeamus etiam nos adcedere ad Communionem. Noſtri homines ſatis paratos ſe adcedere ad Communionem putant; & ideo dederunt adverſariis occaſionem calumniandi, ſi ſtatim poſt Confeſſionem & quum nondum egerint poenitentiam in Confeſſione injunctam, adcedant; ſi enim poenitentia poſt Communionem agatur, hoc eſt ordinem pervertere. Nam poenitentia ideo eſt inſtituta, ut ſit quaſi lotio, & purgatio a peccatis, ut digni poſſimus adcedere ad Communionem; ideo dicitur: *Lavamini, & mundi eſtote, qui fertis vaſa domini*. Itaque mihi non placet conſilium Sacerdotum, qui poenitentiam poſt Communionem injungunt agendam, quamvis non ſit neceſſe, ut ſemper antecedat. Neque placet mihi conſuetudo eorum, qui veniunt, ut ſaepe fit, cincti ſuo gladio die Reſurrectionis, ut confiteantur, quum uno anno ante non fuerint confeſſi, & habeant aliqua peccata non levia, & ſtatim adcedunt ad Communionem; quod certe eſt illotis manibus adcedere: & quum id conſidero, videor mihi videre homines populares, qui tranſeuntes, ſi videant ſaburram, ſolent dicere (*allons boire*), & ſtatim atque biberint, diſcedunt. Ita iſti veniunt imparati, confitentur, & ſtatim veniunt ad Communionem, quod videtur mihi indigniſſimum. Propterea ſoleo tantopere monere, ut initio Quadrageſimæ ad Confeſſionem adcedant. Nam propterea eſt inſtituta Quadrageſima, ut in illa tota poenitentiam agamus; ut in die Paſchae ad Communionem digne adcedamus.

Nec tamen Confeſſio nos ſecuros reddit ad mentem Calvinianorum nobis calumniantium

V. Quod autem dicunt, nos ſtatim poſt Confeſſionem ſecuros ad Communionem adcedere, reſpondeo. Si nos eſſemus tam haeretici quam ſunt illi, diceremus, licere nobis ita ſecuros adcedere, quia illi dicunt, fidem eſſe perſuaſionem hujuſmodi, quam qui habet, certus ſit ſibi remiſſa peccata; quod tamen nos non dicimus; ſed ſi diceremus, nihil diceremus alienum a doctrina illorum, & propterea immerito nos reprehenderent, quod ſecuri de remiſſione peccatorum ad Communionem adcederemus. Dicent fortaſſe, non reprehendere, quod quovis modo confidamus, nobis remiſſa eſſe peccata; ſed quia confidamus remiſſa eſſe per Confeſſionem. At quid miraris haeretice? Non vis, ut credam verbo Dei? quare tu credis certo tibi remiſſa peccata? Dices propter illam promiſſionem Dei: *qui crediderit &c.* Ecce tibi aliam promiſſionem in Scriptura:

quo-

quorum remiſeritis peccata &c. & ſi propter illam promiſſionem certo credis, tibi eſſe remiſſa peccata per fidem; propter ſimilem promiſſionem poſſumus nos credere certo nobis remiſſa peccata per Confeſſionem. Quod tamen non dicimus, ſed docemus Chriſtianos, non ut certo ſibi perſuadeant, certo ſibi remiſſa peccata, ſed ut timeant, & revereantur, & ita adcedant ad Communionem cum timore, & tremore, memores illius: *Nemo ſcit, an odio dignus, an gratia.*

II. *Secunda Praeparatio*, IEIVNIVM.

I. SEcunda praeparatio erat jejunium. Hoc mihi placuit in Eccleſia *Gallicana*, quod non eſt in more apud alias Eccleſias. Solent fere omnes, antequam communicent, jejunare duobus aut tribus diebus, quæ certe conſuetudo eſt laudabilis. Ergo praeparatio erat, ut nemo niſi jejunus adcederet ad Communionem. Hoc diſcimus ex TERTVLLIANO (*Lib. II. ad uxorem*) ubi ſic ait: *Non ſciat maritus, quid ſecreto ante omnem cibum guſtes*. Denique pleni ſunt libri antiquorum auctorum teſtimoniis; ſed ſatis erit una AVGVSTINI epiſtola CXVIII. ubi diſertis verbis ait, hanc eſſe univerſae Eccleſiae traditionem, ut Chriſtiani jejuni ad Euchariſtiam adcedant. Et quamvis non trahat exemplum ab Apoſtolis, tamen (quod eſt valde notandum) non quidquid actum eſt in ultima coena Chriſti, trahendum eſt in exemplum, quia ſequeretur, Euchariſtiam non debere dari niſi poſt coenam; ſed, ut AVGVSTINVS dicit, Eccleſia voluit tribuere hunc honorem Corpori Chriſti, ut nemo niſi jejunus poſſit communicare. Cauſſam autem, propter quam Chriſtus Apoſtolis non jejunis, ſed coenatis ſuum Corpus dederit, AVGVSTINVS dicit fuiſſe, quod Chriſtus vellet imprimere animis illorum extremum illud factum ſuum plenum amoris, & caritatis. Nam ſi ante coenam hoc feciſſet, forte obliti fuiſſent; ideo paullo antequam duceretur ad mortem, Sacramentum hoc inſtituit. Videbatur enim plurimi referre, quo tempore inſtitueret, quia tenacius ſolent memoriae noſtrae inhaerere, quae paullo ante mortem ab aliquo diſcimus. Sed quia ea cauſſa in nobis non habet locum, ut Euchariſtiae plus honoris tribueretur, cenſuit Eccleſia Chriſtianos jejunos communicare debe-

Jejunii naturalis ante Communionem ſervandi antiqua conſuetudo.

Digitized by Google

debere, ut dicit AVGVSTINVS. In Concilio VII. *Toletano* (*Cap. II.*) prohibitum eſt Sacerdotibus, qui aliquid bibiſſent, celebrare: & ſolent dicere Scholaſtici, duplex eſſe jejunium, jejunium *naturale*, & *Eccleſiaſticum*. *Naturale* jejunium eſt, nihil edisse, vel bibiſſe; *Eccleſiaſticum* vero ſemel in die manducaſſe. Itaque qui pranſus eſſet, ſi nonniſi ſemel ederet, eſſet jejunus jejunio *Eccleſiaſtico*, ſed non *naturali*. *Naturale* autem jejunium erat, quod requirebatur ante Communionem. Itaque in Concilio *Salenguſtadienſi Germanico* (*Cap. IV.*) fuerunt duo de Euchariſtia conſtituta; alterum, ne ullus Sacerdos, ſi bibiſſet aliquid poſt galli cantum, celebraret Miſſam die ſequenti [32]; alterum eo quod viderentur multa miracula fieri ad praeſentiam Euchariſtiae, & ſolerent imperiti quidam Sacerdotes, quum erat incendium aliquod in civitate, projicere Euchariſtiam in ignem, hoc graviter eſt reprehenſum.

Excepta tamen in quibuſdam Eccleſiis Feria V. hebdomadae Sanctae.

II. Ex hac autem regula, & traditione adcedendi jejunos ad Euchariſtiam excipiebatur feria quincta [malo dicere feria quincta, quam die Jovis] magnae hebdomadae, quae tunc vocabatur *hebdomada magna*, nunc *Sancta* dicitur. Itaque feria V. ſolebant Chriſtiani in nonnullis locis non jejuni, ſed pranſi communicare, ut magis viderentur referre exemplum Chriſti, qui Apoſtolis jam coenatis dederat Corpus ſuum. Diſcimus hoc ex multis Conciliis antiquis, ex Concilio III. *Carthaginenſi* [*Can. XXIX.*] ubi decernitur, ne Sacramentum altaris ab aliis ſumatur, niſi a jejunis, excepto uno die, quo Coena Domini anniverſarie celebratur. Idque poſtea confirmatum fuit in Concilio *Matiſconenſi* (*Can. VI.*), & AVGVSTINVS idem confirmat [*epiſt.* CXVIII.] quamvis dicat, non eſſe univerſae Eccleſiae conſuetudinem, ſed id fieri dumtaxat quibuſdam in locis. Hinc factum eſt, ut aliqui Chriſtiani totam quadrageſimam jeju-

(32) Illud in Canone hoc obſervatione dignum eſt, quod quum ineunte XI. ſaeculo, quo Synodus *Salenguſtadienſis* habita eſt, nondum per horologia nocturnas horas deſignare moris eſſet, in eo ſtatuitur, ne quiſquam, qui poſt galli cantum bibiſſet, Miſſam celebraret tum per aeſtatem, tum etiam per hyemem, etiamſi hiberno tempore galli cantus mediam noctem non recte indicet. Vide LONGVEVAL (*in hiſt. Eccleſ. Gallic. T. VII. p.* 168). Porro de veterum ante communionem jejunio aliqua invenies apud GRANCOLASIVM (*Anc. Sacram. T. I. p.* 338. *ſeqq.*) & apud BONAM (*Lib.* 1. *Rer. liturg. cap. XXI.* §. 1. & 2.)

jejunarent, illo tamen die Jovis non jejunarent, ſicut nunc diebus dominicis, ut poſſent bene exprimere factum illud ultimum Chriſti. Id colligimus ex Canonibus Synodorum *Graecarum*, quas collegit D. MARTINVS *Braccarenſis* Epiſcopus [*Can.* 1.] & ex ſexta Synodo *Conſtantinopolitana* (*Can.* XXIX.)

III. Ad haec fuit etiam alia conſuetudo, quae tamen non duravit diu, ut Sacerdotes facturi rem ſacram pro defunctis ſepeliendis, qui poſt prandium diſceſſiſſent, non dubitarent poſt prandium celebrare. Hoc factum fuiſſe aliquando conſtat ex II. Concilio *Braccarenſi* (*Can.* 10.) ubi id reprehenditur, & jubentur Sacerdotes ſine Miſſa facere preces pro defunctis poſt prandium, ſed Miſſa ſequenti die a jejuno celebretur.

Quod aliqui ad dies traxerunt, quibus ſepeliendi forent defuncti poſt prandium

III. *Tertia Praeparatio, abſtinentia a conjugio.*

I. Tertia praeparatio erat, ut conjuges per aliquot dies, antequam ſumerent Euchariſtiam, abſtinerent ab uxoribus ſuis, & quodam in loco hac de cauſſa excitatae fuerunt tragoediae, quia bonus quidam Sacerdos conſuluerat hoc mulieri. Et certe parum decens eſt a lecto uxoris venire ad Communionem, *quia diſcedis a latere uxoris, & adcedis ad latus altaris*, ut ait D. HIERONYMVS. Dicet aliquis: atqui res uxoria eſt honeſta. Fateor certe. Non enim hoc dicitur, quaſi nuptiae damnentur, ſed quia inter illas multa irrepunt non ſatis honeſta, & vix eſt milleſimus quiſque, cui hoc non adcidat; propterea tribus, aut quatuor diebus ante Communionem ſolebant olim Chriſtiani abſtinere, & ſeparare ſe a conjugibus. Hoc ſumitur ex Concilio *Eliberino*, quod decretum non eſt in decretis Concilii, ſed citatur a GRATIANO (*de conſecr. diſt. II. Can. omnis homo*); & ex Concilio *Cabilonenſi in Gallia* ſub CAROLO Magno (*Can.* 41. & 46.) Idem fuit renovatum, & conſtabilitum, ut per dies quatuor conjuges a conjugibus abſtinerent ante Communionem (33). Deinde D. HIERONYMVS *in apologia pro libris ſuis* adverſus IOVINIANVM tractans illum locum PAVLLI 1. Cor. VII. *Nolite invicem fraudare*, dicit:

Abſtinentia a conjugio alia ad Communionem praeparatio erat apud Veteres Chriſtianos, eaque juſtiſſima.

(33) EGBERTVS *Eboracenſis* in *Exceptis* (*cap.* CXIX.) antiquum Canonem refert hujuſmodi: *Qui in matrimonio ſunt, abſtineant ſe per tres noctes, antequam communicent, & unam, poſtquam communicaverint.*

dicit: *ſancte, ut certe ſolet omnia*, PAVLLVS *Apoſtolus* dicit; *quod quum viri coëunt cum uxoribus, non poſſunt orare*. Quare ſi quod minus eſt, orare ſcilicet impeditur propter conſortium uxoris, quanto magis impeditur facere, quod eſt majus, ideſt communicare? Et PAVLLVS vult, ut quum conjuges volunt orare, ex communi conſenſu abſtineant ad tempus; ergo multo magis vult, ut abſtineant, quando ſunt communicaturi. Idem docet D. AVGVSTINVS (*Serm. II. de tempore*), & [*Serm. CCXLIV.*] ſcribit, ſe adhortari ſolitum conjugatos, ut abſtineant a conjugibus, quum ſunt communicaturi.

Hinc qui recens conjugati erant primis decem diebus a Communione arcebantur.

II. Propterea uſitatum fuit in antiqua Eccleſia, ut qui erant recens conjugati, primis decem diebus non adcederent ad Communionem, quemadmodum in antiqua lege novis conjugatis dabatur unus annus, ut vacarent rei uxoriae; itaque permittebatur illis non ire ad bellum primo anno, quo conjugati erant. Ita recens conjugati in Eccleſia Chriſtianorum non poterant communicare, niſi poſt decem dies. Auctor eſt idem AVGVSTINVS (*Serm.* CCXLIV. *de tempore*). Et certe non erat mala conſuetudo, quia conſentanea eſt illi loco *Exod.* XIX. (Hoc enim ſumptum fuit ex veteri lege XIX. *Exod.*] *Eſtote parati in tertium diem, & ne adpropinquetis uxoribus veſtris*. Deinde illa altera lege, qua prohibebantur edere panes propoſitionis, qui ab uxorum amplexu non abſtinuiſſent, ut patet lib. I. *Reg. cap.* 21. ubi ABIMELECH interrogat DAVIDEM, an eſſet mundus ab uxoribus (34).

Uti & qui eſſent polluti, etiam citra culpam.

III. Deinde ſolebant arceri a ſacrificiis, qui eſſent polluti, atque hoc fuit valde uſitatum inter Chriſtianos. Nam qui etiam citra culpam polluti eſſent, non adcedebant ad Communionem; & certe placet mihi, ut ita fiat, quia qui pollutus adcedit, non ſatis reverenter adcedit, quia res ſemper fert aliquid ſecum ſubturpe. Id fuiſſe uſitatum apud Chriſtianos diſcimus ex D. AVGVSTINO in illo ipſo ſermone CCXLIV., & ex GREGORIO *Magno in ult.* lib. Regiſtri *in reſponſionibus ad* AVGVSTINVM *Can-*

(34) Hinc *Bituricenſe* Concilium a. MDLXXXIV. (neque enim Eccleſia unquam a commendanda, quae Communioni praemitteretur, conjugii intermiſſione deſtitit): *Moneantur*, inquit, *conjugati, nonniſi praeparati aliquot dierum continentia ad Euchariſtiae ſumptionem adcedere, inſtar DAVIDIS, qui nonniſi adcedente trium dierum continentia panibus propoſitionis uſus eſt.*

Cantuarienſem Epiſcopum (dico Epiſcopum, quia tum nondum erat Archiepiſcopus) *in reſponſione* 10. Fuerat inter cetera interrogatus GREGORIVS, an liceret ſacrificare illi, qui nocte praecedenti in ſomnis pollutus fuiſſet. Reſpondet GREGORIVS, ſi illa res adciderit nulla culpa præcedente, ut ſi non plus nimio ediſſet, aut bibiſſet die præcedenti, aut nimis libere verſatus, & loquutus eſſet cum mulieribus, poſſe illum communicare, ſi res poſtularet, alioquin etiamſi citra culpam id adcidiſſet, abſtineret a Communione. Hoc acerrime obſervatum fuit olim inter antiquos Monachos. Nam PALLADIVS (*Cap.* 22. *hiſt. Sanctor.*) deſcribens vitam MOYSIS *Ægyptii*, vel *Aethiopis*, qui prius fuerat praedo, & contulit ſe ad monaſterium, & quia ita plerumque adcidit, ut qui diſcedunt ab uno vitio, in contrarium labantur, ita illi contigit. Nam poſtquam diſceſſit ab homicidio, incidit in mirabiles tentationes libidinis, ita ut mirum in modum nocte dieque vexaretur. Itaque angebatur, nec audebat communicare. Tandem hoc declaravit optimo cuidam ſeni, cui bonus ſenex: *nihil cures*, inquit, *nam daemon vexat te nunc pro illo antiquo peccato*, & perſuaſit illi communicare, & ita curatus eſt. Simile quiddam ſcribit de quodam DIOSCORO, qui curam habebat Monachorum, cui datum fuerat munus prophetiae; quapropter quum videbat aliquem adcedere ad Euchariſtiam, qui pollutus fuiſſet; eum amovebat ab Euchariſtia dicens: *Quomodo adcedis huc tu, qui habuiſti hoc & hoc ſomnians, & pollutus fuiſti præcedenti nocte*? Et ut magis mireris antiquorum religionem, non ſolum hoc impediebat eos a Communione; ſed etiam legimus, illos propter turpes cogitationes communicare non fuiſſe auſos, ut idem PALLADIVS (*cap.* 75.) refert de quodam EVLOGIO, cui quum datum eſſet donum prophetiae, removebat a Communione eos Monachos, quos turpibus cogitationibus implicatos fuiſſe animadverterat.

IV. Ceterum nunc data occaſione de hujuſmodi pollutionibus nonnihil dicam, ſi caſtis auribus audiatis. Nam caſtus animus omnia audit, libidinoſus vel minimo verbo excitatur, & vulneratur. Quapropter D. PAVLLVS, qui agebat cum profanis, ita de iis rebus loquitur, ut nemo vix tam aperte loqui auderet de re uxoria, ut quum dicit: *Vir uxori debitum reddat, & nolite fraudare invicem, & unuſquiſque videat, quo-* *Polutionum varia genera diligenter notanda.*

modo vas ſuum poſſideat: ergo exemplo illius poſſumus aliquid dicere. Hujuſmodi autem pollutiones ſolent adcidere duobus modis; uno omnino naturaliter, ita ut nihil habeat moris, nihil libertatis: aliquando vero habet aliquid moris, quamvis adcidat homini invito, ideſt dormienti. Naturaliter item duobus modis; aliquando ita naturaliter, ut adcidat ſine ullo inſomnio, aliquando cum inſomnio. Sine inſomnio, idque duobus de cauſſis. Prima, quia natura eſt nimis onerata, & quia ratione fraenatur, dum vigilamus, quum in ſomno ſe liberam videt, exonerat ſe illo modo, & hoc adcidit ſine culpa; aliquando e contrario adcidit propter debilitatem. Itaque adcidit, ut multi experiantur ſe frequentius incidere in hujuſmodi pollutiones, dum jejunant, adeo ut putent nocere jejunium; ſed non eſt ita. Nam quia conſuevimus aliis noctibus cœnare, & nunc non ita, propterea ex imbecillitate hoc adcidit. Itaque natura hujuſmodi pollutiones poſſunt adcidere ſine culpa. Aliquando adcidit, quod eſt mirum, neque ex cogitatione ulla, neque ex verbis praeteritis, ſed ex negligentia, & remiſſione animi, quia dum vigilavimus, non habuimus animum ſatis clauſum, adeo ut aliquando aliqua libido percuſſiſſet te, ideo poſtea noctu equus ſive natura (ut ſolent facere bubones & animalia lucifuga) excitat ſe, & hæ pollutiones videntur non eſſe culpae, quia adcidunt in ſomnis, tamen non carent culpa, & ſunt confitendæ. Ad hæc legimus apud eumdem AVGVSTINVM (*loco citato*) mulieres menſtruatas non adceſſiſſe per aliquot dierum ſpatium ad Eccleſiam, multo minus ad Communionem, quemadmodum in veteri Teſtamento neque menſtruatæ mulieres, neque polluti ad ſacrificia admittebantur, ut videre eſt *Deuteron.* XXIII. & *Levit.* XV. Similiter puerperæ, quod etiam hodie fit nonnullis in locis, uſque in XIV. vel XV. diem in Eccleſiam non ingrediebantur, ut idem AVGVSTINVS ait, neque matrimoniati. Hinc itaque videmus, quod multæ requirebantur ab antiquis Chriſtianis præparationes ante ſacram Euchariſtiae communionem. Hæc igitur ſint dicta de Praeparatione. Dicamus nunc de ritibus communicandi.

TER-

TERTIA QVAESTIO

De ritibus communicandi.

Primus communicandi ritus, quod ad miniſtros adtinet.

I. Ritus communicandi erant multi. Primus erat quod adtinet ad Miniſtros, ut Sacerdos daret Corpus populo, & Diaconus Sanguinem. Hoc eſt apud CLEMENTEM (*Lib. VIII. Conſtit. cap.* 20.) & indicat CYPRIANVS (*Serm. V. de Lapſis*) quum ait, diaconum porrexiſſe Sanguinem illi puellæ, poſteaquam a Sacerdote Corpus adcepiſſet (1). Quapropter hoc, quod faciebat diaconus, vocabatur *conſummare ſacrificia altaris*, & inde relictum eſt nomen, quia vulgo dici ſolet: *nondum conſummavit Sacerdos*, videlicet quum ſanguis non eſſet a Sacerdote ſumptus. *Conſummare* autem dicebatur, quia hoc Sacrificium conſtat ex duabus partibus, Corpore nimirum, & Sanguine Chriſti, & propterea dicebatur *conſummatio*, quia ſumpta una parte nondum erat conſummatum, niſi altera conſummaretur. Eodem modo dicebatur *confirmatio*, & Diaconus *confirmare* porrigendo calicem iis, qui Corpus jam ſumpſiſſent, ut conſtat ex antiquo Libello ordinis Romani: *Diaconus*, inquit, *ſtans juxta chorum altaris confirmat calice, quos communicavit Sacerdos* (2). Quapropter ad hunc modum emendandum eſſe credo hunc locum in AMBROSII Lib. I. *Officior. cap.* 41. ubi narrans hiſtoriam LAVRENTII Martyris, quum duceretur

 ad

(1) Nec tantum ſanguinem, ſed aliquando Corpus quoque Chriſti tradebant diaconi communicantibus. IVSTINVS (*Apol. II.*), & Concilium *Ancyranum* (*Can.* 2.) hunc morem aperte indicant. Sed a Concilio *Nicaeno* (*Can.* 18. *al.* 16.) *Arelatenſi* II. (*Can.* 15.) & *Carthaginenſi* IV. (*Can.* 38.) vetitum fuit, ne diaconi aut Presbyteris traderent Corpus Chriſti, aut aliis traderent, praeſente Presbytero. Manſit tamen diaconis jus tradendi calicis ſaltem *Romæ*, in *Hiſpania*, & in omni *Occidente*. Vide S. ISIDORVM (*de officiis Lib. II. cap.* 8.)

(2) Immo idipſum ordines *Romani* de Pontifice indicant; ordo primus, quum ait apud MABILL. (*p.* 14.) *& Pontifex confirmatur ab Archidiacono*; tertius quoque (p. 55.) *Et ipſe Pontifex confirmatur ab Archidiacono de calice Sancto*. Quid hoc porro ſit, clarius ordo VI. explicat: *Ipſe autem diaconus*, inquit, *tenens calicem, & fiſtulam, ſtet ante Epiſcopum, uſque dum ex Sanguine, & Corpore Chriſti quantum voluerit ſumat, & ſic calicem, & fiſtulam Subdiacono commendet*. Confer HONORIVM *Auguſtodunenſem*,

ad Martyrium SIXTVS Pontifex, & hoc videret LAVRENTIVS, clamavit: *quo pergis ſine filio pater?* & addit, *cui commiſiſti Sanguinis Chriſti conſecrationem*; quo in loco eſt mendum. Nam diaconum Sanguinem conſecraſſe alienum eſt ab omni conſuetudine, & nuſquam legitur. Itaque pro *conſecratione* reponi debet *diſpenſatio*, aut *conſummatio*. Et ita legendum eſſe ex verbis ſequentibus colligitur, quia ſtatim ſequitur, *quia conſummandorum Sacramentorum*, quod dicitur propter eum morem diſtribuendi Sanguinem Chriſti populo per manus diaconorum (3).

II. Se-

---

(3) Ac *diſpenſationem* quidem heic BARONIVS quoque legendum exiſtimavit, eamque lectionem *Romani Ambroſianorum* operum Editores propoſuerunt, eamque acta S. LAVRENTII a *Iacobo* IANVENSI conſcripta, ac *Norimbergae* a. MCCCCLXXXVII. vulgata, itemque S. SIXTI vita, tum quae apud LIPOMANVM excuſa eſt, tum quae in antiquiſſimo ſupra DCCC. annos *Foſſatenſi* Codice exſtat, plane confirmant. Verum MAVRINI *Ambroſianorum* operum Editores ex veterum MSS. exemplorum fide *conſecrationem* eo loco apud AMBROSIVM legi jubent. Neque eſt, cur hac lectione (ſi omnino placeat) terreamur. Nam *conſecrationis* & *diſpenſationis* verba idem heic deſignant, diaconi nempe Miniſterium Pontifici celebranti adſiſtentis, & populo ſacra diſtribuentis. Sic AVGVSTINVS (*Serm. CCCIV.*) ait: LAVRENTIVM Romae *diaconi officium geſſiſſe, ibi ſacrum Chriſti ſanguinem miniſtraſſe*. Et Patres *Hiſpani* in Miſſali Mozarabum, *cui* XISTVS *cuncta Myſteriorum miniſteria tranſigenda commiſerat*. Vide Cl. *Ioſeph.* BLANCHINIVM in adnotationibus ad libellum *Orationum antiquiſſimi ritus Gothico Hiſpani* (*Tom. I. oper. Car.* THOMASII *pag. CCXCI.*) Nempe, ut recte monet *Angelus* DE NVCE (*ad Chron. Caſſin. num.* 1816.) CONSECRATIO ibi ab AMBROSIO dicta non reſpicit Corpus Chriſti verum, ſed Corpus Chriſti myſticum; hoc eſt fidelem populum, qui a diacono propinante, ac illis diſpenſante Sanguinem Domini, ſanctificatur, & conſecratur. Ideoque Eccleſia ſpiritu Chriſti edocta, quod AMBROSIVS dixit CONSECRATIONEM, legendum in Eccleſiaſtico officio aliquando propoſuit DISPENSATIONEM; diſpenſando quippe diaconus conſecrat populum, & ut ſupra confirmat, non ſacramentaliter, ſed miniſterialiter. Dixi *aliquando*, nam in aliquibus Breviariis legitur *conſecrationem*. Luculentum huic interpretationi teſtimonium perhibet ANSELMVS (*in cap. II* LVCAE): *Poteſt etiam*, inquit, *puer iſte, qui in templo introducitur, illos nunc ſignificare, qui ad fidem venientes, in Eccleſiam inducuntur, ut conſuetudinem legis obſervent, quia expleta in Baptiſmo purgatione, introducunt eos ad ſanctum Altare conſecrandos ut victima divinae Euchariſtiae.* Quibus ANSELMI verbis nihil ad rem confirmandam validius. Et quidem ſi unctio Epiſcopalis *conſecrare* dicitur Sacerdotes, quin etiam calices, Eccleſias, lapides, quanto magis Communio Corporis, Sanguiniſque Sanctiſſimi, quibus ipſa Sanctitas ſubſtantialis hypoſtatice unita eſt, conſecrandi,

&

II. Secundus ritus erat, ut Sacerdos, quum porrigeret Euchariſtiam populo, diceret *Corpus Domini*; diaconus autem *Sanguis Domini*, & populus, qui adciperet, reſpondebat *Amen.* Hoc conſtat ex multis antiquis. Primum ex CLEMENTE (*loco citato*) ex CYRILLO *Hieroſolymitano* (*Catecheſi 5.*), & ex AMBROSIO (*Lib. IV. de Sacramentis cap. 5.*) *quia dicit tibi Sacerdos*, inquit, *Corpus Chriſti*, *& reſpondes Amen. Quod lingua confitetur, teneat adfectus*, quod ſane magnum eſt argumentum ad probandam auctoritatem Corporis Chriſti. Et Leo Papa [*Sermone VI. de jejunio ſeptimi menſis*] idem dicit: *Hoc enim ore ſumitur, quod fide creditur. Nam fruſtra ab illis Amen diceretur, a quibus contra diſputatur* (4). Deinde adjecta ſunt alia verba, ut non tantum Sacerdos diceret *Corpus Domini*, ſed adderet *Corpus Domini noſtri* IESV *Chriſti cuſtodiat corpus tuum & animam tuam in vitam æternam* [5]. Ubi diſplicet mihi, quod quidam Sacerdotes dicunt, quum Euchariſtiam porrigunt (6), *Corpus*, & *Sanguis*, quaſi velint hoc ipſo oſtendere, ſub altera ſpecie eſſe etiam Sanguinem, & propterea verum Sacramentum. Nam etſi hoc verum eſt, non videtur propterea in Eccleſia novus mos introducendus. Itaque dicendum eſt tantum: *Corpus Domini*, & non *Corpus*, *& Sanguis Domini*.

II. Ritus quod ſpectat ad verba in communione prolata.

III. Tertius ritus erat, ut Euchariſtia laicis etiam in manus traderetur, ut ſignificavit TERTVLLIANVS [*Lib. de ſpectaculis*, & ex CYRILLO conſtat (*loco citato*) ubi dicit etiam aliquid ſingulare, quod pertinet ad hunc ritum; *quum*, inquit, *adcedis ad Communionem, noli adcedere expanſis manuum volis, neque disjunctis digitis, ne inhoneſte ſumas Euchariſtiam, ſed ſiniſtra manu velut ſedem quamdam ſuppone dextrae, quae tantum Regem ſuſceptura eſt, & concava manu ſuſcipe Corpus Domini*: & ille fuit antiquior HIERONYMO, & AVGVSTINO. Idem con-

Euchariſtia Laicis etiam in manus tradita.

& ſanctificandi virtutem habere dicenda erit? „ Confer CIAMPINIVM (*de azym. & ferm. cap. 10.*) & BONAM (*Rer. liturg. lib. I. cap. XXV. §. 4.*)

(4) Alia, ſi placet, in hanc rem teſtimonia vide apud BONAM (*Lib. III. cap. 17. §. 3.*)

(5) Varias, quibus in Euchariſtiae traditione majores noſtri uſi ſunt, formulas vide apud GRANCOLASIVM (*Anc. Sacram. P. I. p. 326. ſeqq.*) & GEORGIVM (*Lib. IV. cap. XIX. n. 7. ſeqq.*)

(6) Haec, de qua MALDONATVS queritur, formula exſtat in Miſſ. *Illyrici*. Eam quoque MICROLOGVS (*cap. XXIII.*) adfert.

confirmatur ex CHRYSOSTOMO [*Lib. III. de Sacerd.*]: *Qui ad dexteram Dei ſedet, in terris omnibus pertractatur, quia omnis populus ſumebat in manus Corpus Domini* [7]. Ceterum non poſſum non ridere PETRVM MARTYREM, qui quum ei hoc teſtimonium ex CHRYSOSTOMO obijceretur ad probandam praeſentiam Corporis Chriſti in Euchariſtia reſpondit: *immo*, inquit, *ego interrogo vos, quomodo audetis citare in veſtram ſententiam? quum dicat Corpus Chriſti omnium manibus pertractari, & vos non permittatis vel tribus digitis quemquam adtingere praeter Sacerdotes*. Verum ſi dicis figuram pertractari omnium manibus, non eſt miraculum. Quod autem nos prohibeamus omnibus manibus pertractari Corpus Chriſti, factum eſt alia de cauſſa. Nam id factum eſſe conſtat, quia, ut habemus ex D. AVGVST. (*Serm.* CCXLIV. *de tempore*) laici, qui ſuis manibus adcipiebant Corpus Domini, coeperunt eſſe arrogantes, & nimis diligentes in lavandis manibus, conſcientiam autem ſuam non mundarent; quod ibi reprehendit AVGVSTINVS (8). Et quia manibus ſumebant Euchariſtiam, liberum illis erat non edere in Eccleſia Corpus Chriſti, ſed ferre ſecum in domum, ut colligimus ex TERTVLLIANO (*Lib. II. ad uxorem*,) & ex CYPRIANO (*Serm. V. de Lapſis*) ubi recitat mulierem ex arca, in qua cuſtodiebat Corpus Domini, voluiſſe ſumere, & quia erat indigna ut ſumeret, ex arca exiliit ignis (9). Ex qua conſuetudine quia multa incommoda poterant adcidere, ut contigit *Pariſiis* ab illo *Iudaeo*, cui mulier Chriſtiana vendiderat Corpus Chriſti, ut referunt Annales; itaque in I. Concilio *Toletano* [*cap. XIV.*] conſtitutum fuit, ut nulli laico liceret Euchariſtiam in Eccleſia adcipere, & ibi non edere. Deinde illud decretum coarctatum eſt magis a Concilio *Antiſſiodorenſi*

Etiam domum deferenda.

(7) Plura ad hunc ritum confirmandum invenies apud BONAM l. c. GRANCOLASIVM *Anc. Sacram. T. I. pag.* 314. *ſeqq.* & GEORGIVM *T. III. p.* 171. *ſeqq.* Antequam autem Chriſtiani Euchariſtiam manu ſuſceptam ſumerent, ſaepe illam oculis admovebant, ipſa etiam labia & frontem divini Sacramenti contactu non raro ſanctificabant. Conſule egregias Cardinalis ANTONELLII adnotationes in S. IACOBI NISIBENI Sermonem VII. (*pag.* 248.)

(8) Confer BONAM (*Lib. II. cap. I. §. 5.*) & SALAM (*in eum T. III. pag.* 20.)

(9) Domum delatam fuiſſe a fidelibus Euchariſtiam aliis confirmari poſſet monumentis, quae congerit BONA (*Lib. II. cap. XVII. §. 4.*)

renſi [*Can.* 36.] & definitum, ne mulieres nuda manu Euchariſtiam adciperent [10]; tum poſtea quia multa irrepebant incommoda, paullatim effectum eſt, ut ne viri quidem ulla manu adciperent (11).

IV. Quod

(10) Sed linteolo adceptum ori admovebant. Diſerta ſunt CAESARII *Arelatenſis* verba (*in ſerm. olim inter* Auguſtinianos CCLII. *de temp.* nunc *in Append.* Auguſt. *CXXIX. num.* 5. *Quando ad altare* (viri) *adceſſuri ſunt, lavant manus ſuas, & omnes mulieres nitida exhibent lintea mina, ubi Corpus Chriſti adcipiant.* In MS. quidem *Floriacenſi codice* legitur: *nitida inducunt linteamina, eum Corpus &c.* Sed praeterquamquod hoc ipſum verbum vix aliud quam *adferunt*, ſignificat (quidquid BOLDETTO aliter viſum fuerit *obſervat. in coemet. Lib. I. cap.* 10.) idem CAESARIVS in Sermone de *dedicatione Templi* apud MARTENE (*Lib. II. de ant. Eccleſ. ritib. cap. XIII.*) ait: *certe & omnes mulieres, quando ad altare veniunt, linteola nitida exhibent, in quibus Chriſti Sacramenta percipiunt.* Idem Concilium *Antiſſiodorenſe* ſtatuit (cap. XLII.) *Ut unaquaeque mulier, quando communicat, dominicale ſuum habeat: quod ſiqua non habuerit, uſque ad alium diem dominicum non communicet.* Quid *dominicale* fuerit, Auctores diſputant. BARONIVS, BINIVS, aliique idem quod *Linteolum*, fuiſſe exiſtimant. Stephanus vero BALVTIVS in notis ad GRATIANVM genus quoddam velaminis ſupra caput interpretatur, ſive quo nefas eſſet feminis ad Sacram Communionem adcedere, eumque in hac ſententia confirmavit *Andegavenſis* Canonum collectio, in qua ille Canon, tamquam ex Concilio *Matiſconenſi*, ita legitur: *Si mulier communicans dominicale ſuum ſuper caput ſuum non habuerit, uſque ad alium diem non communicet.* Vide Salam in Bonam (*T. III. p.* 171. *ſeq.*) ubi BALVTII ſententiam novis argumentis propugnat.

(11) *Romae* diu ante S. GREGORII M. tempora mos obtinuerat, ut Euchariſtia in os laicorum immitteretur; ſcribit enim idem GREGORIVS in libris *dialogorum* (*Lib. III. cap. III.*) AGAPITVM Papam cuidam muto & claudo *Corpus dominicum in os miſiſſe.* In Miſſa tamen *Romani* Pontificis Presbyteri, & diaconi diu in manus ſacram Euchariſtiam adcipiebant, ſubdiaconis ore percipientibus. Ordo *Romanus V. Adcedentes*, inquit num. XI., *quoque Presbyteri communicent, quibus Epiſcopus donet Sacroſanctum Corpus in manus, eantque ad ſiniſtrum cornu altaris, oſculenturque illud, & communicent, & mox ſimiliter quoque poſt illos diaconos* (lego diacones) *communicent, & confirment.* Ordo vero VI. num. XII. haec habet: *Presbyteri vero & diaconi oſculando Epiſcopum, Corpus Chriſti manibus adcipiant, in ſiniſtra parte altaris communicaturi.* De ſubdiaconis porro addit: *Subdiaconi* autem *oſculando manum Epiſcopi*, ORE *adcipiant Corpus Chriſti ab eo.* Alibi quoque paullatim, ut ore Euchariſtia, præſertim a laicis, perciperetur, moribus, & Conciliorum decretis inductum fuit. Huc ſpectat Canon *Rothomagenſis* ſynodi, quam MABILLONIVS (Praef. in ſaec. III. Benedict. n. 76.) ad annum circiter DCCCLXXX. alii ad ann. DCL. referunt, ab IVONE laudatus: *Nulli autem Laico, aut feminae Euchariſtiam in manibus ponant* (Sacerdotes), *ſed tantum in os ejus.*

Digitized by Google

Locus communionis varius.

IV. Quod adtinet ad locum, alius locus erat laicis deſtinatus, alius feminis, alius pueris. Diſcimus ex Concilio *Remenſi* quod citatur a GRATIANO [*de conſecr. diſtinct. 2. cap. Pervenit*], & ex iis, quae de laica communione ſuperius diximus. Nam laica communio nominata eſt eo quod eſſet locus ſeparatus, in quo laici communicarent (12). Hoc tantum addendum eſt, de reliquiis, quæ ſupererant, illas tribus modis ſolitas fuiſſe ſumi. Uno modo a Sacerdotibus, qui ſacrificaverunt, vel a diaconis, qui miniſtrabant altari, quia non poterant miniſtrare, niſi eſſent idonei. Quum ergo ſupererant fragmenta quaedam, ut ſcribit CLEMENS *Romanus* (*Lib. V. Conſtit. cap. II.*) referebant in paſtophoria, & in tabernacula, quaſi in thorum ſponſi

Quid de Eucharistiae Reliquiis olim factum?

(12) Celebrans in medio altaris, alii Presbyteri in circuitu, Diaconi retro altare communicabant, ſubdiaconi, & clerici in limine Sanctuarii, ſive in choro, reliqui extra cancellos. *Graeci* Sanctuarium ingredi ſoli permiſerunt Imperatori *Can. Trullano* LXIX. At THEODOSIVM, qui ex *Graeca* conſuetudine eum ſibi locum adſumpſerat, inde amovit AMBROSIVS, & docuit, purpuram Imperatorem facere, non Sacerdotem. Hic ordo diu permanſit in *Romana* Eccleſia, ut *Latinorum* rituum Scriptores oſtendunt; deinde paullatim tum *Romae*, tum alibi mutatus eſt. Concilium *Toletanum* IV. ſub HONORIO (*cap.* 17.) Sacerdotem, & Levitam ante altare communicare conſtituit, in Choro Clerum, populum extra chorum. *Braccarenſe* I. tempore IOHANNIS III. (*cap.* 31.) ſic decrevit: *Placuit, ut intra Sanctuarium Altaris ingredi ad communicandum non liceat Laicis viris, vel mulieribus, niſi tantum clericis, ſicut & antiquis Canonibus ſtatutum eſt*. Sub eodem Pontifice celebrata in *Gallia* II. Synodus *Turonenſis*, in qua (*c.* 4.) ſancitum eſt, ne laici intra cancellos ad Miſſam ſtare praeſumant; ad communicandum vero ſtatuit, ut tam viris, quam feminis pateant Sancta Sanctorum. Ex quo adparet, eodem tempore varias de eadem re leges, & conſuetudines in diverſis regionibus exſtitiſſe. Haec BONA (*Lib. II. cap. XVII. §. VIII.*) quocum conferas velim GRANCOLASIVM (*Anc. Sacram. T. I. p.* 309. *ſeqq.*) Ordo autem communionis hic erat, ut primo quidem celebrans ſeipſum communicaret, deinde Epiſcopos, ſi qui aderant, vel Presbyteros ſimul cum eo ſynaxim agentes: tum diaconos, ſubdiaconos, & clericos, monachos, diaconiſſas, & ſacras virgines; noviſſime populum adjuvantibus Presbyteris, primum viros, poſtea mulieres. Idem in calicis diſtributione ſervabatur, niſi quod Presbyteri per ſe illum ſumebant, diaconi a Presbyteris, reliqui a diaconis, ut ex Ordine *Romano*, & ex *Graecorum* Euchologio conſtat. Utrum autem ſtantes, an genibus flexis Chriſtiani olim communicarint, non admodum explorata res eſt; plerique tamen eos ſtantes communicaſſe docent. Vide praeter GRANCOLASIVM (*l. c. p.* 312.) auctoreſque a SALA (*T. III.* in BONAM *pag.* 396.) indicatos Cl. Cardinalem ANTONELLIVM antea laudatum in S. IACOBI NISIBENI ſermonem XIV. (*pag.* 347.)

ſponſi, nempe Chriſti, & illic ſecreto ſumebant. Alio modo ſolebant conſumi, nimirum ut vocarentur pueri e media via, & mulcentes, quibus fragmenta darentur, ut conſtat ex Concilio II. *Matiſconenſi* [cap. VI.]. Alio modo [quod factum eſt, quum erant tam leves, & minutae reliquiae, ut non poſſent ſumi] ut igne cremarentur in ſacrario, & cineres juxta altare reponerentur, ut etiam hodie fit. Teſtatur HESYCHIVS hoc [*Lib. II. Commentar. in Levit. cap. VIII.*]

QVARTA QVAESTIO

Quam frequenter ſit communicandum.

Frequens Communio Chriſti inſtitutioni non repugnat.

I. Quaeſtiones ſuperiores plus habebant difficultatis, & minus utilitatis, quam haec, quae ſimul & facillima & utiliſſima eſt. Qua in re ſi quis requirat, quod aut quale praeceptum Chriſtus dederit de communione, non habemus alium locum, quam illum IOH. VI. *Niſi manducaveritis &c.* quae verba Chriſti ſimilia ſunt verbis Chriſti de Baptiſmo IOH. III. *Niſi quis renatus &c.* Itaque ſi unius, & alterius praecepti verba ſpectes, nulla videtur differentia, ideoque poſſet quiſquam cogitare; quemadmodum baptizari tantum ſemel licet, & ſicut ſatis eſt, ſemel eſſe Chriſtianum, ita ſemel communicaſſe licere, & ſatis eſſe. At non eſt ita, quia multum eſt diſcrimen inter unum & alterum Sacramentum. Nam quando Chriſtus poſtea inſtituit Sacramentum Euchariſtiae, multis rebus declaravit, aliud genus Sacramenti ſe inſtituere velle, ut ſaepius ſumeretur. Primo ſi ſpectemus naturam utriuſque Sacramenti. Natura Baptiſmi eſt ut ſit regeneratio; in Baptiſmo enim regeneratur homo in Chriſto, & quia nemo naſcitur niſi ſemel, tantum ſemel opus eſt Baptiſmo. Natura autem Euchariſtiae eſt, ut ſit cibus, & utimur ſaepe cibis; quapropter non eſſet opus aliis argumentis: nam ſpectata natura utriuſque Sacramenti ipſa te docebit, unum tantum ſemel ſumendum, alterum frequenter. Deinde ipſae res, in quibus Chriſtus hoc Sacramentum inſtituit, per ſe loquuntur, & licet mutae ſint, nos docent ſaepiſſime eſſe communicandum. Quum enim alia ſigna eſſent, in quibus hoc Sacramentum potuiſſet inſtituere, nonniſi in pane & vino, quibus quotidie alimur, inſtituit, ut ex ipſa

materia ſubjecta oſtenderet, ſe tradere nobis quotidianum cibum, & eo quotidie eſſe nobis utendum, ſicut quotidie panem edimus, & vinum bibimus. Deinde ſi verba, quibus hoc Sacramentum inſtituendo uſus eſt, ſpectare volueris, haec idem te docebunt. Nam quum Baptiſmum inſtituit, uſus eſt alia forma verborum: *niſi quis renatus fuerit &c.* non dixit *quoties*, ut in Euchariſtia. Quum autem dicit *quotieſcumque*, indicat nos ſaepe debere ſumere; quaſi non praeſcriberet certum numerum ſumptionis Euchariſtiae, immo vero ſignificaret, debere eſſe Communionem frequentem: *quotieſcumque*, inquit, nempe quo frequentius, eo melius; propterea dixit aliud verbum, quod idem indicat: *in mei memoriam facietis*. PAVLLVS quoque declarat illis verbis ex Sacramenti ſignificatione frequenter eſſe communicandum: quum de Baptiſmo loquitur ait, per eum nos *mori cum Chriſto*; ideo ſicut Chriſtus ſemel mortuus eſt, ita ſemel Baptiſmus ſuſcipiendus eſt; at de Euchariſtia non ita, ſed aperte dicit: *quotieſcumque*. Per hoc enim Sacramentum Paſſio Chriſti recolitur. Ergo quam utile eſt, ſaepe revocare in memoriam Paſſionem Chriſti, tam utile frequenter ſumere Euchariſtiam, per quam Chriſti Paſſionem recolimus, & nobis adplicamus. At quotidie revocare memoriam Paſſionis Chriſti eſt bonum; ergo bonum eſt quotidie communicare, ſi fieri poſſit.

Immo illi maxime conformis eſt.

Quod veterum Chriſtianorum exemplo confirmatur.

II. Si vero conſideremus, quid fecerint illi antiqui Chriſtiani, ſuo exemplo, & uſu nobis declarant, Chriſti conſilium fuiſſe, nolo dicere praeceptum, ut Chriſtiani uterentur Euchariſtia tamquam cibo quotidiano. Primo quidem primi illi diſcipuli Apoſtolorum docti ab Apoſtolis ſumebant quotidie Euchariſtiam. Colligitur hoc aperte ex Actis Apoſtolorum (*Cap. II.*) Nam D. LVCAS de his loquens ait, eos quidem *perſeveraſſe in fractione panis, & orationibus*; quo loco indicat D. LVCAS tam fuiſſe quotidianum Chriſtianis ſumere Euchariſtiam, quam orare; conjungit enim illa duo: *erant perſeverantes in fractione, & orationibus*; at quotidie certum eſt eos oraſſe; ergo credibile eſt, eos quotidie quoque communicaſſe. Deinde in epiſtola ad *Epheſ.* faciens obiter mentionem Euchariſtiae antiquus auctor IGNATIVS diſcipulus etiam Apoſtolorum, non praetermittit eos exhortari, ut frequenter ad Euchariſtiam adcedant: *Feſtinate ergo*, inquit, *frequenter ad Euchariſtiam, & gloriam Dei adcedere; quanto enim hoc ipſum adſidue agitur, expellun-*

luntur poteſtates Satanae, *qui arcus ſuos convertit in ſagittas invitans ad peccatum*. TERTVLLIANVS etiam antiquiſſimus (Lib. de *oratione*) exponens illa verba: *panem noſtrum quotidianum*, dixit: *Panem quotidianum petendo perpetuitatem petimus in Chriſto*, *& individuitatem a Corpore ejus*; *individuitas autem a Corpore Chriſti eſt*, *ut quotidie Corpus ejus adcipiamus*, *& ita cum illo conjungamur*. D. CYPRIANVS eodem modo (in *Lib. de oratione dominica*) exponens eadem verba, dicit, Chriſtianos petere *panem quotidianum in gratiam Dei*, *ut ſemper ſint parati ad quotidianam communionem*, ſive ut digne communicare poſſint. D. HIERONYMVS (*ep. XXVII.*) ad LICINIVM ſcribens auctor eſt HIPPOLYTVM, qui ſcripſit de *fine mundi & Antichriſto*, ſcripſiſſe integros libros de hac quaeſtione, ut quotidie Chriſtiani communicarent, & ait, hanc conſuetudinem communicandi perſeveraſſe in Eccleſia *Hiſpanica*, & *Romana*; quod & ſcribit idem Auctor in apologia pro Libris ſuis contra IOVINIANVM. D. AMBROSIVS (*Lib. V. de Sacram. cap.* 4) dicit quidem optime, & ſubtiliter: *Si quotidianus cibus eſt*, *cur poſt annum illum ſumis*? *quare in oratione Dominica illum panem quotidianum vocas*, *& poſt annum ſumis*? *adcipe quotidie*, *& ſic vive*, *ut quotidie merearis adcipere*. Et profecto qui non eſt paratus quotidie adcipere Euchariſtiam, etſi non ſit ab Eccleſia excommunicatus, ipſe tamen per ſe eſt excommunicatus; ſua enim peccata putridum membrum eum efficiunt, & ab Eccleſiae corpore divulſum. D. CHRYSOSTOMVS, quamvis in Eccleſia *Graeca* uſus communicandi minus frequens eſſet (1), quam in Eccleſia *latina*;

 ipſe

(1) Ad *Graecam* Eccleſiam ſpectant, quae paullo poſt ex PALLADIO auctor decerpſit. Sed & alia ſuppetunt teſtimonia, quae antiquioribus ſaltem temporibus oſtendant, in ipſa *Graeca* Eccleſia frequentem fuiſſe Communionis uſum. Nam ORIGENES (*hom. X. in Gen.*) ait: *Chriſtiani omni die carnes agni comedunt*, *ideſt carnes Verbi Dei quotidie ſumunt*. S. BASILIVS frequentem Communionem laudat (*ep.* CCLXXXIX.) his verbis: *ſingulis diebus communicare*, *& participem eſſe Sancti Corporis*, *& Sanguinis Domini*, *bonum & fructuoſum eſt*. Verum ceteris miſſis audiatur S.CYRILLVS *Alexandrinus* (*Lib. III. in Ioh.*) „ Intelligant quicumque baptizati ſunt, & longo temporum ſpatio eulogiam frequentare deſinunt, „ & ex eo quod nolunt ei myſtice „ communicare, damnoſum metum „ ac

ipſe tamen frequenter conqueritur ad populum ſuum, quod ipſe ſaepe celebraret, nemo tamen ad communionem adcederet; qui locus duas ob cauſſas maxime notandus eſt, per eum enim & Miſſas privatas probamus, [dicit enim nemine communicante ſe ſaepe celebrare]; & hinc uſum quotidianae Communicationis confirmamus. Hinc enim conſtat illum voluiſſe, ut totus populus communicaret quotidie. Locus eſt *homil.* LXI. ad *populum Antioch.* Idem poſtea dicit (*hom. III. in ep. ad Epheſ.*] ubi ſimiliter conqueritur eadem de re: *dic*, inquit, *mihi quaeſo*, *poſt annum communionem ſumis*; *quadragintane dies ad totius anni purificationem ſatis eſſe putas? ſed vos ſemper adcedere volo*. Et ita ille concludit: *& haec erat Sanctiſſimorum illorum patrum voluntas*, *ut totus populus quotidie communicaret*. Idem in oratione funebri in *Martyrem* PHILOGONVM, & *hom.* XXVIII. *in I. ep. ad Cor.* & *hom.* XVII. *in ep. ad Hebr.* ſubtiliter adnotavit, D. PAVLLVM nullum certum tempus nobis praeſcripſiſſe, quo communicare deberemus, niſi tempus conſcientiae noſtrae, dum ait: *Probet ſeipſum homo &c.* Si ergo quaeras, quo die debeat quiſque communicare, reſpondetur; quum probaverit ſe, tunc adcedat. Si iterum quaeras, quo tempore debet ſe quiſque probare, reſpondeo quotidie, ergo quotidie debet communicare. Nam ſi non probet ſe quotidie, alioquin eſt reprobus, profecto dicam eum malum, cujus conſcientia agitur, qui quotidie hunc Sanctum cibum ſumere non eſt dignus. D. AVGVSTINVS (*ep.* CXVIII. ad IAN.) quum propoſuiſſet, an eſſet quotidie communicandum, non quod dubitaret, quotidie eſſe communicandum, ſed quia non ubique terrarum Chriſtiani omnes communicabant quotidie, ideo de ea re differit in ea epiſtola, & cenſet conſulendam eſ-

ſe

» ac religionem praetexunt, aeterna
» vita ſeipſos excludere, dum vivifi-
» cari renuunt; & recuſationem il-
» lam, tametſi a metu & religione
» profecta videatur, in laqueum ca-
» dere, & ſcandalum: eniti quippe
» magis eos omni ſtudio, ac viribus
» deceret, ut a peccato ſtatim mun-
» dentur, honeſtum ac probum vitae
» inſtitutum amplexi, ad vitae par-
» ticipationem demum magna cum
» fiducia properent; ſed quum Sata-
» nae variae ſint ad decipiendum ar-
» tes, ad ſaniorem mentem eos re-
» vocari non ſinit; verum poſtquam
» malis eos inquinavit, ipſam quoque
» gratiam cogit exhorreſcere, per
» quam a voluptate, quae ad vitium
» inducit, tamquam a vino & cra-
» pula ad ſobrietatem revocati, quid
» utile ſit, perſpicere queant. »

ſe conſcientiam uniuſcujuſque, ſed an omnibus diebus Dominicis communicandum eſſet, non vertit in dubium; & Sermone *de Verbis Domini* XXVIII. interpretans illud *panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, exponit ſubtiliter: *adcipe quotidie*, *& quotidie tibi hodie eſt*, *& qui poſt annum tantum ſemel ſumit Euchariſtiam*, *unum tantum hodie habet*; *qui vero quotidie*, *illi hodie eſt*. Explicat deinde *hodie* eſſe *quotidie*, ſicut quum DAVID in perſona Dei Patris dicit: *Hodie genui te*: *Quoniam*, inquit, *quotidie adcipis*, *quotidie tibi ſurgit Chriſtus*, & certe qui quotidie adcipit, quam digne poteſt, quotidie juſtificatur in Chriſto. PALLADIVS in *hiſtoria Sanctorum* hunc uſum aperte indicat [*cap.* 20. 30. 33. 38. 50. 51. 61. & multis aliis locis). Duos tantum proferam; reliqui a vobis legantur. Fuit olim Monachus Sanctiſſimus, quem laudat D. HIERONYMVS, & multi alii, MACARIVS *Alexandrinus*. Adducta eſt ad eum mulier quaedam, quae per magicas artes fuerat converſa in ſpeciem equae. Ille ſtatim cognovit fraudes daemonis, & ſenſit eſſe mulierem: ille ſtatim curavit eam. Quum autem benedictionem illi daret, addidit: *Abi*, *& jam melius vive*; *cave autem*, *ne te tamdiu removeas a Communione Sanctorum*; *hoc enim tibi adcidit*, *quod jam a quinque hebdomadibus non communicaveris*. Itaque putabat ille, magnum facinus eſſe tamdiu ab Euchariſtiae communione abſtinere. Alterum eſt, quod refert de quodam Monacho, qui nihil in tota quadrageſima edebat, praeter quam quod quotidie Euchariſtiam ſumeret.

Poſtea tamen refrixit apud Chriſtianos laudabilis ille frequentis communionis ardor.

III. Poſtea vero quoniam in Eccleſia latina Chriſtiani facti ſunt remiſſiores, tantum communicabant diebus feſtis; ex quo quidem antiquo more fluxerunt conſuetudines, quae etiam nunc retinentur. Altera eſt de danda Eulogia diebus feſtis in Eccleſia. Nam quum Chriſtiani non communicarent diebus feſtis, nihilominus ne vacui ab Eccleſia diſcedere viderentur, dabatur panis conſecratus; conſecratus quidem non in Euchariſtia (2), ſed in Eulogiam, cui reſpondet Panis benedictus. De hac

(2) Licet *Eulogiae* nomen pro ipſa Euchariſtia quandoque uſurpatum reperiatur ut a CYRILLO *Alex.* (epiſt. ad NESTORIVM): *adcedimus ad myſticas Eulogias*, *& ſanctificamur*, *participes facti ſacrae Carnis*, *& pretioſi Sanguinis omnium noſtrum Salvatoris Chriſti*: & a MAXIMO Martyre (*in Cap.* [illegible]. *Eccl. Hier.*) *Elevans Sacerdos ſacrum Panem*, *oſtendebat Eulogiam dicens*, *Sancta ſanctis*.

hac re exſtat decretum PII Papae primum inter illius decreta; tum etiam hoc eſt ſtatutum in Concilio *Nannetenſi* (*cap.* 9.) & frequens eſt mentio de hac re apud AVGVSTINVM,& PAVLLINVM (3). Altera conſuetudo fuit, ut ſi Chriſtiani communicare nollent, ſaltem adeſſent Corpori Chriſti, quod oſtendebatur, & adirent Miſſam ſingulis diebus feſtis. Inde enim natum eſt in Eccleſia *latina* praeceptum de audienda Miſſa ſingulis diebus dominicis, & feſtis. Hoc colligimus ex Concilio *Agathenſi* (*can.* 47.) & ex primo Concil. *Aurel.* (cap. 22.) & III. Concil. *Aurel.* (*cap.* 28.) & ex D. AVGVSTINO ſerm. de *tempore* CCLI. quem ſermonem Petrus MARTYR confeſſus eſt, eſſe vere AVGVSTINI, ubi conqueritur, quod Chriſtiani non intereſſent diebus Dominicis Sacrificiis Eccleſiae in ſacro. Et D. AMBROSIVS primo omnium ſermone, quos unquam fecit, dicit graviter & aperte: *Quicumque fratres dominicis non intereſt Sacramentis, caſtrorum Dei deſertor*. Praeterea in Concilio *Cabilonenſi* ſub CAROLO Magno, & *Lib. I. leg. Franc. cap.* 67. ſtatutum eſt, ut omnis populus diebus dominicis, & feſtis audiret Miſſam integram, & quia erat duplex Benedictio, altera major Epiſcopi, altera minor inferioris Sacerdotis, prohibebatur populus diſcedere abſque benedictione Epiſcopi, vel ſi non erat Epiſcopus, abſque benedictione presbyteri. Ita ergo ſenſim factum eſt, ut omnes poſtea contenti eſſent, ſi audirent ſacrum, & eulogiam adciperent (4): qui autem prae ceteris religioſi erant, coeperunt communicare tantum tribus diebus in anno, videlicet Paſchae, Pentecoſtes, & Natali Domini; poſtea quum negligentia Chriſtianorum creviſſet, & id ipſum ab omnibus non fieri vidiſſet FABIANVS, praecepit, ut id fieret (*de con-*

(3) Vide de eulogiis differentem CABASSVTIVM in diſſertatione, quam T. II. *Fleuryanae* diſciplinae populi Dei recudendam curavi (*p.* 126.) & BONAM (*Lib. II. Rer. Liturg. cap. XIX.* §. 7.)

(4) Eulogias enimvero IX. quoque ſaeculo diſtributas fuiſſe Cl. CIAMPINIVS (*in conject. de Azym. & Ferm. cap. VI.*) collegit ex loco quodam RHABANI, quem in vetuſto Bibliothecae Palatino-Vaticanae codice feliciter expiſcatus fuerat. Locus hic eſt: *Licet unicuique Sacerdoti, ut ſumat de decimo ſuo, quod illi obtulit populus, & faciat azymos panes per ſingulos dominicos dies, & det populo Eulogiam in dominico die poſt Miſſam his, qui non ſumant Sacrificium Domini. Ideo debet Sacerdos Populo dare Eulogiam, qui quidem non ſunt mundi de uxoribus ſuis, ac de aliis malis operibus, ut adſumant Sacrificium Domini.*

conſecrat. diſtinct. I. Can. Etſi non) (5). Item hoc ipſum etiam conſtitutum eſt in Concilio *Eliberino*, quod citatur (*de conſecr. diſt. II. Can. omnis homo*) ubi dicitur aperte, eos inter Catholicos non eſſe habendos, qui illis tribus diebus ſupradictis non communicaſſent (6). Ideo poſtea in Concilio *Agathensi* conſtitutum eſt (*Cap.* 14.) & in Concilio Turonenſi tempore CAROLI Magni [*cap.* 50.] (7).

Rationibus tamen ad innovandam Communionis frequentiam Chriſtiani excitantur.

IV. Quod ſi tot antiquorum auctorum exempla, & teſtimonia non perſuadent ſatis, rationibus id vobis perſuadere conabor. Primum quidem ſi conſideremus naturam Sacramenti, ut ſit cibus. Sed quare inſtitutus eſt cibus? Ad animum utique alendum. Atque animus frequentiſſime vult paſci, & indiget cibo frequentius, quam Corpus. Corpus enim robuſtiorem naturam habet, & in ſua firmitate multum temporis durat, & eſt magis vegetum, & compactum, nec eſt neceſſe, ut edas intra XII. horas, niſi ſemel. Animus vero ſingulis momentis deficit. & labaſcit, niſi ei ſingulis momentis porrigas aliquid ad confirman-

(5) Miror, virum acutiſſimum non animadvertiſſe, quantopere a FABIANI aetate hujuſmodi decretum abhorreret: quod idem de PII. decreto paulo antea citato dictum velim. Vide COVSTANTIVM (*T. I. Epiſt. Rom. Pont.*)

(6) Ne Concilio quidem *Eliberino* hujuſmodi decretum tribui poteſt; eſt *Agathenſis* Concilii.

(7) Alicubi pro Pentecoſte in Epiphania Chriſtiani communicabant. Inſignem hac de re BEDAE ſententiam reddo ex epiſtola ad EGBERTVM *Eboracenſem*: „ Hoc genus Religionis „ per injuriam a noſtrae Provinciae „ Laicis quaſi peregrinum abeſt, ut „ hi, qui inter illos religioſiores eſſe „ videntur, nonniſi in Natali Domini, & Epiphania, & Paſcha, ſacroſanctis myſteriis communicare praeſumant, quum ſint innumeri innocentes & caſtiſſimae converſationis „ pueri, ac puellae, juvenes ac virgines, ſenes & anus, qui abſque „ ullo ſcrupulo controverſiae omni die „ dominico, ſive etiam in Natalitiis „ Sanctorum Apoſtolorum, & Martyrum, quomodo in Sancta *Romana* Eccleſia fieri vidiſtis, Myſteriis „ coeleſtibus communicare valeant: „ Ipſi etiam conjugati, ſi quis ſibi „ menſuram continentiae oſtendat, & „ virtutem caſtitatis inſinuet, idem & „ licenter poſſint, & libenter facere „ velint. „ Quater alibi mos in ſingulos annos erat communicare, nempe in *Natali Domini*, *Coena Domini*, *Paſcha*, & *Pentecoſte*, ut in RATHERII *Veronenſis* Inſtitutionibus Synodalibus, & in Concilio *Auguſtano* an. MIX. videre eſt. Id tamen aegerrime ferebant Epiſcopi. Quare IONAS *Aurelianenſis* Antiſtes (*de inſtit. laicor. cap.* 16.) ajebat: *Ab hoc Sacramento partim incuria, partim deſidia adeo ſe ſubtrahunt, ut vix in anno ſub tribus tantum feſtis praeclaris, potius quam ex devotione faciant, neſcientes, aut ſcire nolentes, quod ſicut corpus ſine cibo & potu, ita & anima ſine ſpiritali cibo moritur.*

mandum eum. Igitur facta comparatione animi & corporis una ex parte, & conſiderata natura Sacramenti Euchariſtiae [quae verus cibus eſt animae] ex altera parte, colligitur ſi fieri poſſet, frequentiſſime ſumendam Euchariſtiam, quam cibum Corporis. Quapropter D. AVGVSTINVS, ut etiam dicam hoc, Lib. I. *de peccatorum meritis, & remiſſ.* [*Cap.* 24.] ſcribit, *Afros* ſuos populares lingua punica appellaſſe Baptiſmum *ſalutem*, Euchariſtiam vero *vitam*. Ex hominibus ergo quaſi barbaris poſſumus diſcere, magnam vitae noſtrae partem in Euchariſtia eſſe poſitam, & non minus frequenter eſſe communicandum, quam edendum. Adcedit etiam alia ratio. Euchariſtia fidem excitat, auget, & confirmat, adeo ut Martyres pellat ad Martyrium; * unde ſunt illa verba CYPRIANI [*Lib. IV. ep. VI.*] qui de perſequutione loquens ait: *Gravior nunc, & ferocior pugna imminet, ad quam fide incorrupta, & virtute robuſta parare ſe debent milites Chriſti, conſiderantes, ſe idcirco quotidie calicem Chriſti Sanguinis bibere, ut poſſint & ipſi propter Chriſtum ſanguinem ſuum fundere.* Hic eſt uſus probatiſſimus frequentis ſumptionis Euchariſtiae. Et ſi libet periculum hujus rei facere, objiciantur quidam ad mortem pro Chriſto ſubeundam, quorum alii non communicent, niſi raro; alii vero frequenter: Utri conſtantiori animo gradientur ad mortem pro Chriſto? Non dubium, quin illi, qui ſaepius communicaverunt, &, ut loquitur TERTVLLIANVS, *qui de carne Chriſti ſignati ſunt.* Item alius eſt uſus, & utilitas communionis, & Euchariſtiae, nimirum ut conſervet unionem, & caritatem inter Chriſtianos. Tu nonniſi ſemel in anno ſumis; reliquo toto tempore videris, & declaras te eſſe membrum ſeparatum a Corpore Chriſtianorum. Alioqui ſi putas te eſſe membrum conjunctum, cur non oſtendis ipſa tua actione te eſſe conjunctum, quod nullo meliori modo oſtendes, quam communicando? Itaque bene dixit AVGVSTINVS, hanc eſſe cauſſam, cur Chriſtus hoc Sacramentum in pane & vino inſtituerit, quod panis ex multis granis, vinum ex multis racemis fiat, ut ſcilicet declaret Chriſtus, per hoc Sacramentum ſignificari unionem Chriſtianorum inter ſe. Quod & PAVLLVS aperte declaravit: *Unum Corpus omnes ſumus, qui de uno pane & calice participamus.* Et profecto niſi frequenter communices, ſola fide teneris, caritatem non oſtendis. Quare ergo non adcedis frequenter? Quia non

* *Magnae frequentis Communionis utilitates.*

ſum

ſum paratus. Eo ipſo quod non es paratus, oſtendis te eſſe membrum ſeparatum, & laxum. Nam ſi Chriſtus manet in te, es verum membrum, ſin minus, es membrum claudicans, ſolaque fide teneris, caritatem non oſtendis, ut dixi. Deinde eſt alius uſus hujus praeſtantiſſimi Sacramenti. Nimirum ut ſit medicina animi humani, qui ſolet ſingulis momentis aegrotare, ideoque medicina indigere. Itaque optime D. AMBROSIVS [*Lib. IV. de Sacram. cap. 6.*]: *ſi quoties Sanguis Chriſti effunditur, in remiſſionem peccatorum effunditur, ſaepe deberem adcipere, ut sic ſaepe peccata mihi remittantur, vel qui quotidie pecco, quotidie medicina indigeo*. Numquid non ſimulatque aegrotus es, medicinam ſumis? Propterea non ſumis, quia animo te aegrotare ſimulas; immo propterea debes ſumere, ſed tamen parato teipſum, ſi non es dignus. Propterea antiqui indicarunt, unum aut alterum diem ad praeparationem eſſe ſatis: Praeterea addo etiam ex D. CHRYSOSTOMO aliam rationem, quae ſatis eſſet ad hoc perſuadendum, etſi alia non eſſet. Si enim non eſſet alia cauſſa, cur deberemus communicare frequenter, ut nimirum octavo quoque die [quod fecerunt etiam Chriſtiani, quando negligentes eſſe coeperunt] (8), haec una ſatis eſſet, quod qui communicat frequenter, habet conſcientiam magis mundam eo, qui non communicat, niſi raro. Audiant ex CHRYSOSTOMO (*hom. XL.*): *quadragintane dies ad totius anni purificationem eſſe putes ſatis?* Et D. CHRYSOSTOMVS ponebat hoc certum, omnes Chriſtianos quadraginta dies jejunare, & ſingulis diebus meditari peccata ſua, ut in die Reſurrectionis communicarent, & non putavit eſſe ſatis; ſed quotidie volebat omnes ad communionem adcedere. Hac itaque de re placuit mihi dictum alicujus docti viri: Quemadmodum uſuvenire videmus in aedificiis, quae niſi habitentur, ſtatim operiuntur pulvere, & araneis, & modo fruſtatim corruit una, modo vero altera pars; ipſa vero habitatione cogeris habere domum mundam: Ita adcidit iis, qui raro, & qui frequenter communicant. Nam ſemel qui in anno tantum communicant, adcumulant for-

(8) Vide GRANCOLASIVM (*Anc. Sacram. P. 1. pag. 299. ſeq.*) ubi GENNADII, aliorumque teſtimoniis, quod heic de celebrandae diebus dominicis Communionis apud antiquos Chriſtianos uſu a MALDONATO indicatur, illuſtrat.

taſſe peccata infinita, ut uno die evomant. Si vero octavo quoque die communices, cogeris abſtinere ab agendo aliquo, quod poſſit te impedire a communione. Itaque niſi indigne Corpus Chriſti ſumere velis, tibi eſſet quacumque hora a peccato abſtinendum; in illo vero tanto ſpatio obrepat incuria, neceſſe eſt. Itaque frequens Communio cogit nos mundare conſcientiam noſtram, & hoc eſt eſſe Chriſtianum, ſic vivere, ut quotidie merearis adcipere, ſicut dixit D. AMBROSIVS. Deinde ſiqua eſſet ratio, cur eſſet raro communicandum, & non tam ſaepe, eſſet maxime illa, quam praetexunt negligentes, nimirum, quod non ſint parati. Sed quid hoc eſt? Melius tu paratus eris poſt annum integrum? immo multo minus. Tales certe mihi ſimiles videntur iis, qui quum pecunias quaſdam adciperent cum foenore, nolunt ſtatim ſolvere, dicentes ſe non poſſe nunc. Itaque exſpectant adhuc, & quo magis procraſtinant ſolutionem, tanto magis creſcit foenus. Itaque tandem coguntur ſolvere & ſummam principalem, & quidquid foenoris effluxit magno ſuo detrimento. Itaque ſi communicaſti die Dominico, communica poſtero die. Dices, at non ſum paratus. Quare non es paratus? quot habes peccata? fortaſſe duo. Confitere ea. Si enim exſpectaveris per unum annum, habebis mille pro uno. Itaque communica ſtatim, aut ſi diutius exſpectaveris, vereor, ne tibi contingat, quod aliquando adcidit cuidam coquo negligenti, qui non mundaverat ollam toto anno; negligebat enim mundare, quia parvas ſordes habebat: Poſtea ſpacio temporis tantum ſordium adhaeſit ollae, ut quum eam purgare non poſſet, fregerit. Hoc credo illis evenire, qui raro communicant, qui quum non recordentur tot peccatorum, quae adcumularunt toto anno, veniunt, & dicunt: *Domine, ego ſum peccator, interroga me*. Ergo debes ſtatim peccata tua purgare, & ſic de pane illo edere; non autem peccata peccatis cumulare.

V. Praeterea addam nonnulla exempla, & rationes ſecundum ipſam experientiam, quibus probetur melius eſſe communicare ſaepe, quod qui non facit octavo die, non eſt talis Chriſtianus, qualis eſſe debet. Unuſquiſque exigat a ſe rationem. Si fortaſſe per unum menſem, vel octavo quoque die ſolet communicare ipſe per ſe ſolus, cum reliqua vero turba ſemel in anno, videat, quando ſe melius habuit, & quo tempore maluiſſet mori? Non eſt dubium, quod illo anno, quo octavo quo-

que

que die communicabat, quam reliquis annis. Quid ergo moraris? quare non facis, quod melius fore judicas? Non eſt ſapientis dicere: *non putaram*, vel non eſt ſapientis agere quidquam, de quo poenitere te poſſit. Veniamus jam ad experientiam, & quiſquis ferat oculos in eos, qui ſaepe, & in eos qui ſemel tantum in anno communicant. Certe, ut uno verbo dicam, videbit alios eſſe albos, alios nigros in conſcientia; immo non jam ſingulos homines cum ſingulis, ſed civitates cum civitatibus, & regna cum regnis conferamus. Vidi ego civitates (hoc poſſum dicere abſque arrogantia, quia noſtri non fuerunt ibi) quae quum antea eſſent moribus perditiſſimis, hac ratione fuerunt intra breve ſpacium ita commutatae ut prorſus aliae viderentur. Ut *Genuenſis* civitas erat ante annos neſcio quot cooperta omni genere flagitiorum. Venerant in eam ex Italia boni quidam viri *Paullini* dicti, & coeperunt populo perſuadere, ſaepe eſſe communicandum, quoties nempe pateretur eorum conſcientia: quod fecit civitas; & vidi poſtea civitatem tam mutatam, & tam bene adminiſtratam, ut paucas putem eſſe hodie tam bonas. Inde ergo itaque moveor, ut ubicumque fuero, numquam taceam, ſed ſemper libere dicturus ſim, octavo quoque die eſſe communicandum. Et quia alio loco non poſſum, dicam hoc loco. Scio fuiſſe, qui id reprehenderint. Verum itane? hoc eſt pervertere Eccleſiam, ut dixerunt aliqui, & non potius ad priſtinum morem revocare? Hoc ne eſt Theologorum? Quae eſt iſta perverſitas? Eſſe nonnullos, qui ad hoc videntur eſſe nati, ut majorem auctoritatem habeant diſſolvendi conatus bonorum hominum? Non eſt hoc pervertere Eccleſiam, quod dico; immo eſt praedicandum, & in ſuggeſtu clamandum, & concionandum potius, quam de praeſentia Corporis Chriſti in Euchariſtia. Talis enim concio utilis erit nedum doctis, & litteratis, & procul dubio quando hoc fiet, res tum in Eccleſia, tum in Republica meliori erit ſtatu.

VI. At dixerunt illi, qui bonum hoc ſtudium nobis invidebant, hoc eſſe perturbare omnia, & rationes adferebant, quia dixit PAVLLVS: *Probet ſeipſum homo*. Fateor haec eſſe verba PAVLLI; ſed haec ipſa pro nobis loquuntur. Nam nonne melius praeparatus eris ſingulis hebdomadibus purgando conſcientiam tuam, quam ſemel tantum in anno? Deinde ajebant, ſcriptum eſſe in libro de *Eccleſiaſticis dogmatibus*: *quotidie com-* *Futiles adverſantium ratiunculae.*

 muni-

municare neque laudo, *neque vitupero* (cap. 44.). Primum non dico *quotidie* ſine exceptione communicandum eſſe, ſed octavo quoque die ſaltem. Deinde D. AVGVSTINVS, aut auctor ille quiſquis ſit (9), non reprehendit: ergo quare tu me reprehendis? Deinde lego paullo inferius: *omnibus*, inquit, *diebus dominicis communicandum eſſe*. Suadeo vobis, quomodo hoc ipſum tibi ſuadet, quod ego ſuadeo. Citabant etiam, quod dicit HIERONYMVS in Apologia pro libris ſuis contra IOVINIANVM, qui de *Romana* Eccleſia, quae quotidie communicabat, verba faciens ait: *Id neque reprehendo*, *neque adprobo*. Sed vide eum ipſum in epiſtola ad LICINIVM dicentem: *Utinam Eucharistiam abſque condemnatione noſtri*, *& pungente conſcientia* SEMPER *adcipere poſſemus*; *& Pſalmiſtam audire dicentem*! „ „ Videte, & guſtate, quoniam ſuavis eſt Dominus. „ Illo ergo loco apologiae ſuae reprehendit eos tantum, qui quotidie communicabant non purgata illorum conſcientia, ſed tantum ut conſuetudinem ſine exceptione quotidie communicandi retinerent. Ceterum hoc tantum dicam loco coronidis, me in ea eſſe ſententia, ut putem multo melius adminiſtratum iri Reſpublicas, ſi earum adminiſtratores, & primarii viri octavo quoque die communicarent. Idem judicium eſſe volo de ſingulis curam aliquam habentibus, quales ſunt Gymnaſiarchae, paedagogi, & reliqui. Ut idem illi ſuis perſuaderent, vehementer optarem. Et hoc ergo quum fieri videro in civitate *Pariſienſi*, clamabo: o felix & beata civitas! & ſi omnes homines contradicerent huic meo propoſito, & me nollent audire, clamarem ego ſolus per plateas. Dicere hoc enim teneor ex caritate, quia ſum Chriſtianus, & ubi eſt Eccleſia Chriſtianorum, ibi eſt mea civitas. Idem ergo vos auditores mei aliis perſuadere conemini: ſic fiet, ut in priſtinum ſplendorem Eccleſia revertatur.

QUIN-

(9) GENNADIVS eſt.

Digitized by Google

QVINCTA QVAESTIO

De Communione ſub utraque ſpecie.

I. HEic non eſt diſputandum, ſicut in aliis Sacramentis, argumentis depromptis ad id confirmandum, ſed tantum ſunt refellenda tela adverſariorum, quae adverſum adferre ſolent. Non diſputamus praeterea, an laici poſſint abſolute adcipere utramque ſpeciem; ſed tantum an jure divino ſit praeceptum, ut adcipiant ſub utraque. Nam ſi poſſet oſtendi, eſſe de jure divino, erraſſet Eccleſia, quae tot ſaeculis laicis dedit alteram tantum ſpeciem. Objiciuntur ergo quinque, aut ſex teſtimonia ab adverſariis contra hanc noſtram ſententiam. Primus eſt IOH. VI. *Niſi manducaveritis &c.* Dicunt ergo, hunc Sermonem Chriſti pertinere ad omnes Chriſtianos, & haec eſt eorum maxima machina, quam dejicere opus eſt. Ac primum videndum eſt, quibuſcum diſputamus, nempe cum *Lutheranis*, & *Calviniſtis*. At tam ii, quam illi negant, heic agi de Euchariſtia: ergo de Euchariſtia nihil pro ſuis contra nos concludunt ex hoc loco. Adhibeo aliam reſponſionem. Illi exiſtimarunt, Baptiſmum non eſſe neceſſarium ad ſalutem infantibus praeſertim procreatis ex parentibus Chriſtianis & fidelibus. Ita ne? eſto igitur, quod heic agatur de Euchariſtia, ne ſic quidem aliquid facient. Nam qua forma dicitur a Chriſto: *niſi manducaveritis &c.* eadem dictum eſt: *Niſi quis renatus &c.* At illi interpretantur illa verba, non quaſi neceſſaria ad ſalutem hominis; ergo quum duorum locorum verba ſint ſimilia, & illi audent dicere, baptiſmum non eſſe neceſſarium ad ſalutem conſequendum, interpretantes verba: *Niſi quis renatus*, cur non licebit nobis alia verba ſimilia: *niſi manducaveritis &c.* interpretari, ut non concludant neceſſitatem communicandi ſub utraque ſpecie? Tertio poſſumus reſpondere. Haec ſententia generaliter intelligetur, an non. Si illi volunt tam generaliter haec verba intelligi de Euchariſtia, deberent etiam illam dare aegrotis, & pueris, ut ſalutem haberent; illi autem non dant: ergo adeo generaliter non ſunt adcipienda illa verba. Vos privatis pueros, & homines morituros utraque ſpecie: merito ergo nos poſſumus laicis alteram ſpeciem denegare, praeſertim

Num jure divino Laicis danda ſit communio ſub utraque ſpecie? Explicatur locus Joh. VI.

quum

quum nos exemplo antiquorum faciamus, vos non item, ſed contra, quia ſemper aegrotis, & pueris per multa ſaecula data eſt Fuchariſtia. Quarta reſponſio. Hoc loco eſt ſermo de Euchariſtia, ut probavi anno ſuperiori. Non enim placet mihi quod quidam, quum non poſſent reſpondere huic argumento (*Niſi manducaveritis &c.* ergo ſumenda eſt utraque ſpecies) dixerunt, heic non agi de Sacramento Euchariſtiae. Sed propter difficilem cauſſam non eſt deſerenda veritas. Poſſet eorum argumentum eſſe validius, ſi hoc modo procederet. Itaque ego corroborabo argumentum (ut habeam occaſionem dicendi aliquid). Aut hoc loco traditur praeceptum de ſumendo Sacramento Euchariſtiae, aut nuſquam alibi in Scripturis a Chriſto praeceptum traditur de ſumenda Euchariſtia. Non eſt enim ullus alius in tota Scriptura locus praeter hunc, in quo traditum ſit tale praeceptum: ergo hoc loco traditur praeceptum de ſumenda Euchariſtia. Concludo: heic traditur praeceptum de ſumenda Euchariſtia, & eodem modo Chriſtus loquutus eſt de bibendo ſanguine, quo de edenda carne; ergo ſi quo praecepto obſtricti ſunt laici ad ſumendam carnem, eodem tenentur ad bibendum Sanguinem, quia utrumque eodem modo praecipitur. Huic autem argumento ſatisfaciemus, ſi conſideremus cauſſam, quae movit Chriſtum ad tradendum praeceptum de edendo ſuo Corpore, & bibendo Sanguine. Nam ex cauſſa intelligemus, quomodo ſit reſpondendum. Praeceptum enim lex eſt quaedam, & lex ob aliquam cauſſam fertur. Cauſſa autem non fuit ſignificatio praeteritae mortis Chriſti, ſed ſalus hominis, quod declarat illis verbis: *non habebitis vitam in vobis*: ergo ut vitam habeamus, obſtringit nos ad edendum ſuum Corpus, & bibendum ſuum Sanguinem. Nihil autem refert, ut vitam habeamus per ſumptionem Corporis, & Sanguinis Chriſti, ut Corpus & Sanguis ſumatur ſub ſpecie vel ſpecie, modo carnem edamus, & Sanguinem bibamus. Quia Sacramentum eſt tantum ſignum quoddam; ergo quocumque modo ſumamus id, in quo vita conſiſtit, facimus quod Chriſtus inſtituit. Vita autem non conſiſtit in ſigno & ſymbolo, ſed in re contenta, ideſt in Corpore & Sanguine Chriſti; ergo modo poſſimus edere Corpus & bibere Sanguinem, vitam habebimus. Corpus autem non eſt ſeparatum a ſanguine ullo modo; non enim eſt exangue, ſed ubi eſt Corpus, ibi conjunctus eſt ſanguis: & ſi

abſque

Digitized by Google

abſque ulla ſpecie, non tantum ſub una poſſemus manducare, nihil obeſſet, quo minus vitam haberemus. Juxta hanc cauſſam intelligendum eſt praeceptum Chriſti: *niſi manducaveritis &c.* Non enim dicit: *niſi ſumatis utramque ſpeciem*, ſed *Corpus & Sanguinem*; & ſub una ſpecie eſt utrumque: itaque ſatis eſt unam ſumere.

Num quidquam ad jus divinum comprobandum efficiat exemplum Chriſti?

II. Secundum argumentum ſumptum eſt ex exemplo Chriſti, qui dedit Corpus & Sanguinem ſuum ſub utraque ſpecie. Sed hoc argumentum nullius eſt momenti. Alioquin petam, cur quum Chriſtus jejunaverit 40. dies, non jejunatis totidem? & quum Chriſtus antequam Corpus ſuum Apoſtolis ſuis daret, laverit eorum pedes, & vos non idem facitis? Immo quare ridetis noſtros Epiſcopos, quum id faciunt? Si vos vultis tam ſtricte imitari Chriſtum, cur non idem facitis in veſtra coena? Praeterea quum Chriſtus dederit Corpus, & Sanguinem ſuum ſub veſperam, & putaverit, haec pertinere ad ſignificationem, nempe ut doceret ſe velle ex hac vita diſcedere, quare & vos coenam veſtram non item ſumitis ſub veſpere? Item quum Chriſtus tantum duodecim dederit Apoſtolis ſuum Corpus, non Virgini MARIAE, aut aliis diſcipulis, & mulieribus, quae illum uſque ad Crucem comitatae fuerunt; quare & vos non datis ſemper duodecim tantum, & hoc modo non facitis, ſicut ille fecit? Deinde quum Chriſtus illo loco non quocumque ritu dederit corpus ſuum, ſed frangens panem illum dederit; ergo quare putatis vos non violare exemplum Chriſti, ſi plures panes conſecrantur. Praeterea quum Chriſtus dederit non jejunis, ſed coenatis; quare & vos non idem facitis; & quare non reprehenditis nos, quod demus jejunis? Numquid propterea calumniandum eſt univerſae Eccleſiae (inquit D. AVGVSTINVS ep. CXVIII.) quod dedit jejunis, non coenatis? Ad haec quum Chriſtus uno & eodem poculo praebuerit Apoſtolis ſuis Sanguinem ſuum; quare vos non putatis violare exemplum Chriſti, ſi pluribus calicibus praebeatis? niſi quia non putabat pertinere ad rem. Iterum quum eſſent multae mulieres Chriſtianae, ut Virgo MARIA, & MAGDALENA, Chriſtus tamen non dedit Corpus ſuum niſi viris. Si tam mordicus tenendum eſt exemplum Chriſti, non debetis niſi viris dare ſolum communionem. Non eſt igitur tam cito exemplum ad imitationem trahendum; ſed adhibendum eſt judicium, & ex fine judicandum eſt, quod exem-

exemplum ſit imitandum, & quod non; quia non quidquid fecit Chriſtus, eſt imitandum. Jejunavit 40. dies, ut eum imitaremur; ideo Eccleſia idem facit. Lavit pedes Apoſtolorum, ut illum imitarentur; illud ergo factum imitatur Eccleſia. Quod autem duodecim tantum dederit, id quaſi caſu factum eſt; nam ſi duo tantum Apoſtoli fuiſſent, ſimiliter duobus dediſſet. Itaque non fecit hoc imitationis cauſſa; ideo nec Eccleſia hoc imitatur. Non ergo quidquid actum eſt in coena, trahendum eſt ad imitationem. Quid ergo? Quare Chriſtus dedit utramque ſpeciem Apoſtolis? Et cur non daret? Immo cur etiam Eccleſia multo tempore dedit? & non abſtulit Sacerdotibus utramque ſpeciem, ſed laicis? Apoſtoli autem erant ſacerdotes; immo ſi velint neceſſe argumentari, neceſſe profecto diceremus eam ob cauſſam Chriſtum tantum duodecim Apoſtolis ſub utraque ſpecie Corpus ſuum dediſſe, ut oſtenderet ſolos Sacerdotes, non item laicos ſub utraque ſpecie poſſe ſumere.

Quiſnam illorum Chriſti verborum Bibite ex eo omnes *ſit ſenſus?*

III. Tertium eorum argumentum eſt, quod Chriſtus apertiſſime dixerit. *Bibite ex eo omnes*. Ergo aut *omnes* adcipitur generaliter, ut non tantum praeſentes, ſed etiam abſentes complectatur; aut *omnes* non quidem ad abſentes, ſed ad praeſentes tantum extendit ſe, ideſt ad ſolos Sacerdotes, ſicut ſi dicerem: *Audite omnes*, poſſet eſſe ſenſus generalis, *audite omnes, qui eſtis in orbe terrarum*, vel ſpecialis: *Audite omnes, non qui ſunt in toto orbe terrarum, ſed amici mei, auditores mei*. Si velint illud *omnes* ita generaliter intelligi, ut nemo excludatur etiam abſens, erunt ridiculi. Quod enim non referatur ad abſentes, ſic probo; quia *omnes* conjunctum eſt cum verbo *bibite*, cum verbo *adcipite*, & verbum *adcipite* cum Chriſto dante, & illis, quibus Chriſtus dicitur dediſſe in coena: ergo illis ſolum dixit Chriſtus *bibite*, quibus fregerat, & dederat panem: ergo illud *omnes* non comprehendit abſentes. Si non aliter reſponderem, ſatis eſſet reſponſum. Quod ſi ita eſt, ut ad praeſentes ſolum referatur, poteſt intelligi duobus modis adhuc; ut vel in illo verbo *bibite* ſit praeceptum, vel conceſſio tantum, ſicut ſi dicerem amico meo: *adcipe pecuniam, & ſolve tuo creditori*. Quum dico *adcipe*, non eſt praeceptum, ſed conceſſio & privilegium. Reſpondete ergo: in illo verbo *bibite* eſtne praeceptum, an conceſſio? Si eſt conceſſio, nihil concludit. Nam ſiquis diceret amico ſuo: *adcipe has pecunias*,

non

non cogit illum, ſed tantum permittit. Ita quum Chriſtus dixit Apoſtolis *bibite*, non eſt praeceptum, ſed conceſſio quaſi dicat: *bibite; hoc enim vobis volui concedere donum poſtremum, antequam diſcederem ex hac vita, ut liceat vobis edere carnem, & bibere meum Sanguinem*. Quod ſi eſt praeceptum, hoc pertinet ad Apoſtolos tantum, ideſt omnes, qui ſunt Sacerdotes. At ſumunt etiam Sacerdotes ſub utraque ſpecie.

Quo ſpectent illa ejuſdem Chriſti verba hoc facite in meam ec.

IV. Quartum argumentum ſumunt ex illis verbis: *hoc facite in meam commemorationem; Quotieſcumque enim &c.* Quod ut intelligatis, & argumentum ſolvatis, ſciendum eſt, totum argumentum conſiſtere in duobus verbis; in verbo (*hoc*), quo ſcilicet referatur; & in verbo (*facite*), quia *facite* poteſt ſignificare praeceptum, vel conſilium. Quantum ad primum verbum adtinet (*hoc*), poteſt referri ad duas perſonas, & ad perſonam Chriſti, & ad perſonam Apoſtolorum; ad perſonam Chriſti ut ſit ſenſus: *Hoc facite, quod ſcilicet ego feci*, vel *hoc facite, quod jam ſemel feciſtis in memoriam paſſionis meae*. Ex fine ad perſonam quidem Chriſti referri non poteſt, quamvis haec ſit communis ſententia, ut ſit ſenſus: *hoc facite, quod ego feci*. Nam D. PAVLLVS declaravit, intelligendum eſſe de perſona Apoſtolorum, quum dicit: *quotieſcumque manducabitis*. Quod Chriſtus dixerat verbo generali: *hoc facite, & quotieſcumque feceritis*, dixit PAVLLVS jam non verbo generali, ſed *quotieſcumque manducabitis*. Quod ſi ita eſt, ſequitur, Sacerdotes quum ſumunt Euchariſtiam, debere ſumere utramque ſpeciem ob illum finem, quia praeceptum non traditur de re, ſed fine, ſcilicet ob memoriam paſſionis, ſicut quum dico: *Quoties ſumis potionem, debes ſumere, ut ſaneris*, non praecipio, ut ſumas potionem, ſed ut quoties ſumis, ſumas hoc animo & fine. Ita quum Chriſtus dicit: *Hoc facite*, & *quotieſcumque feceritis*, & *quoties panem hunc &c.* idem eſt, ac ſi diceret: *Sumite propter hunc finem, ob quem inſtitui hoc Sacramentum, nempe ad ſignificandam mortem & paſſionem meam*. Ideo ſi adcipere utramque ſpeciem tantum eſt neceſſe, quia debet fieri commemoratio Paſſionis Chriſti, ſoli Sacerdotes tenentur utramque ſpeciem ſumere, quibus ex Officio incumbit in conſecratione Corporis & Sanguinis Chriſti commemorationem ejus paſſionis facere. Non enim eſt de re praeceptum, ſed de fine. Res autem ſumitur aeque ſub una,

Digitized by Google

atque ſub altera ſpecie: Quapropter ex illo loco non probatur laicos utramque ſpeciem ſumere debere.

PAVLI locus: Probet autem ec. explanatur.

V. Quinctum argumentum ſumptum eſt ex illis verbis PAVLI: *Probet autem ſeipſum homo*, ubi dicunt, quod quum D. PAVLLVS dicit: *Probet ſeipſum homo*, homo non adcipitur pro hoc, aut illo homine, ſed generaliter pro omnibus hominibus; & perinde quum dicit: *& ſic de Pane illo edat &c.* omnes debent ſumere communionem ſub utraque ſpecie. Sed futile eſt hoc argumentum. Nam non eſt praeceptum, ſed tantum traditur modus, quo ſumenda eſt Euchariſtia, ut eam nemo niſi probatus adcipiat. Itaque eſt hypotheticum praeceptum, ut volens ſumere Euchariſtiam probet ſe, & probatus ad eam adcedat. Praeterea adverſarii ad idem probandum ſumunt argumenta ex figuris veteris Teſtamenti, & primum argumentantur ex agno Paſchali, qui erat figura Euchariſtiae. Antiqui omnes tam Sacerdotes, quam non Sacerdotes, ſumebant agnum integrum: ergo tam Sacerdotes, quam non Sacerdotes debent ſumere integram Euchariſtiam ſimul cum ſanguine. At ſi volumus eſſe arguti, ut illi ſunt, petamus ab illis, quae figura fuerit de bibendo Sanguine Chriſti. Agnus enim non ſanguinem, ſed tantum corpus ſignificabat, neque ullum erat praeceptum de bibendo vino, ſicut erat de edenda carne agni in figuram Corporis Chriſti. Quod ſi Deus voluiſſet eſſe neceſſariam legem, ut omnes adciperent ſanguinem ſuum ſub ſpecie vini, proculdubio dediſſet aliquam figuram, quae ſignificaſſet hoc; quum autem nullam dederit, noluit obligare omnes ad ſumendam utramque ſpeciem, & exiſtimavit futurum, ut in lege Evangelica homines non ſumerent Euchariſtiam ſub utraque ſpecie, ſed altera tantum carnem Chriſti per agnum ſignificatam. Itaque hoc argumentum potius contra vos eſt. Simile argumentum ducunt ex manna. Omnes quippe erant participes mannae; ita ergo omnes debent eſſe participes utriuſque ſpeciei. Hoc argumentum, ut & praecedens, contra illos facit, quia in manna non erat liquor aliquis, ſed ſolus cibus, & ſignificabat, ut dicit S. PAVLLVS, eamdem eſcam ſpiritualem, non potum: ergo tantum carnem Chriſti, & non ſanguinem ſignificabat; alioquin cur non dedit ſignum de calice per vinum, ſicut de carne per mannam? Quum ergo manifeſtum ſit, nullum eſſe in Scripturis argumentum, quod ſententiam noſtram labefactet, viden-

Digitized by Google

videndum eſt, num antiquae Eccleſiae conſuetudo huic noſtrae conſuetudini repugnet, & ita adceperit illa verba Chriſti: *Niſi manducaveritis & biberitis &c.* ut exiſtimaverit neceſſarium ſumere Euchariſtiam ſub utraque ſpecie.

Primitivae Eccleſiae hac in re conſuetudo proponitur, atque expenditur.

VI. Probabimus ergo multis argumentis antiquorum auctorum, non fuiſſe Eccleſiae primitivae ſententiam, ut neceſſarium eſſet laicis utramque ſpeciem dare. Primum IVSTINVS (*Apol. II. ſub fine*) ſcribit quidem, quod nos non negamus, laicis olim fuiſſe datam utramque ſpeciem, ſed tamen refert Euchariſtiam fuiſſe delatam ad eos, qui non poterant venire ad Eccleſiam, ut qui erant detenti in carcere, vel aegroti, nec facit mentionem Sanguinis, ſed alterius tantum ſpeciei; ergo putabat illa Eccleſia, ſatis eſſe laicis alteram ſpeciem ſumere, imo nec tantum apud IVSTINVM, ſed nec in tota antiquitate locus eſt, qui ſignificet ad aegrotos fuiſſe delatum ſanguinem. Nam locus ille, qui eſt apud B. HIERONYMVM in epiſtola ad RVSTICVM, ubi ait EXVPERIVM ſolitum ferre ſanguinem *in vitro*, intelligi poteſt, ut illud ſemel tantum factum fuerit, vel quod EXVPERIVS non ad aegrotos ſanguinem ferret, ſed ex una Eccleſia ad aliam, ut mos erat in ſtationibus, ſive ſupplicationibus (1), quia quum omnes alii veteres de deferenda Euchariſtia ad aegrotos loquuntur, nullum verbum faciunt de ſanguine. Quod ſi exiſtimabant, utramque ſpeciem eſſe neceſſariam, impie faciebant, qui homines ſtatim e vita diſceſſuros privabant altera ſpecie. Ad haec poſt IVSTINVM TERTVLLIAnus (*Lib. II. ad uxorem*) indicat, non fuiſſe Eccleſiae ſententiam, quae eſt *Calviniſtarum*. Ait enim, Chriſtianos ſolitos olim ferre ſecum domum Euchariſtiam, ut quotidie communicarent, & tum non habebant ſanguinem, nec ſervari poterat; immo legimus, prohibitum aliquando, ne in Eccleſia ſanguis ſervaretur. Idem diſcimus ex CYPRIANO in libro *de Lapſis*, ubi exponit miraculum illud vulgatum, quod adcidit mulieri, quae habebat incluſam Euchariſtiam in arca, ut quotidie communicaret, & quum non ſatis probata vellet eam ſumere, prorupit ignis ex arca, & exuſſit eam. Habebatne San-

(1) Vel etiam ut conjiciebat *Scipio* SGAMBATVS in MS. opere *de communione ſub una ſpecie* Lib. I. § 4. quod per Eccleſiam calicem cir cumferret. Nam mos erat, quem & nunc *Graeci* retinent, ut circumferret Epiſcopus, vel Sacerdos calicem per Eccleſiam.

guinem Chriſti? Non: quomodo ergo communicabat tantum ſub altera ſpecie? Hoc ipſum etiam conſtat ex vulgata illa hiſtoria de SERAPIONE apud EVSEBIVM (*Lib. 6. cap. 34.*) qui quum aegrotaret, non petivit niſi ſolum Corpus Chriſti, & puer non tulit ſanguinem, ſed alteram tantum ſpeciem. Itaque putabat Eccleſia aeque contineri Corpus & Sanguinem Chriſti ſub minima particula, atque ſub utraque ſpecie. Idem conſtat ex D. AMBROSIO in orat. funebr. de fratre ſuo SATYRO, qui ferebat in navi Euchariſtiam, ut communicaret, ſi forte ingrueret tempeſtas, dicitque in aurario habuiſſe alligatam Euchariſtiam; de ſanguine nihil dicitur. D. HIERONYMVS in apologia pro libris ſuis contra IOVINIANVM ſcribit, *Romanos* fuiſſe in ea parte nimis ſuperſtitioſos. Nam ſi non abſtinuiſſent ab uxoribus, non ſolebant in Eccleſiam intrare, & cum ceteris communionem adcipere. Itaque ait, eoſdem Euchariſtiam habuiſſe domi, & eam ſuſcepiſſe; de ſanguine autem nihil refert: ergo *Romani* putabant tantum contineri ſub una ſpecie, quemadmodum ſub utraque. Hanc autem *ſuperſtitionem* reprehendit D. HIERONYMVS: *quaſi*, inquit, *non ſit idem Corpus Chriſti domi, & in Eccleſia*. Idem etiam conſtat ex antiqua Eccleſiae conſuetudine ſervandi ſolam Euchariſtiam in Eccleſia, ut ſuperius diximus. Nullum enim verbum eſt de ſanguine ſervando, ſed tantum de hoſtia ſacra, ut deferretur ad aegrotos, ſi opus eſſet, vel, ut ait CAROLVS M. in *Leg. Franc.* daretur pueris, qui minima quaque de cauſſa ſolent aegrotare. Praeterea hoc etiam conſtat ex illa altera conſuetudine, quam diſcimus ex INNOCENTIO I. in epiſtola ad *Eugubinum Epiſcopum* DECENTIVM, & ex Synodo *Trullana*, ut ſcilicet tribus diebus continuis paraſceves non conſecraretur Sanguis, ſed ſola Euchariſtia, & omnes Chriſtiani communicarent ſub altera tantum ſpecie. Nihilominus tamen eos vere communicaſſe, nemo negaverit. Praeterea, ut citavi in ſecunda conjectura ex antiquis, dum agerem de Euchariſtia, SOZOMENVS refert hiſtoriam de quadam muliere infecta *Macedoniana* haereſi, quae a viro ſuo Catholico quodammodo vi tracta ad communicandum cum aliis noluit adcipere Euchariſtiam Catholicorum, ſed ſumpta bucella panis, quam e domo tulerat, volebat ſimulare, ſe communicaſſe cum aliis mulieribus. Quare ergo non tulerat vinum, ſicut & panem? nimirum quia ſcie-

bat

Digitized by Google

bat unam tantum ſpeciem ſolitam fuiſſe ſumi. Et diſcimus fuiſſe conſuetudinem jam tempore CHRYSOSTOMI abhinc MCC. annis, ut mulieres ſi vellent, non ſumerent niſi alteram ſpeciem tantum, nempe panis. Aliud exemplum eſt apud LEOnem, qui (*Serm.* 4. *de Quadrageſima*) ſcribit, fuiſſe deprehenſos multos Monachos *Romae*, & quoſdam, quum vellent ſimulare ſe eſſe Catholicos, metu communicaſſe cum Catholicis, ne vel punirentur, vel mitterentur in exilium, quia jam tum puniebantur haeretici, praeſertim *Manichaei*, qui erant omnibus exoſi. Tempore autem LEONIS erat uſitatum, ut populus ſub una tantum ſpecie communicaret, propterea ſimulabant, ſe eſſe Catholicos cum ceteris communicando. Quamobrem poſtea quum *Manichaei* deprehendi non poſſent, praecepit LEO, ut Sacerdos, ſi ſuſpicaretur, aliquem eſſe *Manichaeum*, porrigeret illi calicem, & ſi recuſaret, ſciret illum eſſe *Manichaeum*; tum quia *Manichaei* exiſtimabant, eſſe malum & non licere veſci ſanguine, tum quia credebant, Chriſtum non habuiſſe Sanguinem; quapropter nolebant adcipere Sanguinem Chriſti. Ergo non eſt, quod adverſarii iſtum locum LEONIS torqueant. Colligimus enim inde, Eccleſiam tunc exiſtimaſſe, non eſſe neceſſariam utramque ſpeciem, quia ſtatim fuiſſent deprehenſi *Manichaei*, qui ſanguinem non ſumebant. Tunc autem non ſunt deprehenſi, quouſque juſſum fuerit, ut omnes utramque adciperent, ut manifeſtum videretur, quis eſſet *Manichaeus*. Apud PROSPERVM *Aquitanum* (2) (*in Lib.* 4. *de praedictionibus cap.* 6.) eſt aliud exemplum, fuiſſe quamdam puellam monialem, quae ſe contulit ad balnea, ubi vidit ſimulacrum Veneris, ut moris erat apud ethnicos, depictum in balneis; inde fuiſſe expertam quoſdam aculeos libidinis. Tunc invaſit illam daemon, & poſtea tranſegit 80. dies ſine pane, & vino, & ſine ullo cibo tam rubicunda, ac ſi quotidie ederet, quod eſt majus miraculum. Deinde oblata presbytero dixit, ſibi ſingulis noctibus adparere neſcio quem, qui injiciebat in os neſcio quid. Deinde Sacerdos obtulit illi Euchariſtiam, ut daemonem expelleret, quae quum non poſſet ſacram Euchariſtiam deglutire, quia credibile eſt, illam exſiccatum habuiſſe palatum, etiam-

(2) Aut certe vetuſtum Scriptorem PROSPERO aequalem.

etiamſi PROSPER nihil dicat; praeſertim poſt tam longum tempus, quo nihil ederat, obtulit illi Sanguinem Sacerdos. Non autem credebat Sacerdos, eſſe neceſſarium, ut illa ſumeret utramque ſpeciem; ſed quia non potuit deglutire hoſtiam ſacram, dedit illi ſanguinem, & poſtquam deglutivit, abiit daemon. Quod autem utramque ſpeciem dederit illi mulieri, caſu tantum factum eſt. BEDA (*Lib. II. hiſt. Anglic. cap. 6.*) ſcribit, fuiſſe quemdam *Saxonem* SABBARETVM nomine, qui quum Chriſtianus eſſet, duos filios habebat a Religione Chriſtiana alieniſſimos. Poſt mortem patris illi ibant ad Eccleſiam, & quum viderent Epiſcopum dantem Euchariſtiam populo, non autem ſibi, conqueſti ſunt apud Epiſcopum, quare ſibi non daret illud fruſtum panis, ſicut & aliis. Reſpondit, ſe non poſſe dare, niſi baptizatis; ex quo colligimus abhinc fere mille annis, quum *Angli* ad Religionem converſi ſunt, non fuiſſe uſum communicandi, niſi ſub altera ſpecie, quia ſi vinum datum fuiſſet, illi potius de hac ſpecie conqueſti fuiſſent, cur ſibi non daretur; praeſertim quum ſit illa gens ſatis vini cupida. Ad haec in Concilio II. *Toletano* (*Can. XI.*) eſt adhibita moderatio ad Canonem XIV. Concilii primi *Toletani*, ubi fuerat decretum, ut excommunicarentur, quicumque oblatam Euchariſtiam averſarentur, aut non recepiſſent, & quia multi non malo animo, ſed morbo oppreſſi averſabantur, decrevit Concilium II., ut Sacerdotes, quum porrigerent Euchariſtiam, & averſarentur, viderent, ob quam cauſſam averſarentur, & ſi propter imbecillitatem, juberent adferri calicem, & ita experirentur, an ita poſſent adcipere Euchariſtiam porrecto calice. Quod ſi exiſtimaſſet Eccleſia, abſolute neceſſariam fuiſſe utramque ſpeciem, non adhibuiſſet ſumptionem vini quaſi remedium ad dignoſcendum impotentes, & qui ſine ſumptione vini non vere communicaſſent. Ad haec Eccleſia *Graeca* de rebus etiam leviſſimis ſemper concertavit cum *Latina*. Sic inſectabatur *Latinos*, quod conſecrarent in azymo, de quo tamen nullum praeceptum erat in ſacris litteris; & adeo de hoc certabant *Graeci*, ut ſcribat MARCVS *Epheſinus*, illos raſiſſe altaria, in quibus ſacrificatum fuiſſet in azymo. Convenerunt omnes *Graeci* in Concilium *Florentinum*, & concertarunt de omnibus controverſiis, in quibus a nobis diſſentiebant. Quum autem *Graeci* in hunc uſque diem uſi ſint utraque ſpecie, in eo tamen Con-

cilio

cilio nihil contra uſum Eccleſiae *Latinae* diſputarunt. Nonne certiſſimum eſt argumentum, non eſſe praeceptum Chriſti de danda utraque ſpecie? nam alioqui diſſenſiſſent a nobis. Addam teſtimonia adverſariorum. Etenim *Iohannes* HVS, qui negavit Corpus Chriſti eſſe in Euchariſtia, numquam tamen ſuis *Bohemis* perſuadere tentavit utraque ſpecie communicandum. Et quod poſtea in illa regione haec opinio locum obtinuit, non a *Iohanne* HVS, ſed a quodam IOHANNE *Dreſdenſi* ortum eſt. IOHANNES enim *Dreſdenſis* quum confugiſſet *Pragam*, quae civitas eſt *Bohemorum*, & legiſſet apertum illum locum IOHANNIS: *niſi manducaveritis*, ſtatim adiit concionatorem quemdam IACOBELLVM MISNENSEM, qui tunc in magno habebatur pretio. *Miror*, inquit ille, *te virum tam doctum non animadvertiſſe errorem Eccleſiae* Romanae, *quae laicis tantum panem porrigit contra praeceptum Chriſti*. Alter coepit meditari, & concipere illud venenum, & de hac re ille poſtea concionatus eſt. Haec ergo eſt hujus erroris prima origo, & haereſis. Auctor eſt SYLVIVS in *hiſtoria Bohemorum* (cap. 35.) (3). Quinimmo LVTHERVS tribus in locis dixit, non eſſe neceſſariam utramque ſpeciem laicis; in *lib. de Captivit. Babyl.*, & in lib. ad *Bohemos*, & ſerm. de *Euchariſt.* Idem MELANCHTON dixit in primis hypotheſibus, & BVCERVS in *actis de conventu Ratiſbonenſi* dixit, facile de hac re poſſe convenire cum Catholicis, ſiquidem uterque illorum exiſtimarunt rem eſſe indifferentem.

Quibus de cauſſis, & quo primum tempore apud Latinam Eccleſiam contraria invecta ſit conſuetudo.

VII. Nunc ergo reſtat videre quibus de cauſſis, & quo tempore coeperit Eccleſia *Latina* dare Euchariſtiam ſub altera tantum ſpecie. Primum qui dicunt hanc conſuetudinem originem traxiſſe ex Concilio *Baſileenſi*, aut *Conſtantienſi*, non tantum falluntur, ſed ſomniant omnino. Nam multo ante illa Concilia legimus multas nationes hanc conſuetudinem obſervaſſe. Sunt enim DC. anni, ex quo regnum *Poloniae* ſuſcepit Religionem Chriſtianam, & hiſtorici minutiſſime ſcripſerunt quae ſunt acta apud illum populum; quod autem communicavit ſub utraque ſpecie, numquam meminerunt. Deinde ſub GREGORIO Papa abhinc DCCC. annis magna pars *Germaniae*, ea nempe, quae

(3) Adde Antonium BONFINIVM VM *in hiſtoria Huſſitica* (decad. III. Lib.III.) & COCHLAE-

quae magis vergit ad Septentrionem, numquam uſa eſt niſi altera ſpecie (4). Immo homo *Germanus* ALBERTUS M. ſcribit ſibi videri conſentaneum, ut in illis partibus *Germaniae*, in quibus non erat vinum (ſcilicet abhinc CCC. annis ALBERTI Magni tempore nulla vitis adhuc erat viſa in *Germania*) Sacerdotes conſecrent tantum panem, & a vino abſtineant. Ergo quum *Germani* (poteſt enim haec ratio dari) ſumerent tantum alteram ſpeciem, reliquae Eccleſiae, ne ab illa diſſentire viderentur, idem obſervarunt. Sed eſt aliud antiquius longe decretum *Ephesini* Concilii, quod prohibuit, ne laici ſanguinem ſumerent, ſed alteram tantum ſpeciem. Illud decretum tamen non habemus; citant tamen omnes hiſtorici, & fuiſſe prohibitum concedit inter haereticos *Urbanus* REGIVS in ſuis *locis communibus*. Item hoc etiam conſtat ex haereſi *Neſtorianorum*. Haereſis erat, Corpus Chriſti in Euchariſtia eſſe exangue, & ſanguinem item eſſe expertem Corporis, ut ait CYRILLVS. Ut ergo Eccleſia exemplo profiteretur, contrariam huic doctrinam eſſe veram, ſtatuit Concilium, ut laici tantum ſub una ſpecie communicarent, ut reipſa declararent non tantum Corpus, ſed etiam Sanguinem ſub altera tantum ſpecie contineri, & tantum ſub una, quantum ſub utraque (5). Sexaginta poſt Concilium *Ephesinum* annis, aut circiter GELASIVS Papa decretum fecit, quod apud GRATIANVM eſt (*de conſecr. diſt. II. Can. Comperimus*) *ne aliqui quadam ſuperſtitione moti conſecrarent Sanguinem, & Corpus ſolum ſumerent*, quia ſcilicet Sacerdotes nolebant jam ſumere Sanguinem, etiamſi illum conſecrarent, quia videbant populum ab illo abſtinere ex decreto Concilii *Ephesini*. Jubet ergo GELASIVS in illo decreto, ut illi vel ab integris omnino Sacramentis abſtineant,

(4) Idem de *Polonia* adfirmat vir ſane graviſſimus Cardinalis HOSIVS in ſuo dialogo *de utraque ſpecie*.

(5) Quae heic de *Epheſina* Synodo, ac NESTORII haereſi Auctor adfirmat, indicaverant a. MDLXII. *Lodovicus Iohannes* VILLALETANVS egregius Theologus in diſputatione, quam apud *Tridentinos* Patres habuit *de communione ſub utraque ſpecie* (Vide LABBEVM *T. XIV. Concil. edit. Pariſ. col.* 1344.) & *Iohannes Baptiſta* OSIVS *Reatinus* Epiſcopus, de quo PALLAVICINVS *in hiſtoria Concilii Tridentini* (*Lib. XVIII. cap.* 4. *n.* 17.) Confer etiam Card. HOSIVM in laudato dialogo *de utraque ſpecie*.

ſtineant , vel integra ſumant (6) . Praeterea haec conſuetudo vocatur *antiquiſſima* , *&* *diutiſſime obſervata* in Concilio *Conſtantienſi* [Seſſ. XIII.] & *Baſileenſi* [Seſſ. XXX.] Duabus autem de cauſſis haec conſuetudo fuit introducta in Eccleſiam univerſalem . Altera fuit haereſis NESTORII ſupra expoſita ;

(6) Hanc *Gelaſiani* decreti expoſitionem BELLARMINVS probabilem putat (*de Euch.lib.IV.* c.XXVI.) ; tum aliam veriorem addidit interpretationem poſtea Card. BONAE probatam , quae heterodoxos aeque refellit ; GELASIVM ſcilicet reprehendiſſe illos dumtaxat , qui ex errore *Manichaeorum* a calice abſtinebant , quales erant tum ipſi *Manichaei* , tum *Priſcillianiſtae* . Iſti enim ideo a calice abſtinebant , tum quia abhorrebant a vino , tum quia exiſtimabant , Chriſtum non habuiſſe verum ſanguinem . Quare GELASIVS non damnat eos , qui juſta de cauſſa a calice ſe abſtinent , ſed qui ex ſuperſtitione , ut verba ipſius indicant : *Quoniam* , inquit , *neſcio qua ſuperſtitione docentur obſtringi* . Iſti enim magno ſacrilegio Sacramentum dividebant , quia ſolvebant IESVM opinione ſua , & ideo recte jubebantur aut integra Sacramenta ſumere , & quidem ſub utraque ſpecie in ſignum correcti erroris , aut ſimpliciter a Sacramento arceri . Unde (ut ſupra diximus) S. LEO (*Serm.IV.* de *Quadrageſima*) , ad *Manichaeos* detegendos jubebat obſervari , non eos , qui modo ſub una , modo ſub utraque ſpecie communicabant ; ſed eos tantum , qui numquam ſub utraque communicabant . Illud enim eo tempore ſignum erat *Manichaeiſmi* : errore autem illo ſublato , ordinarie omnes ſub una communicabant .

Negari tamen non poteſt , in *Romana* Eccleſia aliquot ſaeculis calicem laicis quoque traditum fuiſſe . Verum 1. raro id fiebat , & non aliter , quam ſolemniter per Pontificem , & in ejus praeſentia . Id teſtatur Cardinalis *Nicolaus* CUSANVS in litteris de *amplectenda unitate Eccleſiae* ad *Bohemos* a. MCCCCLII. perſcriptis , ubi ait : *Nam ſolus Pontifex Romanus uſque ad proxima tempora , in feſto Paſchae , laicos , quibus ipſe ſua manu Corpus Domini tradidit , permiſit adcedere ad ſuſceptionem Sanguinis de manu diaconi , ſed nequaquam alios laicos in Parochiis , ad ſuſceptionem Sanguinis reperimus admiſſos* .

Secundo quid erat ea calicis traditio ? Calix , inquit GEORGIVS (*T. III. p.* 170.) , ex quo populus ſanguinem hauriebat , erat diverſus ab eo , quo Pontifex utebatur ; calix enim pro populo vocatur in *Romanis* ordinibus *Scyphus* , ſeu *calix Miniſterialis* . Archidiaconus autem parum Sanguinis refundebat ex calice Pontificis in eum calicem miniſterialem , in quo vinum poſitum fuerat, atque ita commixtum populo tradebatur . Demus ordinis (tertii) Romani verba : *Sed ipſe Pontifex confirmatur ab archidiacono in calicem majorem , ſive in ſcyphum , quem tenet Acolythus , ut ex eodem ſacro vaſe confirmetur populus : quia vinum etiam non conſecratum , ſed Sanguine Domini commixtum , ſanctificatur per omnem modum* . Quamobrem , ut recte BELLARMINVS (*l. c.*) animadvertit , calix ille magnus dicebatur *calix Sanguinis* , quia conſecratus erat contactu Sanguinis Domini , non quod revera eſſet Corpus Domini : non enim ex contactu illo mutari potuit vinum in Sanguinem .

Altera eadem cauſſa, quae movit Eccleſiam, ne pueris daret Euchariſtiam, qui quum habeant delicatum ſtomachum, ſaepe eam evomerent, & multa alia indecentia contingerent. Haec ergo cauſſa, quae movit Eccleſiam, ne pueris porrigeret Euchariſtiam, movit eamdem, ut laicis calicem prohiberet (7). Ergo ſi quando incidamus in eos homines, qui ad cetera ſunt Catholici, ſed tamen excipere ſibi volunt dari utramque ſpeciem, quod putent eſſe praeceptum Chriſti, dicendum eſt, eos non poſſe hoc modo Dominicam coenam manducare, ideſt dominice, & cum fructu, quia aliter Eccleſia definivit. Nam D. PAVLLVS ait, eos *Dominicam coenam non manducare*, qui non ſunt unanimi conſenſu, & eodem animo. Ex hac autem conſuetudine communicandi, quia dum populus communicabat, effluebat multum temporis, Cantores canebant pſalmum aliquem, qui propterea a re ipſa dictus eſt *Communio*, & ſi finitus erat pſalmus non finita communione, repetebatur. Poſt peractam populi communionem, dicebatur oratio de ea re, quae inde vocata eſt *Poſtcommunio*. Poſtea dabat Sacerdos copiam abeundi (8). Vide HESSELIVM *de utraque ſpecie*, qui plura habet, & copioſe de ea ſcribit.

AP-

(7) Huc ſpectat timor, ne Sanguis Chriſti effunderetur. Certe ERNVLFVS *Roſſenſis* Epiſcopus in epiſtola apud DACHERIVM (*T. II. Spicil. p.*432.) communionem ſub una panis ſpecie commendat, *ne tamquam impietatis manibus effundamus poculum humanae ſalutis*. Alia hanc in rem dabit egregius libellus Pariſiis anno MDCXCIII. excuſus hoc titulo: *les motifs de la ſuſpenſion de la coupe*.

(8) De his copioſe poſt BONAM GEORGIVS (*Lib.IV. de Liturg. Rom. Pontif. cap. XXII. ſeqq.*)

Digitized by Google

APPENDIX

DVPLEX EDITORIS DISSERTATIO,

Altera *de Antiphonarii*, & *Sacramentarii* GREGORIANI *Auctore*, *altera de Libro Diurno Romanorum Pontificum*.

DISSERTATIO I.

De Antiphonarii, & *Sacramentarii* GREGORIANI *Auctore*, *fueritne* S. GREGORIVS I, *an*. II.?

I. QUum Ritualem ſcriberem Bibliothecam, noveram equidem, *Petrum* GVSSANVILLAEVM (*Praef. in Antiphonar.*) ac DVPINIVM in Bibliotheca, quibus addi poteſt OVDINVS (*In Comm. de Scriptor. Eccleſ. T. I.*) de Antiphonario, Sacramentario, ceteriſque, qui ſub S. GREGORII I. nomine circumferuntur, Liturgicis Libris ita ſtatuiſſe; eos interpolatos eſſe, nec cujuſmodi ad nos pervenere, Magnum illum Pontificem Auctorem habere potuiſſe. Numquam tamen mihi veniſſet in mentem, hanc iſtorum ſententiam eo trahere, ut dubitaſſe illos, quidquamne operae in ejuſmodi Libros GREGORIVS I. contulerit, an potius GREGORIO II. tribuendi ſint, ſuſpicarer. Nam niſi & THOMASIO, & MVRATORIO, immo & VEZZOSIO, qui tamen pro GREGORIO I. ſtrenue decertarunt, licet MS. Codices, qui hodiedum exſtant, a primaevo Sanctiſſimi Pontificis autographo plurimum diſtare non illibentes faterentur, ab eorum inſtituto, ſenſiſque adeo abhorrentem opinionem, velimus adſcribere; concedendum profecto eſt, hallucinari illos, qui GVSSANVILLAEVM, & DVPINIVM incertos haeſiſſe tradunt, *primuſne*, an *ſecundus* GREGORIVS Romanam Liturgiam emendandam ſuſceperit. Fuit tamen, qui non ſolum hancce dubitationem moverit, ſed etiam Secundo GREGORIO id laboris aperte tribuerit, *Georgius ab* ECKART (*de rebus Franc. Oriental. lib. 25. p. 718.*). Verum quum ſcirem, fuiſſe illum *Scribendae diſſertationis occaſio.*

tum a *Dominico* GEORGIO (*de Liturg. R. P. T. II. diſſ.* II. *p.* CLXXXV.), tum a Cl. VEZZOSIO (*Praef. in Tom. IV. oper. Thomaſ. p. XXVI. ſeq.*) multis, graviſſimiſque momentis confutatum, de ECKARTO ſilendum mihi eſſe judicavi. Interea in nuperrima, quae Venetiis curata eſt A. MDCCLXXII, *Gregorianorum* operum editione, *Job. Bapt.* GALLICCIOLLII eruditiſſimam offendi (*T. IX.*) *Iſagogen Liturgicam*, in eaque (*cap. V.*) ECKARTI opinationem a docto Viro non tam extumulatam, quam mirifice corroboratam deprehendi, etſi (quod paucorum eſt) GALLICCIOLLIVS ſumma in proponendis ſuae ſententiae argumentis moderatione utitur, remque tandem *in medio relinqui* mavult, *donec maturior dies offuſas veritati tenebras diſcutiat*. Utinam vero is eſſem, per quem ex hiſce tenebris liceret emergere veritati! Conabor tamen aliquid illi ad hoc adferre ſubſidii non longa, quam adgredior, diſſertatione pro communi doctiſſimorum virorum PAMELII, ROCCHAE, MENARDI, MABILLONII, SANMARTHANI, MARTENII, THOMASII, GEORGII, VEZZOSII, MURATORII ſententia, quae non ſecundum, ſed primum GREGORIVM Romanae Liturgiae emendatorem, & coordinatorem fuiſſe propugnat.

IOHANNIS Diaconi hac de re teſtimonium.

II. Sed antequam diſputationem ingredior, recitanda ſunt IOHANNIS Diaconi verba in vita S. GREGORII *Magni*. Ac de Antiphonario quidem ita IOHANNES loquitur (*Lib. II. cap. 6.*). *Deinde in domo Domini .... Antiphonarium centonem cantorum ſtudioſiſſimus nimis utiliter compoſuit: ſcholam quoque Cantorum ... conſtituit: eique cum nonnullis praediis duo habitacula, ſcilicet alterum ſub gradibus Baſilicae Beati* PETRI *Apoſtoli, alterum vero ſub Lateranenſis Patriarchii domibus fabricavit: ubi uſque hodie lectus ejus, in quo recubans modulabatur, & flagellum ipſius, quo pueris minabatur, veneratione congrua cum authentico Antiphonario reſervatur.* Tum de libro Sacramentorum haec addit (*eodem lib.* II. *cap.* 17.) *Sed &* GELASIANVM *codicem de Miſſarum ſolemniis, multa ſubtrahens, pauca convertens, nonnulla vero ſuperadjiciens, pro exponendis evangelicis lectionibus in unius libri volumine coarctavit.* Vitam S. GREGORII, unde haec ſumpſimus, ſcripſit IOHANNES juſſu IOHANNIS VIII. ab anno DCCCLXXII. ad A. DCCCLXXXII. Romani Pontificis. Quanta autem apud

Quanti faciendum.

vete-

veteres fuerit hujus vitae auctoritas, GVITMVNDI circa annum MLXVI. *Averſani* Epiſcopi teſtimonio MAVRINI Patres in praefatione palam faciunt. *Eam vitam*, inquit ille (*Lib. III. de Euchariſtia*) *tot Sanctiſſimi, doctiſſimique Romani Pontifices, nullo hactenus diſſonante, probaverunt, eorumque auctoritatem ſequutae tot Eccleſiae, cuncto populo Chriſtiano conſonante, nunc uſque ſuſceperunt*. Nec ſane immerito. Quum enim Diaconus noſter, jubente, ut diximus, IOHANNE VIII. GREGORII vitam conſcripſerit, vere iidem Patres *Maurini* non ſemel monuerunt, Romanae Eccleſiae ſcrinia patere illi debuiſſe, ut quae e re ſua eſſent, colligeret, inque opus ſuum transferret. Quid? quod inter Pontifices, a quibus IOHANNIS commentarium probatum fuiſſe GVITMVNDVS adſerit, primus is ipſe IOHANNES VIII. fuit, cujus imperio illum ſuſceperat; immo hic omnis morae impatiens, ut βιογραφος primum operis ſui librum abſolverat, annua recurrente Magni GREGORII memoria illum in publicam lucem emiſit. Ecquis autem prudens non ſtatim intelligat, Pontificem hunc ſua diacoconi libros auctoritate non antea confirmaſſe, quam doctiſſimis aliquot viris, & monumentorum, quae tunc certe multo plura exſtabant, quam quae novimus, peritiſſimis legendos illos, examinandoſque tradiderit? Exploratum itaque eſſe debet, nihil IOHANNEM ſcripſiſſe, quod non ex antiquorum Scriptorum libris, vel ſaltem ex communi ſuorum temporum ſive perſuaſione, ſive traditione, prodierit. Quamobrem idem ipſe (*Praef. in opus ſuum*) non ſolum *charticios libros epiſtolarum ejuſdem Patris* (GREGORII) appellat, ſed etiam ſancte teſtatur, *nihil ſe poſuiſſe, quod Scriptorum veterum nequeat auctoritate defendi, exceptis illis miraculis, quae noſtris temporibus facta, multis adhuc ſuperſtitibus, vivis vocibus celebrantur*.

III. Repugnat his GALLICCIOLLIVS, ac generatim animadvertit, IOHANNEM ſaepe in aliis, quae ad GREGORIVM *primum* pertinent, *miſere, & inverecunde* hallucinatum eſſe. *Ut minora*, inquit ille, *praeteream, inſigne eſt mendacium, vel, ut mitius loquar, anilis credulitas Liberatio TRAIANI ab inferis .... Qui porro tam putidas fabellas vel adoptavit a rumoribus populi, vel excogitavit de ſuo, non abs re & in aliis ſolvere jubetur, ſiquando probabilis adverſus eum occurrat* *IOHANNES a mendacii eul, pa,*

rat

praeſertim ob adſertam TRAIANI ab inferis liberationem, vindicatur.

rat ratio. Utinam vero *minora* illa, quae praeteriit, Vir eruditus indicaſſet! Hoc ſcio, quae BARONIVS in IOHANNE notaverat, ſi liberationem illam TRAIANI exceperis, MAVRINOS Patres in ejuſdem GREGORII vita abs ſe elaborata vindicaſſe, cujuſmodi, ut Sancti Pontificis Monachatum omittam, illud eſt, quod de FELICE IV. ejuſdem atavo, deque BENEDICTO Papa, a quo diaconus inauguratus fuerit, apud βιογραφον noſtrum legimus. Sed ut ad TRAIANAEAM ab inferis liberationem, quae omnis hujus accuſationis praecipuum caput eſt, me convertam, num propterea inſignis mendacii, aut etiam *anilis* cujuſdam *credulitatis* IOHANNES arguendus erat? Equidem, ſiquid video, nimis inclementer cum Diacono noſtro actum eſt a GALLICCIOLLIO. Neque id eo a me dicitur, quaſi *tam putidae*, ut ajunt, fabellae in hujus ſaeculi luce patronus, & confirmator adverſus celeberrimos viros exſurgere velim, Melchiorem, inquam, CANVM [*de loc. Theol. lib. II. c.* 2.] BELLARMINVM [*de Purgator. lib. II. cap.* 8.] BARONIVM [*ad ann.* DCIV], *Petrum* HALLOIXIVM [*in notat. ad Vit. S. Ignat. M. p.* 425.] *Natalem* ALEXANDRVM, cujus de hoc argumento diſſertationem fere compulavit heterodoxus *Ioh. Andreas* SCHMIDT in *hiſtoria ſaeculi II. fabulis variorum maculata* [*p.* 30. *ſeqq.*] *Pompejum* SARNELLIVM [*ep. Eccl.* 38.], *Franciſcum* PAGIVM in *Breviario hiſtorico-Chronologico*, *D. Dionyſium* a S. MARTHA in vita S. GREGORII M., & *Gerardum* CASTEEL in controverſiis Eccleſiaſtico-hiſtoricis (*Controv. XXXIII.*]. Hoc unum contendo, neque liberationis illius narrationem tantopere exaggerandam, & magno potius argumento nobis eſſe debere, quo ingenuum ſcriptorem IOHANNEM fuiſſe, & ſupra ſuorum temporum conditionem acri judicio praeditum. Quid enim? Neque is primus fuit, qui hocce figmentum nobis obtruſerit; idipſum uno ante IOHANNEM ſaeculo PAVLLVS diaconus in ejuſdem S. GREGORII vitam intulerat: neque hujus ſequutus auctoritatem iſthaec IOHANNES ſcripto conſignavit, ſed *Anglorum*, *Saxonumque*, qui ſuis in Eccleſiis tantum quoque miraculum inter Sancti Pontificis geſta publice legebant. An non iſta ſatis ſint depellendae a IOHANNE turpiſſimi mendacii criminationi? Adde jam, illum, quid Romani de ea re ſentirent, minime diſſimulaſſe. *Sed*, inquit, *quum de ſuperioribus miraculis* Romano-

manorum *ſit nemo qui dubitet* , *de hoc* , *quod apud* Saxones [*Anglos* ſupra dixerat] *legitur* , *hujus precibus* TRAIANI *animam ab inferni cruciatibus liberatam* , *ob id vel maxime dubitari videtur* (cauſſas heic habes, cur *Romani* eo de miraculo dubitarent , eas nimirum , quae nonnihil a criticis illuſtratae in diſſertationes poſtea excrevere , perſpicue expoſitas ; quod ſane *miſeri* non eſt , & *inverecundi* mendaciorum artificis] , *quod tantus doctor nequaquam praeſumeret pro pagano prorſus orare* , *qui quarto* Dialogorum *ſuorum libro docuerit* , *eamdem cauſſam eſſe* , *cur non oretur a Sanctis in futuro judicio pro peccatoribus aeterno igne damnatis* , *quae nunc etiam cauſſa eſt* , *ut non orent Sancti homines pro hominibus infidelibus* , *impiiſque defunctis* .

IV. Atqui , inquies , nihil hujus cauſſae gravitate permotus eo tandem IOHANNES delapſus eſt , ut veram tam ineptam hiſtoriolam habuerit ; immo inſulſas quaſdam ratiunculas , quibus illam cum Catholica veritate , & GREGORII ſententia conciliaret , nugaciſſime conquiſierit . Non abnuo . Igitur IOHANNES anilis credulitatis vitio laboravit ? Hoc nego , pernegoque . Audi quot , quantique viri IOHANNIS narrationi ſubſcripſerint . *Graecos* omitto , quos inter (veruſne , an ſuppoſitus ? ad rem praeſentem non facit) *Iohannes* DAMASCENVS in orat. *de fidelibus defunctis* eamdem TRAIANI liberationem docuit , eoque ſucceſſu , ut illi in ipſum ſuum *Euchologium* eam intulerint (*cap. 96*) his verbis : *Quemadmodum* TRAIANVM *per intenſam ſervi tui* GREGORII DIALOGI *interceſſionem flagro ſolviſti* : *exaudi etiam te exorantes* , *non pro idolorum cultore* , *ſed pro fideli ſervo tuo &c.* Neque ex *Latinis* Scriptoribus huc adcerſam *Hugonem* ETHERIANVM , *Petrum de* NATALIBVS , *Gotfridum* VITERBIENSEM . Ex Theologis plures appellare heic poſſem , *Iohannem* GERSONIVM , *Dionyſium* CARTHVSIANVM , *Alphonſum* TOSTATVM , ALPHONSVM SALMERONEM , *Bartholomaeum* MEDINAM ; ſed ſatis ſit Doctorem Angelicum nominaſſe , quem *Natalis* ALEXANDER ab hujuſmodi admittenda fabella abhorruiſſe fruſtra contendit , quum non in ſupplemento ſolum , quod S. THOMAE non eiſe ultro conceſſerim , ſed *in IV. quoque ſententiarum Diſt. XLV. q.* 2. *a.* 2. eadem , quae in ſupplemento , ad explicandam Theologicos , ſi fieri poſſet , TRAIANI liberationem

Immo & animiae credulitatis errore .

Digitized by Google

nem occurrant. In Hiſtoricorum vero cenſu nominabo *Vincentium* BELLOVACENSEM [*p. II. ſpec. hiſtor. lib.* 10. *cap.* 48.] S. ANTONINVM [*p. II. Hiſt. cap.* 3. *tit.* 12. §. 8.] & *Alphonſum* CIACCONIVM, cujus liber praenotatus: *hiſtoria veriſſima a calumniis multorum vindicata, quae refert,* TRAIANI *animam precibus divi* GREGORII *a tartareis cruciatibus ereptam*, prodiit *Romae* A. MDXXVI. Atque illos quidem hac in re hallucinatos eſſe non diffiteor; audaciae tamen hominis indignarer, qui ſummos hoſce viros propterea ad infima ſtultiſſimorum fabulatorum, aut credulorum ſenum ſubſellia detruderet, quaſi vero in hiſtorica re errare nemo poſſit, aut decipi, quin bardus, inſipiens, delirus, imbecillus, atque anilis animo ſtatim audire debeat. Quidni ergo illis quoque iraſcar, qui IOHANNEM Diaconum ceteris his omnibus vel una aetatis ſuae excuſatione tolerabiliorem illa ipſa de cauſſa contemnunt, ac pronihilo putant?

V. Fac tamen, in eo liberati ab inferis TRAIANI figmento anilis cujuſdam credulitatis ſpecimen IOHANNEM praebuiſſe. Quid hoc ad Antiphonarium, ac Sacramentarium? niſi fortaſſe quis adeo intemperanti criticae ſit, ut propter aliqua quantumcumque graviſſima praedicentur, errata nihil IOHANNEM ſcripſiſſe velit fide dignum. Recte id GALLICCIOLLIVS pervidit; illud igitur addidit, *non abs re & in aliis* deferendum βιογραφον noſtrum, *si quando probabilis adverſus eum occurrat ratio.* Age igitur, cedo *probabilem*, quae illum etiam in adſerendo eorum librorum auctore erraſſe ſuadeat, *rationem*. Atqui non unam GALLICCIOLLIVS profert. Eam primum audiamus, quae utrique libro communis eſt; de aliis mox viderimus. Illud ergo vir doctus animadverti a nobis jubet, unum IOHANNEM, qui tamen trecentis poſt GREGORIVM annis vivebat, Liturgicos hoſce libros illi inter veteres tribuiſſe; non GREGORIVM TVRONENSEM, non ISIDORVM *Hiſpalenſem*, non BEDAM, non PAVLLVM Diaconum, non ADONEM *Viennenſem*, non AMALARIVM, non AGOBARDVM: ex quibus tamen nonnulli ut memoratu dignum adnotarunt, GREGORIVM I. adjeciſſe Canoni, *dieſque noſtros in tua pace diſponas.* Id equidem, ECKARTO, qui eodem ante GALLICCIOLLIVM argumento uſus fuerat, ceteriſque conceſſero, eos, qui indicati ſunt, ſcriptores hac de re ſiluiſſe. Verum

Num obſit IOHANNIS de GREGORIO M. *Sacram. & Antiphon. auctore narrationi antiquiorum ſilentium?*

rum inficiali huic argumenti generi multa ſunt, quae reponam. Peto enim a GALLICCIOLLIO, quiſnam aut veterum, aut recentiorum, antequam a *Veronenſi* Codice prodiret in lucem, Sacramentarium S. LEONI M. adſcripſerit? Negabimuſne propterea, ſin totum, magnam ſaltem illius Libri partem LEONI deberi? Neget, per me licet, GALLICCIOLLIVS, ſi velit; at illud nobis ſaltem edicat, quid fiet pluribus illis Liturgicis inſtitutionibus, quas GREGORIVS M. ſibi vindicat (*ep.* 44. *lib. IV. &* 64. *lib.* VII.) ac paullo poſt recenſebimus? Nam qui *ut memoratu dignum* adnotarunt, GREGORIVM I. adjeciſſe Canoni; *dieſque noſtros in tua pace diſponas* (de quo tamen ipſe GREGORIVS ſilet), illas etſi memoratu digniores uno excepto AMALARIO ſilentio praeterierunt. An GREGORIANAS illas epiſtolas, in quibus earum Liturgicarum innovationum mentio fit, *νοθείας* ex tot Auctorum ſilentio ſiquis argueret, cuipiam cordato viro probari poſſet? Urgeo. Quid ſi eodem hocce argumento contendero, ne GREGORIVM quidem II. Antiphonarium, & Sacramentarium edidiſſe? Quis enim antiquorum ſcriptorum, de iis libris *ſecundo* GREGORIO adjudicandis cogitavit? Nemo unus. Videat ergo vir eruditiſſimus, ne veterum Auctorum ſilentio nimis fidat. Saepe nobis aliqua ejuſmodi videntur eſſe, quæ ab aequalibus, aut certe rei geſtae proximioribus ſcriptoribus obvolvi ſilentio nec potuerint, nec debuerint: illa tamen veriſſima ſunt, tantumque ſilentium mirari debemus, urgere non poſſumus. Exemplum praebeat PAVLLVS *diaconus*, qui ante IOHANNEM, ut diximus, vitam Sanctiſſimi Pontificis evulgavit. Nihil in ea invenies de Regina THEODELINDA, rebuſque pro Eccleſia hortatu GREGORII ab ea geſtis. Inſignia ſane haec fuiſſe, ac memoratu digna negaverit nemo. Siluit ea tamen tunc PAVLLVS, qui poſtea res *Langobardorum* ſcribere adgreſſus illa (*Lib. IV. cap.* 2.) ſibi commemoranda eſſe non dubitavit.

Quod tamen generale non fuit, quum utriuſque libri auctorem IOHANNE vetuſtior STRABO GREGORIVM denotarit.

VI. Haec hactenus de Auctoribus, quos GALLICCIOLLIVS nominavit. Nimis tamen cum Adverſariis liberaliter egit CL. VEZZOSIVS, qui (*T. IV. Thom. Praef. p.* xxx.) *nullum teſtimonium* eſſe pro GREGORIANIS Sacramentario, & Antiphonario *vetuſtius illo* IOHANNIS *Diaconi* adfirmavit. Nimirum quum paullo poſt *VValafridum* STRABONEM, BERNONEM *Augienſem*, & MICROLOGVM appellavit, alia cogitans non

madvertit Vir Cl. STRABONEM non inter eos, qui IOHANNI *adhaeſerunt*, ſed inter illos, qui ei praeiverant, numerandum fuiſſe. WALAFRIDUS ſcilicet STRABO *Augiae majoris* Abbas anno deceſſit DCCCXLIX, annis ſcilicet tribus ſupra viginti antequam IOHANNES VIII, quo jubente diaconus noſter ſuos de GREGORII vita Libros compoſuit, Apoſtolicam Sedem conſcenderet. Ille autem de utroque GREGORII Libro teſtimonium tulit IOHANNAEO quamſimillimum. Nam (*cap. XXII.*) poſtquam de GELASII Sacramentario dixerat, continenter adjecit: *Et quia tam incertis auctoribus multa videbantur inſerta, & ſenſus integritatem non habentia, curavit Beatus* GREGORIVS *rationabilia quaeque coadunare, & ſecluſis his, quae vel nimia, vel inconcinna videbantur, compoſuit librum, qui dicitur Sacramentorum, ſicut ex titulo ejus manifeſtiſſime declaratur*. Nec multo poſt de Antiphonario addidit: *traditur denique*, B. GREGORIVM, *sicut ordinationem Miſſarum, & conſecrationum, ita etiam cantilenae diſciplinam, maxima ex parte in eam, quae hactenus quasi decentiſſima obſervatur, diſpoſitionem perduxiſſe, sicut & in capite Antiphonarii commemoratur*. At de quonam haec GREGORIO WALAFRIDVS tradit? de GREGORIO utique *Magno*, idque tam certum eſt, quam quod certiſſimum. Nam ubi GREGORIVM II. indicare voluit *Junioris* cognomen ei addidit, ut *cap. XX.*, ubi vero aliquid a GREGORIO III. factum innuit, tertium illum diſerte nominavit, ut eodem, quod antea laudabam, capite XXII. & cap. XXV. Quum igitur STRABO B. GREGORIVM nullo adjecto nomine, quo alius deſignetur, appellat, de primo, ſeu Magno intelligendus eſt: ſic capite XXV: *& quia*, inquit, B. GREGORIVS *vitam egregii Patris* BENEDICTI *deſcribens*; quae profecto ad unum ſpectant GREGORIVM MAGNVM. Sed ut dubitationi omnis locus intercludatur, ſatis erit pauca alia ex capite XXII. heic deſcribere. GREGORIVS *vero*, *de quo ſuperius ſaepius fecimus mentionem*, *augmentavit in precatione Canonis: dieſque noſtros in tua pace diſponas*. Quid ad rem noſtram difertius adferri poſſet? Eo capite bis GREGORII meminerat STRABO, illis ſcilicet locis, quae nuper reddidimus. Si ergo GREGORIVS, cujus ſupra mentionem VVALAFRIDVS injecerat, ille ipſe eſt, qui *augmentavit in precatione Canonis*; *dieſque noſtros*, GREGORIVM Magnum

gnum ibi a STRABONE deſignatum ecquis non videat? quum nemo dubitare poſſit, quin addita illa Canoni precatio MAGNVM GREGORIVM auctorem habuerit, cui eam quoque BEDA aperte tribuit: deſignatus autem eſt quo loco Sacramentarii, atque Antiphonarii conditor indicabatur; alius igitur a GREGORIO MAGNO non fuit STRABONI GREGORIVS utriuſque libri auctor luculentiſſimus.

Sacramentarii vero utroque antiquior HADRIANVS I.

VII. Verum quod ad Sacramentarium adtinet, dabo teſtem non IOHANNE ſolum, ſed etiam STRABONE antiquiorem. Is eſt HADRIANVS I. qui A. circiter DCCXCI (*Codicis Carolini epiſt.* 82.) haec ad CAROLVM M. ſcribebat (*Cenn. I. p.* 525.). *De Sacramentario vero a Sancto praedeceſſore noſtro* DEIFLVO GREGORIO *Papa diſpoſito, jam pridem* PAVLLVS *Grammaticus a nobis eum pro vobis petiit &c.* Quis hic DEIFLVVS GREGORIVS? Num ſecundus? Fallor equidem, ac vehementer fallor, ſi quiſquam in veterum ſcriptis aliquanto verſatior alium heic intelligat, quam GREGORIVM M. Fruſtra GALLICCIOLLIVS illud BARONII objiceret de GREGORIO II. ſcribentis: *ejus ſcripta ſi exſtarent, reſque ab eo geſtae diligentius ſcriptis mandatae eſſent,* GREGORIO MAGNO *haud minorem exiſtimares*. Nam ut hoc verum ſit, neque exaggeratius dictum, quam ferret MAGNI GREGORII ſapientia, atque exiſtimatio, num HADRIANI I. temporibus alterius ſcripta caeleſti quadam ſapientia referta exſtitiſſe probabili ullo argumento efficietur? Quod tamen perneceſſarium foret, ut quis HADRIANVM in ea ad CAROLVM epiſtola de ſecundo GREGORIO loqui potuiſſe ſaltem conjectando adfirmaret. Demus tamen exſtitiſſe. Quid tum? Eo certe HADRIANVS honorificentiſſimo illo *Deifluii* elogio ſpectavit, ut quiſnam e tribus, quos deceſſores habuerat, GREGORIIS Sacramentarii auctor eſſet, veluti manifeſto inter illos diſcrimine denotaret. Porro licet Secundum GREGORIVM in ſcriptis ſuis, quae tunc exiſterent, excelluiſſe fingamus, non ignorabat tamen HADRIANVS multo celebriora eſſe GREGORII PRIMI opera, & *Gallos*, *Langobardoſque*, ad quorum Regem litteras dabat, quum ſingulare illud DEIFLVI nomen legiſſent, de primo cogitaturos potius, quam de ſecundo, aut tertio. Male igitur rationes ſuas HADRIANVS iniiſſet, qui ut GREGORIVM ſecundum indicaret, multo aptiore ad pri-

Digitized by Google

mum, quam ad alterum deſignandum nomine, fuiſſet uſus. Id ne vero egregium hunc Romanae Sedis Praeſulem non animadvertiſſe quis credat? Quid plura? Nonne idem HADRIANVS in litteris ad *Epiſcopos Hiſpaniae*, Magnum GREGORIVM *Sancto repletum ſpiritu in Moralibus* ſuis conſcribendis appellavit, quemadmodum antea ISIDORVS Hiſpalenſis eum dixerat *tamquam per gratiam Sancti Spiritus ſcientiae lumine praeditum*? Quid hoc? An non idem fere quod *Deifluus*? Dubitandum igitur non eſt, *Deifluum* HADRIANI GREGORIVM alium a MAGNO, ſeu Primo non eſſe. En ergo pro S. GREGORII M. Sacramentario teſtem cum antiquitate, tum dignitate graviſſimum. Haec ſcilicet quum Pontifex ſcriberet, ſexaginta tantum anni effluxerant a GREGORII II. obitu, qui in annum inciderat DCCXXXI. Quare ſi is auctor Sacramentarii fuiſſet, id *Romae* eo tempore pervulgatum eſſe debuit, tritumque omnium ſermonibus. Fieri igitur non potuit, ut HADRIANVS in ejuſmodi re falleretur, qui *ſecundum traditionem Romanae Eccleſiae* ſe librum illum miſiſſe CAROLO ſcribit. Non urgeo *traditionis* vocabulum, licet perſpicuum ſit, in re eodem, quo haec ab HADRIANO litteris mandabantur, ſaeculo, illoque nondum elapſo perfecta vix locum id nominis habere potuiſſe. Satis mihi eſt, ipſam rationem temporum poſtulare, ut ſine turpiſſimo errore, cujus ne ſuſpicio quidem ferenda ſit, Sacramentarium, quod GREGORIO II. deberetur, GREGORIO MAGNO adſcribere HADRIANVS nequiverit. Quamquam quid multis opus? Quatuor antequam quae hactenus expendimus ad CAROLVM HADRIANVS ſcriberet, anno ſcilicet DCCLXXXVII. ad eumdem CAROLVM in cauſſa *Nicaenae* II Synodi litteras dederat. Atqui in his poſtquam ex S. GREGORII XXVI. in Evangelia homilia, & ex libro XXVII. *ſuper* IOB teſtimonia quaedam recitavit, ſubjicit e veſtigio: *Sed & Sancta Catholica, & Apoſtolica Eccleſia ab ipſo Sancto* GREGORIO *Papa ordinem Miſſarum, ſolemnitatum, orationum ſuſcipiens, plures nobis edidit orationes* [*T. VII. Conc. Labb. Pariſ. edit. col.* 919.]. Stipes ſit, oportet, qui non intelligat, GREGORIVM, a quo HADRIANVS Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam *ordinem Miſſarum*, *ſolemnitatum*, *orationum* ſuſcepiſſe heic adſerit, eumdem eſſe, ex cujus libris ſententias in rem ſuam continenti ſermone excerpſerat. Certum

tum igitur erat HADRIANO, GREGORIVM homiliarum in Evangelia, & Moralium in *Job* auctorem Sacramentarium quoque, in quo *ordo Miſſarum*, *ſolemnitatum*, *orationum* continebatur, edidiſſe. Et dum anno deinde DCCXCI. Sacramentarium a *Deifluo* GREGORIO expoſitum idem HADRIANVS memoravit, non de primo GREGORIO, cui illud quatuor ante annos tam diſerte tribuerat, ſed de ſecundo ejus dicta interpretabimur? Qua veritate? Qua fide?

Immo & HADRIANO ipſo vetuſtior EGBERTVS.

VIII. Neque id ſatis. Videat GALLICCIOLLIVS, quam falſo adſeruerit; videat VEZZOSIVS, quam [verbo ſit venia) inconſulto conceſſerit, unum eſſe ex Scriptoribus IOHANNIS VIII. Pontificatu antiquioribus IOHANNEM Diaconum, qui pro GREGORII Antiphonario, & Sacramentario teſtimonium tulerit. Nonne idem luculentiſſime teſtatus eſt, qui ab anno DCCXXXII. ad DCCLXVII. *Eboracenſem* ſedem tenuit, EGBERTVS in Dialogo *de inſtitutione Ecclesiaſtica? Nos autem*, inquit ille (*T. VI. Concil. Labb. Pariſ. edit. col.* 1609.] *in Ecclesia* Anglorum *idem primi menſis jejunium* [*ut noſter didaſcalus beatus* GREGORIVS *in ſuo Antiphonario*, *& Miſſali libro per paedagogum noſtrum beatum* AVGVSTINVM *tranſmiſit ordinatum*, *& reſcriptum*] *indifferenter de prima hebdomada quadrageſimae ſervamus*. Quid ad haec ECKARTVS? Quid GALLICCIOLLIVS? Neminem latet, S. AVGVSTINVM *Anglorum* Apoſtolum a *Magno* GREGORIO miſſum fuiſſe. Ejus igitur eſt Antiphonarium, ejus Miſſale, ſeu Sacramentarium, quod Pontificis nomine ad *Anglos* AVGVSTINVS detulerat *ordinatum*, & *reſcriptum*. Numquid de peculiari aliquo Antiphonario, & Sacramentario, quod GREGORIVS M. pro *Anglis* ordinarit, non de illis, qui latiſſime per Chriſtianum orbem diſſeminati ſunt, ſomniabimus? At hoc ipſum praejudicatae opinionis figmentum EGBERTVS occupavit, evertitque. Audiamus illum de ſecundo jejunio quarti menſis paullo poſt diſſerentem. *Hoc autem jejunium idem beatus* GREGORIVS *per praefatum Legatum in Antiphonario ſuo*, *& Miſſali*, *in plena hebdomada poſt Pentecoſten*, Anglorum *Ecclesiae celebrandum deſtinavit*. *Quod* NON SOLVM NOSTRA TESTANTVR ANTIPHONARIA, SED ET IPSA, QVAE CVM MISSALIBVS SVIS CONSPEXIMVS APVD APOSTOLORVM PETRI, & PAVLLI LIMINA.

MSS. Codicum qui etiamnum exſtant, confirmata auctoritas.

IX. Ex his porro, quae a STRABONE, HADRIANO, & EGBERTO adcepimus, invictum aliud enaſcitur pro noſtra ſententia argumentum. Plures habemus cum Sacramentarii, tum Antiphonarii Codices a nono ad XII. ſaeculum exaratos, ita inſcriptos, ut GREGORIVM prodant Auctorem, immo Antiphonariis carmina aliquot praefixa ſunt idipſum explicatius indicantia: cujuſmodi *Modoetienſe* eſt, in quo apud CL. GORIVM in *Theſauro Diptychorum* (*T. II. p.* 215.) legitur:

> GREGORIVS *Praeſul meritis, & nomine dignus*
> *Unde genus duxit, ſummum conſcendit honorem.*

Notat quidem GALLICCIOLLIVS, non eſſe hoſce ſive verſus, ſive titulos tantae antiquitatis, ut litem dirimere poſſint, ac praeterea *Primum, & Secundum* GREGORIVM *ex aequo reſpicere poſſe*. Ac ſi de Codicum, ex quibus in lucem eruditi viri illos emiſerunt, antiquitate GALLICCIOLLIVS loqueretur, facilis ei adſentirer. Unum eſſet ipſi GREGORIO aequale, *Modoetienſe*, inquam, Antiphonarium, quod a *Magno* GREGORIO THEODELINDAE Reginae dono miſſum habuiſſe GEORGIVS videtur. Sed etſi GORIVS quoque incertus haeret, nec ſatis ſibi conſtat, ea tamen, quae VEZZOSIVS poſt THOMASIVM (*Praef. in Tom. IV. p. XXIX.*) animadvertit, aliter ſentire, Codicemque illum nono ſaeculo adſcribere nos cogunt. Nego autem, verſiculos illos, tituloſque utrumque GREGORIVM *ex aequo reſpicere poſſe*. Omitto, ſi unum, alterumve MS. librum dempſeris, ut *Vindobonenſem*, de quo in *Liturgia Romana* MVRATORIVS, ceteros omnes Codices, nono ſaeculo recentiores quum ſint, poſt IOHANNIS vitam exaratos eſſe; quo ſcilicet tempore de GREGORIO *Magno* illorum librorum auctore ita fama percrebuerat, ut eorum verſuum, titulorumque ſcriptores de GREGORIO II. ne cogitare quidem potuerint. Certe Auctores omnes, qui illis, conſequutiſque temporibus aliquid de re Liturgica ſcripto tradiderunt, unum *Magnum* GREGORIVM praedicant Romanae Liturgiae inſtauratorem, ut BERNO *Augienſis*, MICROLOGVS, Anonymus ſcriptor vitae S. GREGORII I. ab *Henrico* CANISIO vulgatus, Anonymus alter ex *Vaticano* Reginae *Suecorum* Codice a GEORGIO editus [*de Lit. Rom. Pont. T. III. p.* 434]

p. 434.) Anonymus quoque VALLICELLANVS, de quo VEZZOSIVS in notis ad THOMASII praefationem in libros *Reſponſoriales*, *&* *Antiphonarios* [*T. IV. p. XL.*]. Et mirabimur, eorumdem temporum antiquarios, uti dicimus, in libris illis, quos exſcribebant, titulo aliquo, elogioque exornandis in unum *Magnum* GREGORIVM intendiſſe? Verum hoc, ut dixeram, omittatur. Id contendo, titulos illos, verſuſque (ſiquod poſterius additamentum exceperis, ut in ERFRIDI Codice) omnibus, qui aetatem tulerunt, Codicibus, atque adeo IOHANNIS Diaconi vita multo vetuſtiores eſſe. Titulum enim, quo Sacramentarium a *Deifluo* GREGORIO expoſitum dicebatur, HADRIANVS Codici, unde exemplum CAROLO Regi mittendum exſcribi juſſerat, inſcriptum fuiſſe docet. Eumdem titulum in ſuis cum Sacramentarii, tum Antiphonarii MSS. exemplis STRABO invenerat. ECBERTVS GREGORII Miſſales, & Antiphonarios Libros laudat & in *Anglia*, & *Romae* adſervatos, nec abſque ullo titulo fuiſſe illos deſcriptos veroſimile eſt. An non ergo jure hinc arguam, titulos, qui in noni, ac poſteriorum ſaeculorum Codicibus etiamnum leguntur, ex libris ante illa tempora exaratis profluxiſſe? Quod ſi vetuſtiorum Codicum titulos nonniſi GREGORIVM MAGNVM ſpectaſſe teſtes habemus longe graviſſimos STRABONEM, HADRIANVM, ECBERTVM, fierine potuit, ut qui inde in recentiores Codices derivarunt, tituli primum, & ſecundum GREGORIVM *ex aequo reſpicerent*? Stet igitur IOHANNI noſtro ſua auctoritas tot prolatis monumentis confirmata.

Quae ad infirmandam IOHANNIS *de Sacramentario narrationem* GALLICCIOLLIVS *urget, diluuntur.*

X. At enim multa GALLICCIOLLIVS ingenioſiſſime excogitavit, quibus ineptiiſſe IOHANNEM nihilominus evinceret. Ab illis ordior, quae ad Sacramentarium ſpectant. Ait igitur, *vix intelligi poſſe*, *quid utilitatis contulerit pro exponendis evangelicis lectionibus* (quod tamen a IOHANNE dictum Vaticanus GEORGII Anonymus iteravit) *Gelaſianum Codicem in unius libri volumine coarctari*. Scilicet vir doctus nodum [quod ajunt] in ſcirpo quaerit; ſed fruſtra. Quod enim quid pauculis illis verbis ſignificare IOHANNES voluerit, non ſatis nobis perſpectum ſit, proptereane univerſam narrationis ſeriem jure explodas? Vae hiſtoricis fere omnibus, ſi tam ſeveri in judicando de illorum fide, atque auctoritate fuerimus. Nec tamen inexplicabile eſt, *quid utilitatis contulerit pro exponen-*

Digitized by Google

ponendis Evangelicis lectionibus GELASIANVM *Codicem in unius libri volumine coarctari*. GELASIANVS Codex tres erat tributus in libros, quorum primus Miſſas complectebatur, ritusque ſervandos per integrum anni curſum in praecipuis Chriſti Domini ſolemnitatibus, & Quadrageſima; ſecundus ad Sanctorum Miſſas ſpectabat; tertius Dominicarum Miſſas a Pentecoſte ad Adventum exhibebat. Contra GREGORIANVS codex ſecundum anni, ac ſolemnitatum celebrandarum ordinem Miſſas una ſerie continebat. Quamobrem neceſſe fuit, ut Evangeliorum quoque in Miſſis legendorum novus ordo a GREGORIO ſive in *Capitulari* aliquo Evangeliorum, ſive in Evangeliario ipſo praeſcriberetur, utique eadem continenti ſerie, qua Miſſas diſtribuerat, quum ante ipſum quemadmodum in Sacramentarii Miſſis, ita & in Evangeliorum Lectionibus a ſacris Chriſto Domino diebus ad Sanctorum ſolemnitates, & contra ab his ad illos juxta trium librorum diviſionem ſaltuatim diſcurrendum eſſet. Quis autem non videat, illis, qui Evangelia expoſituri erant, multo commodiorem vetere GELASIANO novum hunc GREGORIANVM eſſe debuiſſe? Verum in re nihili quid diutius immorer? Neque gravius eſt, quod adverſarius ſubjicit. Negat, vera eſſe, quae IOHANNES ſcribit, *multa* GREGORIVM de *Gelaſiano* codice ſubtraxiſſe. Si enim, inquit, id GREGORIVS feciſſet, multo breviora ſub ipſo *Romanae* Miſſae ſolemnia fuiſſent; quum tamen ex ejuſdem *Magni* Pontificis ad EVLOGIVM epiſtola (*Lib. X. ep. 35.*) conſtet, trium omnino horarum ſpatium Romani Pontificis Miſſas, uti antea, poſtulaſſe. Sed primo a GALLICCIOLLIO percunctari liceat, unde antegregorianis temporibus trium tantummodo horarum ſpatio *Romanae* Miſſae ſolemnia definita fuiſſe colligat. Appellat ille (*p. 176.*) *ordines Romanos vetuſtiſſimorum temporum*. Itane vero? At ordines *Romani* vetuſtiſſimorum temporum octavo ſaeculo, quo unus GREGORIANVS codex obtinebat, antiquiores non ſunt, judice MABILLONIO. Quei ergo ex hiſce libris de horarum ſpatio, quod ſub GELASIO, eique ſuffectis ad GREGORIVM Pontificibus Miſſae protrahebantur, nobis conſtabit? Praeterea GREGORIVS ea in epiſtola de Miſſa loquitur *diebus feſtis* a ſe celebrata. Pontificiae autem Miſſae longitudo non a ſolo orationum, ac praefationum numero, ut GALLICCIOLLIVS indicat, *Gregorianis*

nis praeſertim temporibus petenda erat, ſed multo magis a Caeremoniarum varietate, ac multitudiue, ab Homiliarum recitatione, a temporis, quod Sacrae oblationes depoſcebant, diuturnitate, a communicantium frequentia, aliiſque id genus. Fuſiorne eſt noſtris hiſce temporibus ad Romanorum Pontificum Miſſas adhibitus Miſſalis liber, quam quo ceteri Sacerdotes utuntur? Minime ſane. Eaedem in utroque orationes ſunt, eaedem Praefationes, eadem Evangelia, & epiſtolae; adeo tamen non eodem temporis ſpatio Pontificiae, & Sacerdotales Miſſae concluduntur, ut ne inſtitui quidem inter utrarumque longitudinem comparatio poſſit. Nullum igitur argumentum eſt, quo IOHANNIS de coarctato GELASIANO Codice narrationem mendacii GALLICCIOLLIVS incuſat, praeſertim quum ille GREGORIVM *multa* quidem ex hoc *ſubtraxiſſe* ſcripſerit, ſed etiam *nonnulla adjeciſſe* adfirmarit. Ceterum nihil IOHANNIS cauſſam juvare magis poteſt, quam GELASIANI, quem THOMASIVS edidit, cum GREGORIANO codice accurata collatio; hinc enim in oculos ſtatim incurret, quam multa ab hoc abſint, utique ex illo reſecta, quemadmodum IOHANNES ajebat.

Ad ea, quae idem GALLICCIOLLIVS *adverſus* IOHANNEM *ſuper Gregoriano antiphonario animadvertit,*

XI. Hactenus iis ſatisfecimus, quae IOHANNIS de GREGORIANO Sacramentario narrationi GALLICCIOLLIVS oppoſuit. Ad ea transeamus, quae idem vir doctus de Antiphonario diſputat. Primo igitur ait incredibilia omnino eſſe, quae ille de GREGORIO Muſicam pueros in ſchola Cantorum edocente narrat. Quis enim ſibi perſuadeat, tantum Pontificem graviſſimis curis obrutum, in tot librorum ſcriptione vehementer occupatum, cum podagrae, ac ſtomachi doloribus fere perpetuo luctantem voluiſſe, aut potuiſſe cum pueris tempus terere, ut eos in muſica exercitatos haberet, & qui nec loqui poterat, canere potuiſſe? Deinde quum IOHANNES, adrepta ex ſchola cantorum, quam a S. GREGORIO conſtitutam dixerat, occaſione, HADRIANVM Papam duos in Gallias Clericos, qui de lite ibi ob cantus rationem ſuborta ſententiam ferrent, miſiſſe perhibeat, GALLICCIOLLIVS animadvertit, Clericos illos, teſte Monacho *Engoliſmenſi*, apud *Gallos* ſe ſe jactaſſe *doctos* a S. GREGORIO. Hic enimvero primus GREGORIVS eſſe non potuit, qui a. DCIV. e vivis exceſſerat, quum Hadrianus a. ſolum DCCLXXII. Pontificatum inierit, immo in

annum DCCLXXXVII. diſſidium, ad quod componendum *Romani* illi Cantores in Gallias profecti ſunt, ECKARTVS conjiciat. Haec ergo potius de GREGORIO II. intelligere nos GALLICCIOLLIVS jubet; hincque ad illum Romanam Scholam Cantorum, quam IOHANNES *Magno* perperam tribuerit, referendam eſſe hariolatur. Ex epiſtola demum GREGORII *Primi* ad IOHANNEM *Syracuſanum* telum promit, quo IOHANNIS narratio omnis confoſſa jaceat. Nimirum in ea epiſtola Sancto Pontifici objectum fuiſſe animadvertimus, quod pauca aliqua in re Liturgica innovaſſet, cujuſmodi eſt *Alleluja* extra Pentecoſtes tempora, ſubdiaconorum ſpoliatorum Proceſſio, *Kyrie eleiſon* iteratum, & Orationis Dominicae poſt Canonem recitatio: quis autem credat, inquit GALLICCIOLLIVS, *minuta haec tantum fuiſſe objecta S. Doctori, ſi maximam ille in cantum, & ritus Sacros mutationem invexiſſet*? Nihil eorum, quae eruditiſſimus Adverſarius ad elevandam IOHANNIS fidem propoſuit, diſſimulaſſe me reor. Nunc illa excutiamus.

reſponſio. XII. Atque ut ab epiſtola ad IOHANNEM *Syracuſanum* data inverſo ordine incipiam, ſcripta ea fuit a. DXCVIII, aut inſequente: quare a MAVRINIS GREGORIANORVM operum editoribus in Librum IX. relata fuit num. XII. Quid ſi ergo poſt eum annum GREGORIVS *Gelaſianum* Codicem contraxiſſet, ac de cantu innovando cogitaſſet? Mirandumne eſſet, nihil de his GREGORIO objectum, quo tempore ad *Syracuſanorum* Praeſulem litteras illas perſcripſit? Dabo tamen tantam tum quod ad cantum, tum quod ad Miſſales Libros adtinet, novitatem ad ipſa GREGORIANI Pontificatus primordia ſpectare. Nego enimvero, ea de cauſſa potuiſſe a *Siculis*, quorum in ea epiſtola mentio, reprehendi. Cur enim, quas indicavimus, GREGORII inſtitutiones *Siculi* redarguerant? Num ea de cauſſa, quod novitatem ſaperent? Minime vero. Hoc ii querebantur, GREGORIVM, qui *Eccleſiam* Conſtantinopolitanam *diſponebat comprimere*, *ejus conſuetudinem per omnia ſequi*, atque uno hoc nomine Liturgicas illas innovationes veluti e Graecis fontibus derivatas damnabant. Non fuit igitur, cur aut introducta Cantorum Schola, aut Gelaſiani Codicis coarctatio in eorum reprehenſionem incurreret. Quid enim inviſae Graecitatis alterutra praeſeferebat? Nihil plane. Quod ergo neutra GREGORIO objecta fuerit, leviſſimum eſt ad utramque GREGORIO

RIO

Digitized by Google

RIO abjudicandam argumentum. Alterum illud de S. GREGORIO, a quo Romani Cantores *ſe doctos* ajebant, non majoris eſt ponderis. Edocti illi fuerant a GREGORIO; at, inquit Cl. VEZZOSIVS (*in Tom. IV.* THOM. *p.* xxix.) non in vivis ſuperſtite, ſed ab illius inſtitutis, & ſchola. Id quidem GALLICCIOLLIVS reponit, *eſſe hominis ad incitas redacti*. Vereor tamen, ne & ipſe, qui BENEDICTVM, & THEODORVM (id enim erat nominis Romanis illis Clericis in *Galliam* miſſis) de GREGORIO II. loquutos eſſe contendit, ad eaſdem tandem *incitas redigatur*. Quid enim ſi non de GREGORIO II. ſuo dum viveret, Magiſtro, ſed de Romano cantu ex ejus diſciplina legibuſque inſtaurato ſint illi ab ipſomet GALLICCIOLLIO horum verba intelligenda, quemadmodum a VEZZOSIO in GREGORII Primi gratiam verius explicata audivimus? Atqui id neceſſarium omnino eſt. Peto enim, quandonam eos GREGORIVS II. Muſicen docere potuerit? Num ante ſuſceptum a. DCCXV. Pontificatum? an poſt? Utrumlibet GALLICCIOLLIVS ſtatuat, rem penitus incredibilem nobis obtrudet, miſſos ſcilicet ab HADRIANO ſeptuagenario, aut octogenario majores. Neque enim hi niſi quinctodecimo, aut decimo ſaltem aetatis anno Muſices ſe ſe ſtudio tradiderint. Conjice id in extremum GREGORII II. annum DCCXXXI., anno igitur DCCLXXXVII, quo *Gallicum* iter ingreſſi ſunt, annum egiſſent ſexageſimum ſextum, ſi decennes; ſeptuageſimum vero primum, ſi quinquennio ſeniores GREGORIVM audiiſſent. Quid vero ſi primis GREGORIANI Pontificatus annis? Quid ſi ante ipſum Pontificatum illos Muſicis diſciplinis inſtitutos fingamus? Et hoſce non tam *aetate grandaevos*, ut GALLICCIOLLIVS loquitur, quam decrepitos ſenes longi ac difficilis itineris moleſtias ſubire, cantus doctores futuros HADRIANVS juſſerit? Equidem ipſe non credam; nec fortaſſe ullus credet, niſi praeconceptis opinionibus indulgere malit, quam veritati litare. At illi ſe *doctos* a S. GREGORIO dixere. Dixerint; verum vel eos quod incredibile nuper vidimus, ſenectute confectos *Gallicum* iter jubente HADRIANO ſuſcepiſſe adſeremus, vel eo tandem deveniendum erit, ut illos nihil aliud iis verbis ſignificare aut potuiſſe, aut voluiſſe fateamur, quam quod in ipſo etiam familiari ſermone, ubi de Secta, de Academia, de ordine quopiam agatur, uſitatum nobis eſt, ſe ex Schola a S. GREGORIO poſita

ſita prodiiſſe. Quod ſi huc delabimur, an non ad primum potius, quam ad ſecundum GREGORIVM id referamus? Secundum enim nihil ad Cantus Romani diſciplinam contuliſſe novimus; primum vero de Cantorum ſchola optime meritum fuiſſe non modo ex IOHANNE, ſed etiam ex ceteris, quos appellavimus, eo vetuſtioribus intelleximus, ac praeterea ex Romana Synodo A. DXCV. ab eodem Sancto Pontifice habita conſtat, in qua vetuit, ne qui *in diaconatus ordine inſtituti* eſſent, *Cantatores* eligerentur, ac *modulationi vocis inſervirent*, Cantorum officio Subdiaconis, vel minorum ordinum Clericis relicto. Reſtat quod primum GALLICCIOLLIVS objiciebat. Incredibile illi videbatur, GREGORIVM ſub curarum Apoſtolicarum pondere fatiſcentem, morborum quoque doloribus, ac longinquitate paene conſumptum de moderanda Cantorum ſchola, pueriſque Muſicen edocendis cogitaſſe. Verum eadem prorſus ratione incredibile quiſpiam dixerit, *tot eum, ac tanta condere volumina potuiſſe, quod* inquit BEDA in *hiſtoria Anglorum* (*Lib. II. cap. 1.*) *paene omni juventutis ſuae tempore, ut verbis ipſius loquar, crebris viſcerum doloribus cruciabatur, horis, momentiſque omnibus fracta ſtomachi virtute laſſeſcebat, lentis quidem, ſed tamen continuis febribus anhelabat*. Mirabimur igitur, haec ab eo fieri potuiſſe; non tamen veluti incredibilia, hancque ob cauſſam falſa rejiciemus. Quid apud GREGORIVM quemadmodum animarum excolendarum ardor, ita & Religionis ſplendor, ac dignitas non valebat? Quamquam quae de Muſico ejus magiſterio IOHANNES narrat, non ita adcipienda ſunt, quaſi quotidianum aliquod Sancti Pontificis munus illud fuerit. Ut vera ille ſcripſerit, nihil amplius neceſſe fuit, quam ut GREGORIVS interdum Scholam Cantorum adierit; quod ſane quum & ſingulari, qua praeſtabat, animi demiſſioni, & quo flagrabat, caeremoniarum, & religionum publicarum ſanctiſſime obeundarum ſtudio maxime conſentaneum ſit, levationis quoque aliquid inter aegritudinum dolores adferre illi potuit. Nec plura de his. Finis igitur longiori, quam initio putaveram, huic diſſertationi tandem imponatur.

D E

DE LIBRO DIVRNO

ROMANORVM PONTIFICVM

DISSERTATIO II.

Quam ſupra promiſi, atque heic exhibeo de Libro Diurno Romanorum Pontificum diſſertationem, eam utilitatis aliquid, multum certe jucunditatis lectoribus adlaturam ſpero. Quatuor illa partibus continebitur. Agam in prima de Pariſina hujus libri editione a V. CL. *Johanne Garnerio* S. J. curata; altera erit de *Holſteniana* ejuſdem Libri editione. Tertia quidnam poſt *Garnerium* a Viris doctis ſuper Libro Diurno cogitatum actumque fuerit, percenſebit. Quarta demum oſtendet, quantum ex eo Libro utilitatis ad Fidei confirmanda decreta, & Eccleſiaſticam diſciplinam illuſtrandam percipi poſſit.

PARS I.

De Pariſina Libri Diurni editione a Joh. Garnerio *curata; ubi & Viri Cl. Praefatio recuditur cum noſtris adnotationibus.*

Etſi, ut videbimus, *Garnerianam* Libri Diurni editionem *Holſteniana* anteceſſit, quum tamen haec ſuppreſſa fuerit, de *Garneriana* primum mihi agendum eſſe video. Quid porro in ea a Cl. Auctore præſtitum fuerit, ex ipſa ejus Praefatione diſcemus. Eam heic ſubjicio cum meis adnotationibus. DE

IOHANNIS GARNERII PRAEFATIO AD LECTOREM.

I. QUi diu latuit Liber Diurnus Romanorum Pontificum, in lucem prodit: cur enim latere pergeret, cùm nihil eo ſit, aut opportunius ad ſtudiorum cupiditatem explendam, aut utilius ad veterem Hiſtoriam Eccleſiaſticam, aut neceſſarium magis ad maledicorum ora obſtruenda, aut honorificentius ad ſedis Apoſtolicæ dignitatem adverſus *Honorii* calumniatores?

II. Romani Diurni nomine appellatur Codex, in quo, praeter formulas ſcribendi, quibus ſexto (1) ſeptimoque & octavo ſæculo, atque etiam nono, ſummi Pontifices uti ſolerent: continentur inſuper ordinationes ſummi Pontificis & Epiſcopi ſuburbicarii, cum ſuis omnibus adjunctis; profeſſiones fidei; privilegia, praecepta, conceſſiones, aliaque hujuſcemodi non pauca (2).

III. Ignotus non fuit veteribus recentioribuſque, ſive Canonum collectoribus, ſive aliis illuſtribus Scriptoribus. Olim certe meminerunt *Yvo* Carnotenſis, *Gratianus*, *Anſelmus* Lucenſis, Cardinalis *Deuſdedit*: meminerunt etiam noſtra patrumque ætate *Antonius Auguſtinus*, *Baronius*, *Labbeus*, & qui ab ipſo acceperunt.

IV. *Yvo* Carnotenſis parte IV. ſui Decreti capite CXXXII. quod inſcribitur *de octo univerſalibus Conciliis*, refert *ex Libello*

(1) Accuratius dixiſſet *quincto*, *ſexto*.

(2) Cur autem Libri *diurni* nomine Codex noſter donatus fuerit, aliam ego cauſſam fuiſſe non video, quam quod quotidiano fere uſu pro tot formularum varietate celebraretur. Hoc ſenſu *diurni* nomen infra occurret *cap. VII. Privileg. XIII. diurnis*, quotidianis ſcilicet, *ſanctae diſciplinae precibus decorandos*.

Digitized by Google

bello Diurno partem profeſſionis fidei Romani Pontificis: *Sancta octo univerſalia Concilia, id eſt, I. Nicænum, II. Conſtantinopolitanum, III. Epheſinum, IV. Calchedonenſe, V. item Conſtantinopolitanum, VI. item Nicænum, VII. & VIII. quoque Conſtantinopolitanum, ad unum uſque apicem immutilata ſervare, & pari honore & veneratione digna habere, & quæ prædicarunt & ſtatuerunt, omnimodis ſequi & praedicare; quæque condemnaverunt, ore & corde condemnare, profiteor.*

V. Eadem habentur lib. II. *Panormiæ* capite CIII. atque etiam apud *Gratianum diſtinct.* XVI. ubi in notis legitur: *Integram profeſſionem fidei, quando quis in Romanum Pontificem promovebatur, refert Deuſdedit Cardinalis in Collectione Canonum, quæ ſervatur in Bibliotheca Vaticana* (1).

VI. Hunc

(1) *Deuſdedit a Gregorio* VII. Cardinalis creatus Titulo *Apoſtolorum in Eudoxia Victori* III, qui a. MLXXXVI a Menſe Majo ad Septembrem in *Petri* cathedra ſedit, opus ſuum inſcripſit. Nuncupatoriam epiſtolam ex *Vaticano* Codice 3833. *Ballerinii* ediderunt in Tractatu *de antiq. collection. & collect. Can. p. CCC.* Ex ea autem epiſtola conſtat, eum non ſolam profeſſionem fidei, ſed etiam cetera, quae ad Pontificis electionem & conſecrationem ſpectant, ex Libro diurno mutuaſſe, *Praeterea*, inquit, *antiquum ordinem electionis, ſeu conſecrationis Romani Pontificis, & Cleri ejus huic operi inſerere libuit. Nam quidam olim in Dei, & ſanctorum Patrum ſanctionis contemptum ad ſui oſtentationem, & adſcribendam ſibi ventuoſam auctoritatem, quae nullis canonicis legibus ſtare poteſt, ſcripſerunt ſibi novam ordinationem Romani Pontificis: in qua quam nefanda, quam Deo inimica ſtatuerunt, horreo ſcribere.* Ea quoque *Deuſdedit* ex Libro Diurno, quæ ad Patrimonia, eorumque adminiſtrationem pertinent, in ſuam collectionem tranſtulit. Vide ejuſdem collectionis Iudicem a me ex eodem *Vaticano* Codice nuper evulgatum Italicarum mearum Diſſertationum *Tom. II. p.* 176. *ſeqq.*

Heic enimvero monendus lector eſt, *Franciſco Marcheſio* in ſuis *vindiciis Honorii p.* 276. *ſeqq.* alium eſſe Diurnum noſtrum ab eo, quem *Ivo, Gratianus*, ceterique nuper indicati appellant. Sed fruſtra *Honorii* vindex id contendit, nullaque vel probabili nixus conjectura. Nam quod Profeſſio fidei ab his recitata diverſa plane ſit a fidei profeſſione, quæ in noſtro libello continetur, id ſolum efficit, quod *Garnerius* infra ſcitiſſime animadvertit, Librum Diurnum ab iſtis laudatum aliqua habuiſſe ex Saeculi IX, & ſequentium moribus reficta. Ceterum *Ivo* ipſe *epiſt. LX.* ad *Hugonem* Archiepiſcopum *Lugdunenſem* περιοχὴν ex eadem fidei profeſſione adfert ex noſtro Diurno: *In libro quoque Pontificum, qui dicitur Diurnus, ita continetur de profeſſione Romani Pontificis*: NIHIL DE TRADITIONE, QVAM A PROBATISSIMIS PRAEDECESSORIBVS MEIS TRADITAM ET SERVATAM REPERI, DIMINVERE, VEL MVTARE. Quamobrem ſiquid

Digitized by Google

VI. Hunc locum cum vocaret ad examen dial. 20. Antonius Auguſtinus, haec addit: *Is liber* (Diurnus Romanus) *non extat, quod ſciam, hoc titulo, profeſſionis tamen vidi aliquot exempla*. Quin etiam in Epitome Juris Pontificii veteris libro v. tit. x. cap. 54. maximam ejuſdem profeſſionis partem exhibet. Integram ex ejuſdem Auguſtini chartis Baronius in Annales ad annum 869. contulit, multis tamen interpolatis, quibus etſi caret in Diurno, opus erat nihilominus, ut ad noni ſaeculi uſum aptaretur.

VII. Vetuſtiſſimi Codicis quaternionem unum, aut alterum viderat eruditus Labbeus, fragmentumque inde cum illuſtriſſimo Marca & Joanne Launoio communicaverat; eratque Marca, quod acceperat, inſerturus Diſſertationi, quam de Honorio ſcribere meditabatur. Launoius accepto uſus eſt in Epiſtolis, aliiſque paſſim ſcriptis (2).

VIII. Jamdudum expetitus eſt ab eruditis, quamvis ex minima parte notus: pars nempe deſiderium totius fecit, & illud quidem eo majus, quod neque levi, neque temeraria opinione creditum eſt, ex monumento tanti momenti, tamque celebrato & antiquo, erui poſſe plura, quæ Eccleſiaſticam Hiſtoriam illuſtrent, remque Fidei juvare poſſint (2).

IX. Nunc

ſiquid in illa aliter, quam in noſtro Diurno legitur, Auctariis, & interpolationibus, quibus omnes Rituales & Formularii Libri obnoxii fuere, adſcribendum eſt. At contra vel ipſum, quo Auctores iſti utuntur, *Diurni Pontificum* nomen tam proprium eſt, ab uſuque communi remotum, ut de alio libro cogitare nefas omnino ſit, quam qui aut interpolationes paſſus fuerit, quemadmodum ajebam, aut ſi velis, ad veteris imitationem recentius concinnatus. Utrum autem dixeris, perinde eſt, nec niſi ad noſtri Diurni antiquitatem confirmandam valiturum.

(2) Vide quae Praef. P. II. dicturi mox ſumus.

(3) Vide Praefationis noſtrae Partem quartam. Tentzelius *Exercit. IX.* poſtquam aliquot *Launoii* in *Holſteniani* Diurni ſuppreſſionem impudentiſſime debacchantis loca recitaverat, continenter addit p. 354. *Launoius exiguum fragmentum, duas nimirum fidei profeſſiones, quas partim ipſe Papa, partim Epiſcopi ſuburbicarii edere tenebantur, nactus eſt, eaſque tam fortiter contra Curiae Romanae adſeclas urſit: quid putas, eum facturum, ſi integro libro potitus fuiſſet?* Edicat igitur nobis, quare ipſe, quare ceteri Proteſtantes poſt editum a *Garnerio* diurnum, quod *Launojus* praeſtare non potuit, tam formidanda in Curiae *Romanae* adſeclas tela ex hac veluti pharetra non emiſerint? Cauſſam ego adferam. Nihil ſcilicet in eo libro extat,

Digitized by Google

IX. Nunc primum in lucem noſtra qualicumque opera, integer, meo quidem judicio, producitur. Cur diu ſuppreſſus ſit, fecit vehemens aliunde occupatio, qua ſum impeditus: cur tandem prodeat, fecit hæc una, vel ſola, vel potiſſima cauſſa, ut motam de *Honorio* quaeſtionem, magnaque animorum contentione non tam agitatam, quam vexatam, oſtenderem ita componi poſſe, vel ipſo centum fere ſummorum Pontificum judicio, ut neque ſedis Apoſtolicae, cujus meum colendæ ſtudium nulli velim eſſe impar, fides umquam vitiata dicatur; neque incredibiles fingantur actorum ſextae Synodi, aliorumque veterum monumentorum corruptiones, quod ab hiſtorica doctrina mirum quantum abhorret; neque ſexta Synodus, cui legati ſedis Apoſtolicae praefuerint, erroris arguatur; neque *Honorius*, quamvis omnino fuerit purus *Monothelismi*, culpa caruiſſe putandus ſit.

X. Manuſcriptus porro Codex, unde accuratur editio, praeterquam quod optimae notae eſt, ſuam inſuper nongentorum circiter annorum aetatem (1) proprio *Latini* characteris modo loqui-

Mald. g g

ſtat, quod *Romanae* Eccleſiae fidei, atque auctoritati efficiat; multa vero, quae illam mirifice illuſtrent. *Launojus*, *ſi integro libro potitus fuiſſet*, qua fragmentum illud urſerat, temeritate, potuiſſet fortaſſis aliqua adripere, quae Romanis objiceret; ſed eadem etiam, qua Launojanos illos conatus depulerant, facilitate novos furentis adverſarii impetus repreſſiſſent.

(1) Nollem id exaggeratius dictum videri. *Labbeus* certe & ipſe Codicum MSS. peritiſſimus, ut *Poſſinus* nos docebit Diſſ. P. II., ſeptingentorum, aut octingentorum aetatem huic Codici tribuebat; nec falſo, niſi meae me conjecturæ fallunt. In eam enim ſententiam ex decreto, quod cap. II. Tit. II. a *Garnerio* exhibetur, *de electione Pontificis*, plane adducor, ut credam, *Garnerianum* Codicem *Gregorio* IV. Pontifice exaratum fuiſſe. Quum in aliis formulis non certus menſis, certaque Indictio adſcribatur, ſed pro more tantum, *menſ. Ill. Indict. Ill.*, ſub hujus tamen formulæ, ut in eo Codice legitur, finem *Menſis Novembris*, & *Indictio quincta* adſcribitur. Non id temere factum *Garnerius* ipſe ſapienter conjecit; in eaque ſententia obfirmatior fuiſſet, ſi in *Romano Holſtenii* Codice nec Novembrem, nec Indictionem quinctam, ſed tantum uſitatum illud *menſ. Ill. Indict. Ill.* vidiſſet. Hinc enim Vir acutus intellexiſſet, Codicem ſuum eo tempore fuiſſe ſcriptum, quo Pontifex Novembri menſe, & Indictione V. electus Romanae Eccleſiae praeeſſet, quemadmodum in decreto de *Hadriani* I. electione, quod in ejus vita apud *Mabillonium Nonantulanus* Monachus refert, Menſis Februarius, & Indictio X. notatur, quia V. Idus Februa-

Digitized by Google

quitur; & ut character ſileret, ſuadent tamen reliqua. Nam cum recenſentur ſummi Pontifices, Concilia, & Imperatores, in eo ſiſtitur, unde facile aetas innoteſcat. Inter Pontifices poſtremi appellantur *Martinus* I. & *Agatho*, ex quibus ille anno 655. iſte anno 682. obiit: inter generalia Concilia ultimum memoratur ſextum, quod habitum anno 680. etſi aliorum meminiſſe opus

bruarii A. DCCLXXII., decima decurrente Indictione *Hadrianus* electus fuerat. Et illud adcedit, in *Holſteniano* exemplo electum *Diaconum* dici, in *Garneriano Presbyterum*: quo clarius dignoſcamus, *Holſtenianum* Codicem formulam de more exhibere, *Garnerianum* eamdem quidem formulam, ſed certo Pontifici adcommodatam. At quiſnam hic Pontifex, qui Presbyter quum eſſet, electus fuerit menſe Novembri Indictione V. Equidem non modò poſt annum 800., quo Librum Diurnum primo editum fuiſſe ſupra diximus, ſed ne poſt annum quidem 684. quo Romanorum Pontificum electionibus antiqua libertas a *Conſtantino Pogonato* reddita fuit, alium a *Gregorio* IV. invenias, cui quæ indicavimus, omnia conveniant. *Papebrochius* quidem, & *Fleuryus* a. 828. Indict. VI. diſtincto Nonis Januariis *Gregorium* ordinatum ajunt. Neque ego funem contentionis eam ob rem cum illis traxero. Quum enim *Gregorius* ſuae electioni quam maxime repugnarit, & Imperatoris propterea auctoritas a *Romanis* expetita fuerit, qua *Gregorius* ad ſuſcipiendum inviſum onus cogeretur, per me licet, inauguratus ſit nonis Januariis a. 828. modo ejus electio in Novembrem a. 827. conferatur. Ac de anno quidem cum *Baronio Muratorius*, ac *Novaeſius* non diſſentiunt; immo *Maurini* auctores operis inſcripti *l' art de verifier les dates* ſub ejus anni 827. exitum *Gregorii* electionem ſtatui poſſe adfirmant, quod & *Joh. Vignolio* Praeſuli doctiſſimo placuit. Major de menſe difficultas oriri poſſet, ſed ea reapſe nulla eſt, quum *Eugenii* II. & *Valentini* deceſſorum obitus plane ſit incompertus. *Eginhartus* quidem *Eugenium* Auguſto menſe deceſſiſſe ait; ſed neque diem menſis prodit, neque quamdiu poſt ab ejus morte ſedes vacaverit, indicat. *Valentinus* XL. dies ſedit; ſedis autem interpontificium latet. *Papebrochius* illud ad duos menſes, ac dies XXV. prorogat; ſed nullis tabulis, quæ tam longae vacationi fidem faciant. Tres tantum dies *Baronius*, aliique interpontificio adſignant; quod duo *Anaſtaſii* Codices a *Vignolio* indicati confirmant. Si lubet, fac *Eugenio* ſub Auguſti finem defuncto *Valentinum* die Septembris XXII. ſuffectum, mortuumque pridie Kalendas Novembres, ac tertio poſt die *Gregorium* electum; nihil erit, quod huic ſyſtemati adverſetur. Ut ut eſt, niſi *Gregorium* menſe Novembri a. 827. quo Indictio V. notabatur, *Valentino* ſucceſſiſſe dixeris, a VI. ſaeculo ad totum IX. ſaeculum, quo certe non ſolum Liber Diurnus jam exierat in vulgus, ſed etiam illius Codices *Holſtenianus*, & *Garnerianus* perſcripti fuerant, nullum invenies Rom. Eccleſiae Presbyterum, qui menſe Novembri Indictione V. fuerit Pontifex dictus. Itaque ex ea menſis, Indictionisque deſignatione, quam *Garneriani* Libri formula exhibet, id primum commodi enaſcitur, ut *Gregorii* IV. Pontificis initia, de quibus Auctores hacte-

nus

opus erat, vel maxime, ſi jam extitiſſent. Inter Imperatores *Conſtantinus Pogonatus* extremum locum occupat, diciturque nuper coegiſſe ſextum Concilium; *Pogonatus* vero obiit anno 685. (1).

XI. Collectus eſt igitur *Diurnus* poſt annum 685. ſed quo tempore? quum de ordinatione ſummi Pontificis inter formulas numerentur duae, quibus ad Exarchum ſcribebatur; quumque Exarchi inſtituti ſint anno 567. pulſi anno 752. neceſſe eſt fateri, collectum eſſe eo temporis intervallo, quod ab anno 567. ad annum 752. effluxit (2).

XII. Si vera eſſent duo, quae *Baronius* ex *Anaſtaſio Bibliothecario* prodit; alterum a *Conſtantino Pogonato* reſtitutam fuiſſe Eccleſiam Romanam in jus ſuum eligendi ac ordinandi Pontificis, remiſſumque debitum petendae ab Imperatore & *Exarcho* aſſenſionis: alterum, *Johannem* V. alioſque conſequentes ſucceſſores, ea libertate poſtmodum ad uſque tempora *Caroli Magni* conſecratos, adfirmandum eſſet, collectionem hanc factam eſſe ante annum 685. quandoquidem *Johannes* V. in ſedem Apoſtolicam aſcendit anno 685. die 22. aut 23. Julii. Verum quae *Baronius* tradit, explicatione egent, & epocha inde

nus inter ſe ſe diſcreparunt, in a. 827 Novembrem retrahi tuto poſſint. Aetas deinde ipſius *Garneriani* Codicis exploratiſſima erit. Nam hujus *Gregorii* Pontificis tempore ſcriptum illum fuiſſe oportuit, neque enim alia veriſimilis cauſſa fingi poteſt, cur quae in caeteris aliis formulis incerta menſis, atque Indictionis mentio facta eſt, eam in hac una definitam habeamus. Tertio tandem hinc colligo, *Holſtenianum* Codicem aut *Garneriano* vetuſtiorem habendum eſſe, aut ſaltem ex antiquiore deſcriptum, quum in hac ipſa formula certam nullam habeat menſis, atque Indictionis adnotationem.

(1) MS. hic Codex is procul dubio eſt, quem apud *Sirmondum Combefiſius* vidit; de quo in eadem Diſſertationis hujus Parte II. Erat & alius in *Gallia* perantiquus hujus libri Codex apud *Toloſanum* Archiepiſcopum *D. Carolum de Montchal*, tranſiitque poſtea in D. *Fouquet* Bibliothecam, ut ex *Poſſino* diſcimus. Eum nec conſuluiſſe, nec memoraſſe *Garnerius* mirum eſt.

(2) Haec quidem efficiunt, aliquot ejuſmodi formulas Exarchis *Ravennae* imperantibus uſurpatas fuiſſe; non autem univerſam collectionem hoc intervallo concludendam. Nam quemadmodum *relatio ad Principem* in Librum Diurnum illata fuit, licet poſt conceſſam a *Pogonato* electionum libertatem non amplius, ut mox dicam, ea in Orientem mitteretur; ita & formulae, quae Exarchorum tempora ſpectant, etſi deſueverant, eadem tamen de cauſſa, vetuſtatis ſcilicet quadam reverentia, in collectionem recentioris aevi transferri potuere.

collecta a veritate Hiſtoriae abhorret: nam fidei profeſſiones duae *Conſtantini* jam defuncti meminerunt. Defunctus vero eſt anno 685. menſe Septembri, duobus fere menſibus poſt *Johannis* ordinationem (1).

XIII. Ni-

---

(1) Haec aliquanto uberius explicanda ſunt in *Franciſci Marcheſii* gratiam, qui in ſuis *vindiciis Honorii* Papae ait *p.* 281. APUD OMNES COMPERTVM ESSE, *quod Conſtantinus quartus Imperator Benedicto Pontifici, qui Leoni Secundo in Petri cathedra ſucceſſit, ut electus ſine dilatione in ordinationem promoveretur, indulſit*. Igitur non id compertum ſaltem *apud omnes*; aliter enim docti viri nunc ſentiunt cum *Garnerio*, ut *Papebrochius*, *Thomaſſinus*, *Cantelius*, *Marangonius*, & *Novaes*. Hoc omnibus exploratum eſt, *Conſtantinum Pogonatum S. Agathoni* certam pecuniae ſummam, quam *Romani* Pontifices pro ſui confirmatione a *Gothis* primum regibus *Arrianis*, ac poſtea etiam ab *Orientis* Imperatoribus per tyrannidem ipſis ſolvere coacti fuere, in totum remiſiſſe; *ſic tamen*, inquit Auctor libri Pontificalis *T. I. Vignol. edit. p.* 276., *ut ſi contigerit poſt ejus tranſitum electionem fieri, non debeat ordinari qui electus fuerit, niſi prius decretum generale introducatur in regiam urbem ſecundum antiquam conſuetudinem, & cum ejus, ſcilicet Imperatoris, conſcientia, & juſſione debeat ordinatio properare*. Atque haec lex in *Leonis* II., & *Benedicti* II. confirmatione ſervata eſt. Idem tamen *Conſtantinus* ejuſdem *Benedicti*, ut videtur, hortatu, & precibus eam conſuetudinem abrogavit, conceſſitque (verbis utor libri Pontificalis *p.* 2983.) *ut qui electus fuerit in Sede Apoſtolica, e veſtigio abſque tarditate Pontifex ordinetur*. Verum, inquit *Papebrochius* in *Conatu ad S. Benedictum* II., hujus privilegii uſu fruſtrata fuiſſe videtur *Romana* Eccleſia, quamdiu ſub *Graecis* Imperatoribus fuit: nam uſque ad Regnum *Langobardorum* in *Italia*, & *Zachariam* Papam quarto poſt deceſſoris obitum die ordinatum, nemo fuit, cujus ordinationem non praeceſſerit ſex hebdomadarum ut minimum Interpontificium, plerumque autem menſium duorum, & amplius; ut videatur *Juſtinianus junior* patri ſuccedens, nullam habere voluiſſe talis privilegii rationem, ſed inhaeſiſſe ei, quod idem *Conſtantinus* pater ſuus ſub *Agathone* (non *Leone*; quod *Papebrochio* heic dormitanti excidit) dederat. Idem tamen etiam caviſſe videtur, & providiſſe, ut quae fuerat petendi poſterioris privilegii cauſſa, ſcilicet annua fere Sedis vacatio, poſt obitum *Agathonis*, & *Leonis*, tolleretur de medio; ſtatuens (quod ex poſt factis colligitur) ut decretum Electionis, mox ut facta fuiſſet, Imperatoris nomine Exarchus *Italiae* ſubſignaret, quemadmodum in *Johanne* IV. ante annos XL. jam coeptum erat fieri: unde alia haud leviora prioribus emerſerunt incommoda, licet deinceps uſque *ad Zachariam* praedictum, infra tertium ab obitu Pontificis menſem Succeſſoris Ordinatio facta ſemper fit. Hactenus *Papebrochius*.

Quae quidem non quod nobis probentur, exſcripſimus, ſed ut *Marcheſii* confidentiam retunderemus, *apud omnes compertum* eſſe ajentis, quod Viri ſummi inficiantur. Caeterum poſt abrogatam a *Pogonato Romanae* Eccle-

XIII. Nihil probabilius dici poſſe reor, nihil definiri certius, quam quod ad *Gregorii* II. prima tempora pertineat (1), ſitque compoſitus paulo poſt annum 714. id enim ſi ponatur, congruent omnia, conſentientque tum inter ſe, tum Hiſtoriae, ut in obſervationibus adnotabitur, prout ſeſe res & temporis notae offerent (2).

XIV. Eſt

---

cleſiae injuriam ſervitutem, ſeu poſt annum 684. *Romanorum* Pontificum electionibus redditam fuiſſe antiquam, qua ante annum 555. fruebantur, libertatem, *Marcheſio* lubens conceſſero. Nam & *Cennio* Viro doctiſſimo id viſum, comprobatumque Tom. I. poſtumarum Diſſertationum *Piſtorii* a. 1778. editarum *Diſſ. III.* deprehendi. Nimirum quae aliquot hebdomadarum, aut etiam trium menſium interpontificia *Papebrochio* negocium faceſſivere, aliis omnino de cauſſis, quam ex innovata a *Juſtiniano Juniore* confirmationis Pontificiae ab Exarcho faciendae conſuetudine oriri potuerunt. Contra vero quae in *Sergii* electione enatae ſunt diſſenſiones, illis temporibus, quibus aut Aulae *Orientalis*, aut Exarchi confirmatio exigebatur, ignotae, ac *Tiberii*, qui Imperiale Solium invaſerat, in *Johannis* VI. electionem molitiones vincunt omnium interpontificiorum vim, noſque omnino fateri cogunt, a *Benedicti* II. Pontificatu, annoque 684. expetendi ab Exarcho Pontificiis electionibus adſenſus deſiiſſe neceſſitatem. Neque tamen negavero, obſervantiae in proximos Urbi Exarchos cujuſdam cauſſa etiam poſt *Benedicti* II. obitum miſſos ad Exarchum fuiſſe, qui de *Romani* Pontificis electione illum certiorem facerent. Id factum electo *Conone*, in cujus vita *Anaſtaſius*, *in ejus*, inquit, *decreto devota mente ſubſcripſerunt, & miſſos periter una cum Clericis, & ex populo ad excellentiſſimum* Theodorum *Exarchum, ut mos eſt, direxerunt*. *Thomaſſinus* quidem *T. II. Lib. II. cap.* 16. *n.* 10. hinc arguit, ſub *Conone* coeptam, vel innovatam fuiſſe interpellandi Exarchi conſuetudinem, notatque ab *Anaſtaſio* dici *ut mos eſt*, non *ut mos erat*. Sed qualis *mos* eſſe potuerit, qui tum primo coepiſſet, aut innovatus tunc tantum fuiſſet, quis intelligat? Habeto igitur, ſervatum ſub *Conone* morem fuiſſe, qui jam obtinuerat a *Johannis* IV. temporibus, Pontificiae electionis Exarcho nunciandae, non tamen ex antiqua intolerandae ſervitutis lege, ſed ex una, ut ajebam, adverſus praecipuum Imperii apud nos adminiſtrum reverentia; ſi vis etiam, ex quadam neceſſitate ob diſſidia in *Cononis* electione commota. Caeterum Exarchi, cui decreta fuerit de electo Pontifice a Romanis legatio, nulla deinceps apud *Anaſtaſium* mentio; quod magno argumento eſt, eam jam tum obſoleviſſe.

(1) *Gregorii* certe II. temporibus exſtabat formula officiorum Sanctae Sedis Apoſtolicae; ejus enim idem *Gregorius* II. meminit in literis de munere praedicandi Evangelium gentibus ad *S. Bonifacium* datis.

(2) At quis Diurni auctor? Incertus ille quidem; non tamen contemnendus, uti *Marcheſio* viſus eſt pag. 282., quum quiſquis ille fuerit, formulas a *Romanis* Pontificibus ad ſuam aetatem uſurpatas ex ipſius *Romanae* Eccleſiae ſcriniis, immo & ad

ejuſ-

XIV. Eſt iſte porro Liber *Marculfi* Formulis aetate poſterior, ſi modo vere adfirmetur *Marculfus* anno 660. ſcripſiſſe; argumento tamen praeſtat: nam formulas continet *Marculfianis*

---

ejuſdem Eccleſiae uſus certo collegit. Repugnat heic *Marcheſius*; ſed fruſtra. Eum ſupra audivimus docentem, alium a noſtro eſſe diurnum, de quo *Ivo*, *Gratianus*, *Deuſdedit*. Liber igitur aliquis diurnus Romanornm Pontificum, vel ipſo adnuente *Marcheſio*, undecimo, ac duodecimo ſaeculo circumferebatur, atque is, qui veluti Ritualis, ac formularius liber *Romanae* Eccleſiae fere quotidianis usibus, unde illi, ut diximus, *Diurni* nomen, inſerviret. Nobis idem uterque liber eſt, ad normam licet ſequiorum temporum auctus poſtea, & interpolatus; neque ullum, ut diximus, ſatis probabile adlatum hactenus eſt argumentum, quo alterum ab altero diſtinguendum eſſe perſuadeatur. Sed hoc mitto. Diverſos demus hoſce libros fuiſſe. Nego antiquiorem, ſeu noſtrum privati tantum hominis laborem dicendum eſſe, neque Ecclesiae *Romanae* uſu contritum. Etenim incredibile omnino eſt, poſterioribus ſaeculis ejuſmodi codicem efformatum, qui formulas ad eoſdem omnino uſus, eodemque, quo primi libelli praeſcripta, *Diurni* titulo praenotatas contineret, quin tamen antiquior liber publici moris fuiſſet. Nonne posito etiam, quod negamus, *Marcheſiano* utriuſque libri diſcrimine longe verosimillimum foret, decimo, & inſequutis ſaeculis, quum veteres formulas reformare, novaſque inducere placuit, novum earum codicem ad antiquioris, qui publicus & ipſe fuerar, exemplum, fuiſſe conditum, ac rerum in utroque contentarum id poſcente adfinitate eadem quoque, quam ille praeferebat, inſcriptione donatum?

Sed *Marcheſium* relinquamus. Ad Collectionis noſtrae aetatem certius, quam a *Garnerio* factum sit, definiendam tranſeamus. Ubi vides non de singulis in hoc libro contentis formulis, earumque aetate heic agi (hae ſcilicet pro varia rerum opportunitate diversis ſuccrevere temporibus, atque aliae aliis certo ſunt vetuſtiores; idque in singulas accuratius inquirenti, facillimum erit animadvertere,) ſed de tota collectione. Ac primum quae de *Garneriani*, atque *Holſteniani* exempli antiquitate ſupra diſſeruimus, ea utique palam faciunt, annum inter 827. quo *Gregorius* IV. Pontificatum ſuſcipere coactus eſt, ad annum 844. quo vivere desiit, illam jam extitiſſe. Deinde multo poſt *Gregorii* II. tempora, contra quam *Garnerius* ſenſit, atque adeo non ante *Carolum* M. *Occidentis* Imperatorem a *Leone* III. renunciatum fuiſſe illam conſarcinatam vel ipſa, a qua incipit, *ſuperſcriptio ad Principem* mihi indicio eſt. En illam: *Domino piiſſimo, & Sereniſſimo Victori, ac triumphatori filio amatori Dei, & Domini Noſtri Jeſu Chriſti* III. *Auguſto*. Nam etsi VII. praeſertim ſaeculo in Romanorum Pontificum ad *Orientis* Imperatores epiſtolis, quas *Garnerius* in notis indicat, ſuperſcriptiones legere eſt ab hac non omnino diſſimiles, non tamen eaedem plane ſunt; aut non certe *Diurni* libri ſuperſcriptio in communi, conſtantique uſu Romanae Sedis posita occurrit ante *Leonem* III. cujus ad *Carolum* M. epiſtolas Codex *Carolinus* complectitur. Quum itaque *Leone* III. Pontifice ea primum formula

nis regalibus & pagenſibus eo commendabiliores, quod Eccleſiaſticae ſint, quod Pontificiae, quod ad Hiſtoriam conducibiliores, quod non contrahantur anguſtiis unius regni, quod Latinitatis magnam partem melioris, quod ex antiquioribus excerptae. Plures enim deſumptae ſunt ex Epiſtolis *Gregorii Magni* (1), aliorumque Pontificum, aliquando integrae, aut paucis immutatis, aliquando ex parte tantum: quod in notis indicabimus.

XV. Quod autem dixi de formulis, quoad locum unde hauſtae ſunt, non perinde intelligi debet de profeſſionibus fidei, aliiſque ad ordinationem, tum ſummi Pontificis, tum Epiſcopi pertinentibus: id enim aut fere totum, aut magnam partem, deſumptum videtur ex iis, quae in ordinatione Pontificum, paullo poſt ſextam Synodum, contigerunt: nam profeſſiones fidei a ſuperioribus Pontificibus emiſſae, cum Pontificatum capeſſerent, multum differunt ab iis, quas edimus, ut ex collatione patebit.

XVI. Quantum laboris poni debuerit in emendando Codice, quem imperita manus deſcribendo vitiaverat, vix ego ipſe mihi credo; religioſe tamen cavi, ne quid corrigerem, praeter ſoloeciſmos, ineptaſque vocum, vel tranſpoſitiones, vel diſtractiones, vel conjunctiones, vel repetitiones, vel etiam omiſſiones: correxi vero, quoties licuit, non aliunde quam ex libris,

---

mula vel inducta, vel conſtituta videatur in novi, qui a. 800. datus fuerat Occidenti, Imperatoris gratiam, ad noni ſaeculi initia *Diurnus* liber veroſimillime referetur. Atque hinc fortaſſe factum, ut non ſolum in *Garneriano*, ſed etiam (quod *Holſtenius* in ſchedis MSS. monuit) in *Romano* Codice *Cap. I. Tit. VI. ad Regem* nulla inſcriptio, vel ſuperſcriptio adpoſita fuerit. Quum enim *Carolus* M. Imperator, *Gallorum* ſimul, & *Langobardorum* Rex eſſet, alioſque ad Reges vix ullae ab Urbe mitterentur litterae, ejus libri Scriptori inutile videri potuit ſuperſcriptionem, quae nullius fere uſus tunc erat, adjicere. Titulum tamen conſultiſſime retinuit, ut peculiarem ad Reges ſuperſcriptionem ſaltem indicaret exſtare, quae ubi opus eſſet, addi deberet.

(1) Profecto *S. Gregorio* Magno Pontifice certam fuiſſe Romanis litterarum quarumdam ſuper Eccleſiaſticis negociis perſcribendarum formam, ex aliquot ejuſdem Sancti Pontificis epiſtolis diſcimus, ubi in fine additur: *& cetera ſecundum morem*; itemque ex diversis ad diverſos ſuper eodem negocio, ſed una eademque forma ab illo conſcriptis. Mallem tamen dixiſſe *Garnerium*, *ex epiſtolis Gelaſii*, *Gregorii M.* Nam & inter *Gelaſianas* epiſtolas nonnullae ſunt eadem fere, quam *Diurnus* noſter exhibet, formula datae.

bris, unde formulae deſumptae ſunt, praeſertim ex Regeſto *Gregorii* M. aliorumque Pontificum Epiſtolis.

XVII. Notas addidi, quibus erat opus; quod nemo qui legerit, non eſt facile faſſurus: eas vero non rejeci in alteram voluminis partem, quod quidam ſolent, doctus experientia, rejectas procul a textu, aut laborioſe legi, atque ita lectorem, vel exoptatum fructum non capere, vel cum obſcura offendit, faſtidioſe librum abjicere.

XVIII. Viſa ſunt autem tria in notis potiſſimum exponenda, Hiſtorica, Dogmatica, & quae dicuntur Critica. Hiſtorica dico, quaecumque ad adferendam Hiſtoriae lucem conducunt; Dogmatica, quae fidem Apoſtolicae ſedis conceptis expreſſiſque verbis exponunt; Critica, quae ad intelligentiam vocum rituumque veterum conferunt.

XIX. Tam pretioſis tamque utilibus venerandae antiquitatis monumentis auſus eſt, ut quidem ſuſpicor, interpolator aliquis recentiora quaedam & vilia, aut inſerere, aut ſaltem addere. Hujuſmodi ſunt aliqua Apoſtolicae auctoritatis privilegia, non longe diſtantia ab iis, quae eruditis non admodum probantur: nam interminationes damnationis, *cum Satana*, *ejuſque pompis*, *& proditore Juda*, factae a ſummis Pontificibus, adverſus ipſos quoque ſedis Apoſtolicae ſucceſſores, pro rebus non graviſſimis, vel ſuppoſititiae ſunt, vel ſequioris aevi (1). Sed de ſingulis ſigillatim in notis.

XX. Complectitur Liber Diurnus, quem integrum, opinor, edimus, titulos omnino centum & quatuor. In Codice manuſcripto deſcribuntur illi continua ſerie, ſine ulla vel diviſione Operis in partes, vel diſtributione partium in capita, vel capitum diſtinctione pro diverſis argumentis. Id vero non mirum, ſiqui-

(1) At ſi Codex MS. unde *Garnerius* ſe *Diurnum* edere profitetur, *nongentorum annorum* erat, octavo ſcilicet ſaeculo exaratus, quomodo in privilegia, quae exhibet, irrepere poterant interminationes illae damnationis ſequiore ſolum aevo, ideſt, ut ipſe infra ait in capitis VII. argumento ſaeculis IX. aut X. introductae? Nonne hac in re ſecum ipſo non nihil confligere vir doctus videatur? Id ante me adnotarunt Clariſſ. PP. *Maurini* Novi Tractatus *diplomaticae artis T. V. pag.* 109. Sed de hoc, uti & de illis damnationis *cum Satana &c.* interminationibus plura ad idem Diurni caput VII. addi poterunt. Si cum *Labbeo* 700. annos *Garnerius* codici ſuo tribuiſſet, nec pugnantia ſcripſiſſet, nec tam procul a veritate aberraſſet.

Digitized by Google

ſiquidem veteribus ejuſmodi rebus non raro accidit: quis enim, ut ſileam confuſiſſimas plurimas Canonum collectiones, quis, inquam, in *Marculſianis* Formulis ordo? quae diſpoſitionis ratio?

XXI. Verumtamen qui videtur ordo deficere, facile poteſt ſuppleri, ſi *Diurnus* totus diviſus fuerit, ut revera eſt, quamvis non indicetur, in duas partes; parſque prior ſex capita complectatur; poſterior unum, ſed prolixum, atque ita ſeptem omnino capita exiſtant.

Primum. *De ſuperſcriptionibus & ſubſcriptionibus*, ſub quo duodecim tituli.

Secundum. *De ordinatione ſummi Pontificis*, ſub quo undecim tituli..

Tertium. *De ordinatione Epiſcopi a ſummo Pontifice*, ſub quo tituli novemdecim.

Quartum. *De uſu pallii*, ſub quo tituli quatuor.

Quintum. *De perſonis & locis ſacris*, ſub quo novemdecim pariter tituli.

Sextum. *De rebus Eccleſiae procurandis & alienandis*, ſub quo tituli unus & viginti.

Septimum. *De diverſis privilegiis Apoſtolicae auctoritatis*, ſive *de eximendis, dotandis, concedendis, confirmandis, adunandis Monaſteriis & locis piis, de praepoſitatu*, &c.

XXII. Ad id autem quod dixi de continua ſerie, qua, ſine idonea partitione, formulae in MS. Codice deſcribuntur, addendum eſt, magna etiam confuſione permiſceri plura, quae quod nullam habeant affinitatem, ratio jubet ſeparari, ſuoque ordini reſtitui: id vero praeſtare conatus ſum, nec ullus, opinor, improbabit factum, qui perturbationem fuerit intuitus: ea vero ut pateat, duos exhibeo diverſos pugnanteſque libri *Diurni* ſyllabos, alterum *Romani* Codicis, alterum noſtri.

XXXIII. Apographum ex Urbe multis abhinc annis tranſmiſſum (1) ſic ſe habet.

(1) Nempe a. MDCXLVI. ab *Holſtenio* miſſum. Quum autem apographum audis, cave, ut cum *Tentzelio* nullus dubites, quin *Holſtenius* integrum ſui *Diurni* apographum *Luteтiam* miſerit. *Mirari ſubit*, inquit *Tentzelius* p. 353., *quare Garnerius nullam fecerit mentionem Lucae Holſtenii*,

INDEX FORMVLARVM CODICIS MS. ANTIQVISSIMI.

Principio quatuor folia corroſa perierunt; principium tamen in reliquiis adhuc agnoſcitur.

Indiculum epiſtolae faciendae.....

Superſcriptio ad Princip......

Domino piiſſimo, &c.

Victori ac triumphat.....

Cae-

nii, qui apographum iſtud in Galliam PROCVL DVBIO *miſerat.* Undenam autem id promit? E cerebro ſuo utique, mirabili neſcio qua ſomniorum ſpecie nonnihil perturbato. Audi, quid VI. Decembris anno nuper indicato MDCXLVI. ad Cardinalem *Franciſcum Barberinum Sirmondus* ſcripſerit: „ de Diurno autem, quum is (*Holſtenius*) a me nuper litteris ſuis peteret, ut capita quaedam, quæ in codice ſuo deſiderari ajebat, ſupplerem ex meo, amplius aliquid quam poſtulabat, praeſtare inſtitui, nempe ut codicem noſtrum praeſentem ipſi habere, eoque ad exactam collatiouem uti liceat „. Non ergo aut codicem, aut apographum ad *Sirmondum Holſtenius* miſerat (ſi enim miſiſſet, non iis *Sirmondus* verbis uſus eſſet: *quae in codice ſuo deſiderari ajebat*), ſed ſui codicis indiculum heic a *Garnerio* exhibitum, ut quae ſibi deeſſent, ea ex ſuo exemplo ſuppleret. Miſit etiam *Holſtenius* in *Gallias*, ut videbimus, ad *Petrum de Marca* tria operis impreſſi folia; aliud nihil. Quoniam vero *Romani* Apographi injecta eſt mentio, liceat heic mihi *Marcheſium* paucis refellere ita de *Holſtenio* ſcribentem in *Vindiciis Honorii* p. 278. „ Hunc libellum a *Romanis* ſcriniis, ac praecipue a *Vaticano* Archivo nuſquam prodiiſſe certiſſimum eſt. Si *Vaticana* monumenta, quorum ipſe accuratiſſimus Cuſtos extitit... vel alia perantiqua Urbis archiva ipſimet notiſſima hunc diurni codicem praeſetuliſſent, ut majus robur, atque auctoritatem huic opuſculo largiretur, unde erutum fuiſſet, amicis ſuis, mihique omnium ſuorum diſcipulorum minimo communicaſſet. Inſuper aliquis perantiquus dicti codicis prototypus in noſtris celebrioribus urbis ſcriniis adhuc adſervatus ſtudioſis viris exhiberetur. Verum quia ex exteris, non autem a *Romanis* deſcriptus eſt Archivis, parvam, ne dicam nullam, promeretur fidem „. Non animadvertit ſcilicet *Marcheſius*, quantam Eccleſiaſticis monumentis cladem nova iſthaec ſuae critices regula importaret. Quid enim fiet *Gelaſiano*, & *Leoniano* Sacramentariis, quorum alterum uni *Gallico*, alterum uni *Veronenſi* Codici debemus? quid *Lateranenſi Stephani* III. Concilio, quod ex *Veronenſi* item Codice *Cajetanus Cennius* vulgavit? quid codici *Carolino*, quem ex *Vindobonenſi* Codice idem *Cennius* protulit? Num veluti ſuppoſititia haec omnia reſpuemus, quod a *Romanis* ſcriniis abſunt?

Caeterorum capitum, aut formularum veſtigia nulla ſuperſunt. Incipit deinde folium quintum ab hiſce verbis.

Ordines praetendentes nulla ratione ſuſcipiant, &c. quae videtur eſſe forma vel indiculum de officio Epiſcopi.

Sequuntur deinde ordine hic inſcripta capita.

Formata quam accipit Epiſcopus. *Illis Presbyteris*, *Diaconibus*, &c.

Synodale, ut Epiſcopus alterius civitatis in alia Eccleſia poſſit incardinari.

Praeceptum de adunandis Eccleſiis. *Poſtquam hoſtilis &c.*

Petitio dedicationis oratorii. *Domino ſancto & beatiſſimo*, &c.

Reſponſum oratorii dedicandi. *Ill. petitorii nobis inſinuatione*.

Reſponſum de ſperando ſanctuaria. *Ill. ſanctuaria beati*, &c.

De levandis ſanctuariis. *Ill. in oratorio*.

De dando beneficia S. Angeli. *Ill. ut Beneficia*.

Reſponſum de dedicando oratorio intra Monaſterium Monachorum. *Religioſis deſideriis*.

De condendis reliquiis intra Monaſterium. *Religioſis deſideriis*, &c.

De recondendis reliquiis intra Epiſcopium. *Quoniam dilectio tua*.

Petitio Epiſcopi. *Ad laudem ſummi certum eſt pertinere*, &c.

ſunt? Mitto jam *Innocentii* III. epiſtolas, quarum bene multas in *Vaticanis* regeſtis deſideratas ex MS. *Gallico* Libro *Baluzius* in lucem emiſit, quamquam & hæ eadem illa de cauſſa *parvam, ne dicam nullam, promererentur fidem*. Ritualibus R. E. Libris inſiſto. Quid ſpectatius ordine *Romano* I. apud *Mabillonium* quaerendo? Is tamen ex *Sangallenſi*, & *Colbertino* Codicibus promptus fuit. Octavus quidem ordo *Mabillonianus* in veterrimo *Vaticano* Codice repertus eſt; verum quum *Vaticanus* ille Liber *Palatinus* fuerit, ex *Germania Romam* delatus fuit, atque exteris Codicibus propterea adnumerandus. Et hos ergo ex *Marcheſianae* critices regula flocci faciemus. Apage regulam, quæ tot pretioſiſſimis Sacræ vetuſtatis reliquiis *Gothica* quadam feritate vaſtationem infert. Sed bene eſt. Quod *Marcheſium* latuit, nos certo ſcimus, *Holſtenianum* diurnum ex *S. Crucis* Bibliotheca, quae dubio procul *Romana* eſt, prodiiſſe. Quare vel ipſo *Marcheſio* judice ſuam Diurno noſtro ſtare auctoritatem nobiſmetipſis gratulabimur. Quod ſi *Marcheſius* urgeat, uti poſtea p. 282. ſatis indicat, non ex quocumque *Romano* ſcrinio, ſed ex *Vaticanis*, & *Lateranenſibus monumentis*, ut aliqua eſſet auctoritate, debuiſſe *Diurnum* depromi; quis non jure optimo irrideatur, ſi de tanta levitate, ne dicam, vanitate, refellenda laboret?

Digitized by Google

Reſponſum. *Baſilicam, quam dilectio tua*, &c.
Item reſponſum. *Oblationem dilectionis tuae*, &c.
Epiſcopo de levandis ſanctuariis. *Noverit fraternitas tua*, &c.
Item reſponſum. *Baſilicam, quam dilectio*, &c.
Item reſponſum. *Ill. & Ill. in ſolo ſibi conceſſo*, &c.
Item reſponſum. *Petitionem dilectionis tuae*, &c.
De altari dedicando. *Relationis tuae*, &c.
De recondendo corpore Sanctorum. *Ille filius noſter*, &c.
Baſilica, quae poſt incendium reparatur. *Baſilicam, quam*, &c.
Baſilica, quae poſt ruinam juxta ipſam alia conſtructa eſt. *Quoniam beati*, &c.
Petitio de dedicando Baptiſterio. *Votiva ſolemnitas*. &c.
Reſponſum dedicandi Baptiſterium. *Ille filius noſter*, &c.
Item reſponſum. *Ille petitoria nobis*, &c.
Privilegium. *Quoniam ſemper ſunt concedenda*, &c.
Praeceptum de commutando loco. *Quamquam rei commutatio*, &c.
Praeceptum auctoritatis de faciendis chartulis. *Quaecumque ad Eccleſiam*, &c.
Item aliud de facienda chartula. *Quamvis ea, quae legaliter*, &c.
Praeceptum de commutando mancipio. *Ille Abbas Monaſterii*, &c.
Praeceptum de donando puero. *Nihil ſibi ſubtrahit*, &c.
Praeceptum libertatis. *Domino credimus Deo noſtro*, &c.
Epiſcopo de ordinando Presbytero. *Presbyter, qui Baſilicae*, &c.
Item de ordinando Presbytero. *Filius ille noſter poſtulavit*, &c.
Invitatorium ad Epiſcopum in natale Papae. *Dei noſtri miſericordia*, &c.
Excuſatoria. *Scripta fraternitatis tuae*, &c.
Excuſatoria, quando Epiſcopus infirmatur. *Et natalis noſtri*, &c.
De uſu pallii. *Si paſtores ovium*, &c.
Item aliud. *Officium Sacerdotis adſumere*, &c.
Item aliud. *Pallii uſum, quem ad ſacerdotalis*, &c.
Item aliud Epiſcopis Siciliae. *Apoſtolicae ſedis benevolentia*, &c.
Tractoria. *Eccleſiaſticae cauſae non recepit*, &c.
Item Tractoria. *Praeſentium latores pro ſua devotione*, &c.
Praeceptum eunte Ordinatore in patrimonio. *Salubri providentia*, &c.
Item aliud eunte Rectore in patrimonio. *Quoniam in ordinando*, &c.

Colo-

Colonis & familiae maſſarum, ſive fundorum, in provincia illa conſtitutae. *Ad ſolicitudinem vot illius ſedis noſtrae*, &c.
Praeceptum commendatitium eunte Rectore in patrimonio, ad Judicem Provinciae. *Qui in actione poſitus*, &c.
Item ad Patricium. *Qui illos protegit*, &c.
Item ad Epiſcopos. *Illi Notario ſanctae noſtrae Eccleſiae*, &c.
De ordinatione Pontificis. *Pſallunt ſecundum conſuetudinem*, &c.
De electione Pontificis ad Principem. *Cum non ſine divinae*, &c.
Nuntius ad Exarchum de tranſitu. Superſcriptio. *Domino excellentiſſimo. Novit humanis rebus*, &c.
Judicibus Ravennae. Superſcriptio. *Domino eminentiſſimo. Si beneficia*, &c.
Ad Apocriſiarium Ravennae. Superſcriptio: *Dilectiſſimo fratri .... Dudum obitum*, &c.
Praeceptum de concedendo Monaſterio. *Convenit Apoſtolico*, &c.
Item aliud. *Semper in religioſis*, &c.
Praeceptum de concedendo Xenodochio. *Petentium deſideriis*, &c.
Item aliud. *Qui in commiſſis ſibi*, &c.
Praeceptum de Praepoſitatu. *Quantum nos fidelium*, &c.
Praeceptum, quando fiet abſens Subregionarius, ac Regionarius: *Qui in commiſſis*, &c.
Praeceptum, quando laicus tonſuratur, & fit Regionarius. *Quos bonae vitae*. &c.
Praeceptum de concedendo puero in Monaſterio. *Nihil credimus minui*, &c.
Praeceptum de concedendo puero. *Exemplo paſtoralis benignit*. &c.
Promiſſio fidei Epiſcopi. *In nomine Domini*, &c. *Promitto*, &c. *Ego*, &c.
Cautio Epiſcopi. *In nomine Domini Dei ſalvatoris noſtri*, &c.
Indiculum Epiſcopi. *In nomine Domini. Imperante*, &c.
Indiculum Epiſcopi de Langobardia. *In nomine Domini*, &c.
Privilegium Monaſterii in alia provincia conſtituti. *Si ſemper ſunt*, &c.
Decretale, quod legit Diaconus, quando Epiſcopus diſcutitur. *Deſtitutis*, &c.
Item aliud, quod legit Diaconus. *Electio, in qua*, &c.
Item aliud ejuſdem. *Deſideria venerandorum canonum*, &c.
Praeceptum aliud de concedendo puero. *Credimus ad augmentum*, &c.

De-

Decretum Pontificis. *Inter caetera, quae ſummae divinitatis*, &c.
Indiculum Pontificis. *Ille miſericordia Dei Diaconus & electus*, &c.

Sub hoc capite continentur alia duo ſine titulo.

Primum contiuet profeſſionem fidei. *Ille Epiſcopus ſanctae Catholicae*, &c.
Ad hoc Apoſtolicae ſedis officium, dilectiſſimi filii, &c.
Alterum continet ſermonem, ſive alloquium. *Ille Epiſcopus ſanctae Catholicae*, &c.
Hodierni diei feſtiva jucunditas invitat nos, dilectiſſimi, &c.
Diverſa privilegia Apoſtolicae auctoritatis. *Ille Epiſcopus ſervus ſervorum*, &c.
Privilegium Monaſterii. *Creditae ſpeculationis impellimur*, &c.
Privilegium. *Spiritalium praemiorum munificentia*, &c.
Privilegium. *Cum magna nobis ſolicitudine inſiſtit cura*, &c.
Privilegium. *Convenit Apoſtolico moderamini*, &c.
Item Privilegium. *Tanto plus Eccleſiaſticae res*, &c.
Aliud Privilegium. *Divina nos ſaluberrima praecepta*, &c.
Privilegium. *Cum piae deſiderium voluntatis*, &c.
Prologum judicatum Privilegii. *Dum pro exequendis juſtitiae*, &c.
Privilegium de Diaconiis. *Dum pro adipiſcendis*, &c.
Privilegium. *Supernae miſerationis reſpectu*, &c.
Privilegium. *Summam gerentes ſolicitudinem*, &c.
Privilegium confirmationis. *Quaeque intuitu pietatis gerimus*, &c.
Privilegium. *Cum exarandis Dei laudibus*, &c. uſque ad ea verba, *cum propriis congregationibus, quae regulariter in Pſalmis.*
Caetera deſunt; nihil autem praeter ultimum illud folium deeſſe videtur.

In codice noſtro MS. ſic legitur.

Incipit ſuperſcriptio ad Principem. *Domino piiſſimo*, &c.
Superſcriptio ad Auguſtam. *Dominae piiſſimae filiae*, &c.
Superſcriptio ad Patritium. *Domino excellentiſſimo*, &c.
Subſcriptio ad Comitem Imperialis obſequii, & Exarchum. *Incolumem excellentiam*, &c.

Super-

Digitized by Google

Superſcriptio ad Conſulem. *Domino eminentiſſimo filio*, &c.
Superſcriptio ad Regem.
Superſcriptio ad Patriarcham. *Dilectiſſimo fratri*, &c.
Superſcriptio ad Epiſcopum forenſem. *Dilectiſſimo nobis*, &c.
Superſcriptio ad Archiepiſcopum Ravennae. *Reverendiſſimo, & ſanctiſſimo fratri*, &c.
Superſcriptio ad Epiſcopum, *ut ſupra*, &c.
Superſcriptio ad Presbyterum, Diaconum, Primicerium, & Secundicerium. *Dilectiſſimo filio*, &c.
Subſcriptio conſtituti. *Ill. Epiſcopus ſanctae Eccleſiae*, &c.
Decretum de electo Epiſcopo, quod leget Notarius Regionarius. *Domino ſancto merito*, &c.
Decretale, quod legit Diaconus deſignato Epiſcopo. *Domino beatiſſimo Papae*, &c.
Item aliud. *Deſiderio facile credimus*, &c.
Item aliud. *Paſchalis feſtivitas*, &c.
Synodale, quod accipit Epiſcopus. *Clero, Ordini, & Plebi conſiſtenti*, &c.
Formata, quam accipit Epiſcopus. *Ill. Presbyteris, Diaconibus*, &c.
Synodale, ut Epiſcopus alterius civitatis in alia Eccleſia poſſit incardinari. *Clero, Ordini, & Plebi*, &c.
Praeceptum de adunandis Eccleſiis. *Poſtquam hoſtilis impietas*, &c.
Petitio dedicationis oratorii. *Domino ſancto, & beatiſſimo Patri Patrum*, &c.
Reſponſum oratorii dedicandi. *Petitoria Ill. nobis inſinuatione ſuggeſſit*, &c.
Reſponſum de ſperandis ſanctuariis. *Sanctuaria beati Ill. oblata petitione*, &c.
De dandis ſanctuariis. *In oratorio ab Ill. conſtructo*, &c.
De dando beneficio Angeli. *Beneficia ſancti Archangeli*, &c.
Reſponſio de dedicando oratorio intra Monaſterium Monachorum. *Religioſis deſideriis*, &c.
De recondendis reliquiis intra Monaſterium. *Religioſis deſideriis*, &c.
De recondendis reliquiis intra Epiſcopium. *Quoniam dilectio tua*, &c.
Petitio Epiſcopi. *Ad laudem ſummi certum eſt pertinere Pontificis*, &c.

Item

Item reſponſum. *Baſilicam, quam dilectio tua*, &c.
Item reſponſum. *Ill. in Ill. ſolo ſibi conceſſo*, &c.
Item reſponſum. *Petitionem dilectionis tuae*, &c.
De altari dedicando. *Relationis tuae*, &c.
De recondendo corpore Sanctorum. *Ille filius noſter Ill.* &c.
Baſilica, quae poſt incendium reparatur. *Baſilicam, quam in caſtro Ill.* &c.
Baſilica, quae poſt ruinam juxta ipſam conſtructa eſt. *Quoniam beati Ill.* &c.
Petitio de dedicando Baptiſterio. *Votiva ſolemnitas animorum exigit*, &c.
Reſponſum dedicandi Baptiſterii. *Filius noſter in fundo Ill.* &c.
Item reſponſum. *Petitoria Ill. nobis ſuggeſſit inſinuatione*, &c.
Privilegium. *Quoniam ſemper ſunt*, &c.
Praeceptio de ſancto mutando loco. *Quumquam rei commutatio*, &c.
Praeceptum auctoritatis de faciendis chartulis. *Quaecumque ad Eccleſiaſticarum rerum locationes*, &c.
Item aliud de faciendis chartulis. *Quamvis ea, quae legaliter geruntur*, &c.
Praeceptum de commutando mancipio. *Conſtat ſtrenuitatem tuam*, &c.
Item aliud de commutando mancipio. *Abbas Monaſterii Ill.* &c.
Praeceptum de donando puero. *Nihil ſibi ſubtrahit*, &c.
Item praeceptum de concedendo puero. *Exemplo paſtoralis benignitatis*, &c.
Item praeceptum de concedendo puero. *Credimus ad augmentum*, &c.
Praeceptum libertatis. *Domino credimus Deo noſtro*, &c.
Epiſcopo de ordinando Presbytero. *Presbyter, qui Baſilicae*, &c.
De ordinando Presbytero. *Filius noſter Ill. poſtulavit*, &c.
Invitatoria ad Epiſcopum in natali Papae. *Dei noſtri miſericordia favente*, &c.
Excuſatoria. *Scripta fraternitatis tuae*, &c.
Excuſatoria, quando Epiſcopus infirmatur. *Et natalis noſtri feſtivitas*, &c.
De Uſu pallii. *Si paſtores ovium*, &c.
Item aliud. *Officium Sacerdotis adſumere*, &c.
Item aliud. *Pallii uſum, quem*, &c.

Item

Item aliud Epiſcopis Siciliae. *Apoſtolicae ſedis benevolentia*, &c.
Tractoria. *Eccleſiaſticae cauſae*, &c.
Item Tractoria. *Praeſentium latores*, &c.
Praeceptum eunte Ordinatore in patrimonium. *Salubri providentia*, &c.
Item aliud fundi Rectori. *Quoniam in ordinando*, &c.
Colonis & familiae maſſarum, ſive fundorum, in provincia conſtitutae. *Ad ſolicitudinem vos Ill.* &c.
Praeceptum ad commendationem euntis Rectoris in patrimonium, ad Judicem provinciae. *Qui in actione poſitus*, &c.
Ad Patricium provinciae. *Qui illa protegit*, &c.
Item ad Epiſcopos. *Notario Ill. ſanctae noſtrae Eccleſiae*, &c.
De ordinatione Pontificis. *Pſallunt ſecundum conſuetudinem*, &c.
De electione Pontificis ad Principem. *Cum non ſine divinae miſericordiae nutu*, &c.
Nuntius ad Exarchum de tranſitu Pontificis. Superſcriptio. *Domino excellentiſſimo. Quanquam non ſine gravi gemitu*, &c.
De electione Pontificis ad Exarchum. Superſcriptio. *Domino excellentiſſimo. Novit humanis rebus*, &c.
Ad Archiepiſcopum Ravennae. Superſcriptio. *Domino ſanctiſſimo. Inter caetera, quae ſummae divinitatis conſilio*, &c.
Judicibus Ravennae. Superſcriptio. *Domino excellentiſſimo. Si benefacta*, &c.
Ad Apocriſiarium Ravennae. Superſcriptio. *Dilectiſſimo fratri: Dudum obitum*, &c.
Incipit decretum de electione Pontificis. *Inter caetera, quae ſummae divinitatis*, &c.
Indiculum Pontificis. *In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri*, &c.
Item alia profeſſio fidei. *Ill. Epiſcopus: Hoc Apoſtolicae ſedis officium*, &c.
Item alia. *Ill. Epiſcopus. Hodiernae diei feſtiva jocunditas*, &c.
Promiſſio fidei Epiſcopi. *In nomine Domini*, &c. *promitto ego Ill. Epiſcopus*, &c.
Cautio Epiſcopi. *In nomine Domini*, &c. *promitto ego Ill. Epiſcopus*, &c.
Indiculum Epiſcopi de Langobardia. *In nomine Domini*, &c. *promitto ego Ill. Epiſcopus*, &c.

Diverſa privilegia Apoſtolicae auctoritatis. *Si quis autem, quod non optamus*, &c.

Privilegium Monaſterii. *Creditæ ſpeculationis impellimur cura*, &c.

Item privilegium. *Spiritualium praemiorum munificentiam*, &c.

Item privilegium. *Cum magna orbis ſolicitudine*, &c.

Item privilegium. *Convenit Apoſtolico moderamini*, &c.

Item privilegium. *Tanto plus Eccleſiaſticae res*, &c.

Item privilegium. *Divina nos, ac ſaluberrima praecepta*, &c.

Item privilegium. *Cum piæ deſiderium voluntatis*, &c.

Prologus in Judicatum. *Cum pro exequendis juſtitiae*, &c.

Privilegium. *Convenit Apoſtolico moderamini*, &c.

Item aliud. *Semper religioſis*, &c.

Privilegium Monaſterii in alia provincia. *Si ſemper ſunt concedenda*, &c.

Praeceptum de concedendo Xenodochio. *Petentium deſideriis*, &c.

Item aliud. *Qui in commiſſis ſibi*, &c.

Praeceptum de Præpoſitura. *Quantum nobis fidelium*, &c.

Praeceptum, quando Clericus fiet abſens. *Qui in commiſſis ſinceriter*, &c.

Praeceptum, quando laicus tonſuratur, & fit Regionarius. *Quos bonae vitae opinio*, &c.

Praeceptum de concedendo puero in Monaſterio. *Nihil credimus minui*, &c.

Privilegium Diaconias. *Dum pro adipiſcendis*, &c.

Item privilegium. *Supernae miſerationis reſpectu*, &c.

Item privilegium. *Summam gerentes ſolicitudinem*, &c.

Privilegium firmationis loci. *Quaecumque intuitu pietatis*, &c.

Privilegium, quando ſuo proprio loco conceditur. *Dum magna nobis cura*, &c.

Privilegium ad confirmationem Monaſterii. *Deſiderium, quod ad religioſum*, &c.

Privilegium, quando loca, quae ablata ſunt a Monaſterio, in uſus priſtinos reſtituuntur. *Divinae praeceptiones monent*, &c.

Securitas. *Juſtitiae conſentaneum*, &c.

Securitas. *Conſtat magnitudini*, &c.

Epiſtola ad Epiſcopum adhortandum. *Miratur nimis*, &c.

Epiſtola conſolatoria. *Apoſtolici ſermonis ſumentes principium*, &c.

Epiſto-

Epiſtola vocatoria. *Dilectiſſimis fratribus.*

Si tanta eſt, quanta hic exhibetur, utriuſque exemplaris diſcrepantia, ſi tanta etiam utriuſque propria perturbatio, fuit, opinor, neceſſe, ex ea confuſione evadere, & naturam ſequi ducem, quae & ſingulis titulis ordinem tribuit, & ad quae capita ſint quique revocandi, praemonſtrat: idque praeſtitimus, niſi fallor, probabiliter, capitibus ſeptem, quae expoſita ſunt, complexi.

Ea porro confuſio nihil detrahit de pretio libri, quandoquidem antiquae omnes fere collectiones ejuſmodi rerum hoc vitio laborant. *Marculphi* formulæ vix habent quidquam ordinis, vix codices Canonum, ſive qui Eccleſiae univerſae vulgo dicuntur, ſive qui Romanae. In eo certe, qui nuper editus eſt, (1) & pro antiquiſſimo ſuppoſitus, nullus fere eſt ordo temporis, non magnus rerum delectus, indocta nonnumquam titulorum ratio, ut videatur merito, quod ait Editor, pag. 670. 11. tom. *Rudior imperiti conſarcinatoris opera.*

Hactenus *Garnerius* praefabatur a. 1679. Vide P. III.



(1) A *Queſnello* ſcilicet *T.* II. *oper.* S. LEONIS *M.*, de quo vide *Ballerinios* in nova eorumdem operum editione.

PARS II.

De HOLSTENIANA *Libri Diurni Editione*.

I. AUdivimus dicentem *Garnerium*, ſe primum A. MDCLXXX. in lucem huncce libellum producere; neque ea vana quaedam fuit hominis ſibi praeter veritatem plaudentis gloriatio. Ignoravit enim ille HOLSTENIANAM, quae diligentiſſima ſeveritate ſuppreſſa fuerat, editionem. Atque hujus editionis hiſtoriam plures poſtea adtigerunt; ſed multa ſive monumentorum inopia, ſive imprudenti amore brevitatis reticuerunt, aut etiam in graves errores prolapſi ſunt. Eam ergo retexamus.

II. Exſtabat *Romae* vetuſtus libri Diurni membraneus Codex in 8. venerandae cujuſdam antiquitatis: octingentorum annorum *Mabillonius* vocat. *Petrus de Marca Lib. I. de Conc. cap. IX.* §. 7., atque *Antonius Arnaldus* in venenato illo Libro, qui a. MDCLXVI. *Monaſterii* prodiiſſe fertur, inſcripto: *Recueil de diverſes Pieces concernant les Cenſures de la faculté de* Paris *pag.* 71. codicem hunc Bibliothecae *Vaticanae* falſo adſcripſerunt. Erat is Codex *Ciſtercienſium* Monachorum, qui ad *S. Crucis in Hieruſalem* Bibliothecam etiamnum ſervant, aliis quoque MSS. Libris (vide ſis *Bonae* Cardinalis Epiſtolas *pag.* 212. & 365.) commendabilem. Praeerat Monaſterio Abbas doctiſſimus, qui *Ferdinandi Ughellii* praeceptor fuerat, *Hilarion* (*Schoepfflino Hilarius*) *Rancatus*. Vidiſſe apud hunc Diurni Codicem *Leonem Allatium* ſcribit *Caveus*, quem errantem cum *Joh. Alberto Fabricio Bibl. Med. & inf. Latin. T. II.* p. 39. ſequutus & ego ſum in *Bibliotheca hiſtoriae litterariae* Piſauri edita *T. I. P. II. p.* 526. Qui vidit, magnus ille Librorum helluo fuit *Lucas Holſtenius*. Studio igitur incenſus exſcribendi Libri, cujus pretium nemo erat, qui penitius noſſet, a *Rancato* petiit, ut ſibi praeſtantiſſimum Codicem utendum ad breviſſimum temporis ſpatium daret. *Rancatus* nonnihil repugnans tandem ſe amici doctiſſimi precibus dedidit: *Holſtenius* autem librum, ut *Mabillonius*, aliique paſſim narrant, una nocte deſcribendum curavit.

Digitized by Google

III. Tunc enimvero de libro illuſtrando, edendoque cogitare is coepit. Inaudierat autem alterum magnae antiquitatis exemplum *Lutetiae Pariſiorum* in *Claromontano* Collegio apud Cl. *Sirmondum* exſtare. Cardinalis igitur *Franciſci Barberinii* auctoritate, & litteris effecit a. MDCXLVI, ut *Sirmondus Claromontanum* Codicem ad Urbem mitteret. Conſtant haec ex ipſius *Sirmondi* litteris, quae etiam *Holſtenium Pariſios* illum Codicem remiſiſſe nos docent. Adi ſis *Sirmondianorum* operum Tomum IV. *Pariſ. edit. p.* 685. *ſeq. &* 701. *Sirmondiano* tamen Codice uſus *Holſtenius* non eſt, *Romano*, quem vel altero puriorem habuit, vel ad amoliendas apud *Romanos* cenſores editionis, quam animo conceperat, difficultates opportuniorem habuit, contentus.

IV. Ac reapſe opus non multo poſt praelo commiſit. Apud *Cajetanum Marinium* mihi longe amiciſſimum, atque eruditiſſimum Vaticani Cartophylacii praefectum, cujus in me benevolentiam, atque in optimarum diſciplinarum cultores ſtudium numquam ſatis praedicabo, impreſſum vidi *Vaticanum Holſteniani* operis exemplum in 8. nemini, quod ſciam, hactenus notum. Unus titulus editus non eſt, ſed *Holſtenii* ipſius manu adſcriptus. Illum reddo: *Diurnus Pontificum, ſive vetus Formularium, quo S. Ro. Eccleſia ante annos* M. *utebatur. Lucas Holſtenius edidit cum Notis. Romae typis Lud. Griniani MDCL.* 8. Duo porro hinc diſcimus, de quibus ne γρῦ quidem apud eos, qui de Diurno Libro egerunt. Alterum eſt, editionem jam a. MDCL. adornatam fuiſſe: alterum, non debuiſſe tamen ſine Auctoris notis opus prodire. Notae quidem abſunt; ſed illas vir oppido doctus qua erat exquiſitiſſima eruditione parabat; magnamque illarum partem in tumultuarias ſchedas retulerat, opportuniore mox tempore ordinatius componendam, augendam, elimandam. Exſtant nunc illae autographa *Holſtenii* manu in opulentiſſima litteraria gaza, quam Principis Eminentiſſimi *Franciſci Xaverii de Zelada* S. R. E. Bibliothecarii aedes oſtentant; earum vero apographum, quem antea appellavi, *Marinius* meus ſervat. Quare nobis *Johanne* Card. *Bona* licet eſſe aliquanto felicioribus; ille enim, uti mox videbimus, poſt *Holſtenii* obitum, quas promiſerat, notas *nullibi* inventas eſſe teſtatus eſt; nos vero earum ſi non perfectionem, at conatum tamen, atque adumbrationem habemus.

V. Cur

V. Cur porro notas ſuas *Holſtenius* adeo non perfecerit, ut omnem earum cogitationem abjeciſſe videatur, cauſſa difficultates fuere, in quas operis editionem *Romae* incurrere animadvertebat. Benignioris interea aliquid ſpei videretur optimo viro adfulſiſſe, ſi titulum, quo *Holſtenianus* liber nunc vulgatior factus, praenotatur, editis jam foliis a Typographo adponi ipſe editor curaſſet. Eſt is hujuſmodi: *Liber diurnus Romanorum Pontificum ex antiquiſſimo Codice* MS. *nunc primum in lucem editus Romae typis Joſephi Vannacci* (*Joſiam Vannacejum Schoepflinus* perperam vocat) MDCLVIII (non MDCLX, quod ex *Hoffmanno* legitur in *Davidis Clement. Bibliotheca curioſa T. IX. p. 65.* & ex *Tentzelio* apud *Fabricium* in laudata Bibliotheca *Med. & inf. Latinit.*) Ad librum quod adtinet, praeter monitum, de quo in notis, textus iiſdem omnino foliis conſtat, quibus exemplum a. MDCL. jam editum, ad paginam 224. Hinc vero ad paginam 231. quae hujus exempli extrema eſt, quum 232. primum claudat, magnum diſcrimen inter utrumque exemplum intercedit, nec ſine duobus, iiſque inſignibus erratis, quorum alterum typographo verti non difficile poteſt, alterum, cui tribuam, non ſatis compertum habeo. Nam quum littera P. notari poſtremus (utar *Baluzii* verbo) octernio debuiſſet, quemadmodum in primo illo a. MDCL. exemplo, typorum vitio littera O iteratur. Praeterea caput CVII, in quo *Privilegium ad confirmationem monaſterii*, CVIII. inſcribitur, uti & CIX. quod CVIII. praenotandum erat. Contra in primo a. MDCL. impreſſo Codice capitis CVIII. titulus vitioſe numerum CVII. exhibet; caput autem CIX. privilegium in exemplo a. MDCLVIII. penitus praetermiſſum ſuppeditat, idque ex MS. Codice, quem qui *Holſtenianam* editionem ob oculos non habuit *Mabillonius*, quum conſuluiſſet, illud inter *Garneriani* diurni ſupplementa vulgavit. Igitur non dubitandum, quin in a. MDCLVIII. exemplo extremus octernio poſtea ad antiquiora edita operis folia acceſſerit: quonam vero id conſilio, & an ab *Holſtenio* ipſo factum ſit, in tertia hujus diſſertationis parte opportunius aperiam.

VI. Utrobique autem (quod ſcire e legentium re eſt) ſub initium idem capitum συλλαβος praefigitur, MS. quidem Codicis verbis expreſſus, ſed alio, quam qui in illo nullus fere ſervatus fuerat, ordine ab *Holſtenio* diſpoſitus. Dabo heic illum cum *Garnerianae* editionis ordine collatum. *Hol-*

Digitized by Google

Holſteniani Diurni Index	*Garner. Diurni Index*
I. INDICVLVS EPISTOLAE FACIENDAE,	I.
in quo variae ſuperſcriptiones, & ſubſcriptiones ad Principem, Auguſtam, Patricium, Comitem, Conſulem, Patriarcham, Epiſcopum, & alios.	
DE ORDINATIONE PONTIFICIS.	
II. *Nuntius ad Exarchum de tranſitu Pontificis.*	II. 1.
III. *De electione Pontificis ad Principem.*	II. 3.
IV. *De electione ad Exarchum.*	II. 4.
V. *Ad Archiepiſcopum Ravennae*	II. 5.
VI. *Ad Judices Ravennae.*	II. 6.
VII. *Ad apocriſiarium Ravennae.*	II. 7.
VIII. *Ad diverſos epiſcopos.*	*omittit*
IX. *Decretum electionis Pontificis.*	II. 2.
X. *Indiculus Pontificis electi.*	II. 9. (a)
XI. *Profeſſio fidei electi.*	II. 9. (b)
XII. *Adlocutio plebis.*	II. 9. (c)
DE ELECTIONE, POSTVLATIONE,	
& conſecratione epiſcoporum.	
XIII. *Decretum de electo epiſcopo, quod legit Notarius regionarius.*	III. 1.
XIV. *Decretale, quod legit Diaconus deſignato epiſcopo.*	III. 3.
XV. *Item aliud.*	III. 4.
XVI. *Item aliud.*	III. 5.
XVII. *Decretale, quando epiſcopus diſcutitur, quod legit Diaconus.*	*omittit*

XVIII. *Item*

Holſteniani Diurni Index	*Garner. Diurni*
XVIII. *Item aliud, quod legit Diaconus.*	*omittit*
XIX. *Item aliud ejuſdem.*	*omittit*
XX. *Promiſſio fidei epiſcopi.*	III. 6.
XXI. *Cautio epiſcopi.*	III. 7.
XXII. *Indiculus epiſcopi.*	III. 8 (a)
XXIII. *Indiculus epiſcopi de Langobardia.*	III. 8. (b)
XXIV. *Synodale, quod accipit epiſcopus.*	III. 9.
XXV. *Formata, quam accipit Epiſcopus.*	III. 10.
XXVI. *Synodale, ut epiſcopus alterius civitatis in alia eccleſia poſſit incardinari.*	III. 4.
XXVII. *Praeceptum de viſitanda eccleſia deſtituta epiſcopo.*	*omittit*
XXVIII. *Item clero, ordini, & plebi, de quo ſupra:*	*omittit*
XXIX. *De adunandis eccleſiis.*	III. 12.
XXX. *De uſu pallii.*	IV. 1.
XXXI. *Item aliud.*	IV. 2.
XXXII. *Item aliud.*	IV. 3.
XXXIII. *Item aliud epiſcopis Siciliae.*	IV. 4.

DE OFFICIO ET FVNCTIONIBVS

epiſcoporum.

XXXIV. *Petitio dedicationis baſilicae.*	V. 3.
XXXV. *Petitio epiſcopi de dedicando baſilicam.*	V. 11.
XXXVI. *Reſponſum dedicandae eccleſiae.*	*omittit*
XXXVII. *Item reſponſum.*	*omittit*
XXXVIII. *Item reſponſum.*	V. 12.
XXXIX. *Item reſponſum.*	V. 14.
XL. *De recondendo corpore ſanctorum.*	V. 16.
XLI. *Baſilica, quae poſt incendium reparatur.*	V. 17.

XLII. *Ba-*

Holſtenian Diurni Index	*Garner. Diurni Index*
XLII. *Baſilica, quæ poſt ruinam juxta ipſam conſtructa eſt.*	V. 18.
XLIII. *Reſponſum oratorii dedicandi.*	V. 4.
XLIV. *Reſponſum de dedicando oratorio intra monaſterium monachorum:*	V. 8.
XLV. *Item reſponſum.*	V. 13.
XLVI. *De recondendis reliquiis intra monaſterium.*	V. 9.
XLVII. *De recondendis reliquiis intra epiſcopium.*	V. 10.
XLVIII. *Epiſcopo de levandis ſanctuariis.*	*omittit*
XLIX. *Reſponſum ſuper dandis ſanctuariis.*	V. 5.
L. *De dandis ſanctuariis.*	V. 6.
LI. *De dandis beneficiis ſancti Angeli.*	V. 7.
LII. *De altare dedicando.*	V. 15.
LIII. *Petitio de dedicando baptiſterio.*	V. 19.
LIV. *Reſponſum dedicandi baptiſterium.*	V. 20.
LV. *Item reſponſum.*	V. 21.
LVI. *Epiſcopo de ordinando presbytero.*	V. 1.
LVII. *Item de ordinando presbytero.*	V. 2.
LVIII. *Invitatoria ad epiſcopum in natale Papæ.*	III. 13.
LIX. *Excuſatoria.*	III. 14.
LX. *Excuſatoria, quando epiſcopus infirmatur.*	III. 15.
LXI. *Epiſtola ad epiſcopum adhortandum.*	III. 16.
LXII. *Epiſtola conſolatoria.*	III. 17.
LXIII. *Evocatoria.*	III. 2.
LXIV. *Tractoria.*	VI. 9.
LXV. *Tractoria.*	VI. 10.

Holſteniani Diurni Index	*Garner.Diurni Index*
PRAECEPTA DIVERSA DE LOCIS SACRIS *& officiis eccleſiaſticis.*	
LXVI. *Praeceptum de concedendo monaſterio.*	VII. 10.
LXVII. *Item aliud.*	VII. 11.
LXVIII. *Praeceptum de concedendo Xenodochio.*	VII. 13.
LXIX. *Item aliud.*	VII. 14.
LXX. *Praeceptum de praepoſitatu.*	VII. 15.
LXXI. *Praeceptum, quando ſit abſens ſubregionarius, ac regionarius.*	VI. 2.
LXXII. *Praeceptum, quando laicus tonſuratur, & ſit regionarius.*	VI. 1.
DE PATRIMONIIS ECCLESIAE.	
LXXIII. *Praeceptum eunti ordinatori in patrimonium.*	VI. 3.
LXXIV. *Item aliud eunti rectori in patrimonium.*	VI. 4.
LXXV. *Colonis, & familiae maſſarum, ſive fundorum in provincia illa conſtitutae.*	VI. 5.
LXXVI. *Praeceptum commendatitium eunte rectore in patrimonium ad Judicem provinciae.*	VI. 6.
LXXVII. *Item ad Patricium provinciae.*	VI. 7.
LXXVIII. *Item ad epiſcopos.*	VI. 8.
LXXIX. *Praeceptum de commutando loco.*	VI. 13.
LXXX. *Praeceptum auctoritatis de faciendis chartulis.*	VI. 11.

LXXXI. *Item*

Holſtenlani Diurni Index	*Garner. Diurni Index*
LXXXI. *Item aliud de faciența chartula:*	VI. 12.
LXXXII. *Praeceptum de commutando mancipio.*	VI. 14.
LXXXIII. *Item rectori de commutando mancipio.*	VI. 15:
LXXXIV. *Praeceptum de donando puero.*	VI. 16.
LXXXV. *Praeceptum de concedendo puero in monaſterio.*	VII. 16.
LXXXVI. *Praeceptum de concedendo puero.*	VI. 17.
LXXXVII. *Praeceptum aliud de concedendo puero.*	VI. 18.
LXXXVIII. *Praeceptum libertatis.*	VI. 21.
LXXXIX. *Securitas.*	VI. 19.
XC. *Securitas.*	VI. 20.

DIVERSA PRIVILEGIA APOSTOLICAE

auctoritatis

XCI. *Privilegium monaſterii.*	VII. 1.
XCII. *Privilegium monaſterii in alia provincia conſtituti.*	VII. 12.
XCIII. *Privilegium monaſterii:*	*omittit*
XCIV. *Privilegium monaſterii.*	VII. 3.
XCV. *Privilegium.*	VII. 4.
XCVI. *Privilegium.*	VII. 5.
XCVII. *Privilegium.*	VII. 6.
XCVIII. *Item privilegium.*	VII. 7.
XCIX. *Aliud privilegium.*	VII. 8.
C. *Privilegium.*	VII. 9.
CI. *Prologus.*	VII. ante 1
CII. *Privilegium de diaconiis.*	VII. 17.
CIII. *Privilegium.*	VII. 18.
CIV. *Privilegium.*	VII. 19.

Holſteniani Diurni Index	*Garner. Diurni Index*
CV. *Privilegium confirmationis loci.*	VII. 20.
CVI. *Privilegium, quando ſuo proprio loco conceditur.*	VII. 25.
CVII. *Privilegium ad confirmationem monaſterii.*	VII. 22.
CVIII. *Privilegium, quando loca, quae ablata ſunt, ſuo monaſterio in uſu priſtino reſtituuntur.*	VII. 23.
CIX *Privilegium.*	omit.; ſed etiam omit. HOLSTEN. in exemplo an. MDCLVIII.

EXPLICIT INDEX CAPITVM.

VII. Quoniam vero *Holſteniani* Diurni ordinem cum *Garneriano* contendi, antequam progredior, non abs re erit, capitum, quae in utroque continentur, prima verba (additis quoque, ubi eadem in pluribus capitibus occurrant, extremis) alphabeti ſerie exhibere: Sic enim & quae apud alterutrum deſiderantur, internoſcere, & alterum cum altero variarum lectionum expiſcandarum cauſſa ſi libuerit, conferre facilius erit.

	HOLSTEN.	GARNER.
Ad augmentum	34.	V. 3.
Ad laudem Apoſtolatus	13.	III. 1.
Ad laudem ſummi	35.	V. 11.
Ad ſollicitudinem	75.	VI. 5.
Apoſtolicae ſedis	33.	IV. 4.
Apoſtolico ſermone	62.	III. 17.
Baſilicam, quam dilectio tua in honorem Sancti	36.	*omittit*
Baſilicam, quam dilectio tua in honore Beatorum	38.	V. 12.
Baſilicam, quam in caſtro	41.	V. 17.
Conſtat nos magnitudini veſtrae	90.	VI. 20.

Con-

	HOLSTEN.	GARNER
Conſtat ſtrenuitatem tuam	82.	VI. 14.
Convenit Apoſtolico moderamini ... firmiter ſubsiſtere	66.	VII. 10.
Convenit Apoſtolico moderamini .... permanere temporibus definimus.	97.	VII. 6.
Credimus ad augmentum	87.	VI. 18.
Creditae ſpeculationis	94.	VII. 3.
Cum in exarandis	109. in primo a. MDCL. exemplo. *Om.* in altero	*omittit*
Cum magna nobis	96.	VII. 5.
Cum non sine divinae miſericordiae nutu	3.	II. 3.
Cum piae	100.	VII. 9.
Cum ſummae	93.	*omitt.*
Dei noſtri miſericordia	58.	III. 13.
Desideria, quae	19.	*omitt.*
Desiderio facile credimus	15.	III. 4.
Desiderium, quod	108.	VII. 22.
Deſtitutis Eccleſiis	17.	*omitt.*
Dilectionem veſtram	omitt. Titulum tamen dat 63.	III. 2.
Dilectiſſimam Fraternitatem	8.	*omitt.*
Divina nos	99.	VII. 8.
Divinae praeceptionis	108. in primo a. MDCL. exemplo: 109. in altero	VII. 23.
Domino credimus Deo	88.	VI. 21.
Dudum obitum	7.	II. 7.
Dum magna nobis	106.	VII. 25.
Dum pro adipiſcendis	102.	VII. 17.
Dum pro exequendis	101.	VII. ante 1.
Eccleſiaſticae cauſae	64.	VI. 9.

Ele-

	HOLSTEN.	GARNER.
Electio, in qua	18.	*omitt.*
Et Natalis Noſtri	60.	III. 15.
Et temporis	26.	III. 11.
Exemplo Paſtoralis benignitatis	86.	VI. 17.
Filius noſter Ill. poſtulavit	57.	V. 2.
Hodiernae diei	12.	II. 9. (c)
Ill. Abbas Monaſterii	83.	VI. 15.
Ill. Beneficia	51.	V. 7.
Ill. Epiſcopus ſanctae Catholicae	11.	II. 9. (b)
Ill. Filius noſter in fundo	54.	V. 20.
Ill. Filius noſter ſuis	40.	V. 16.
Ill. Miſericordia Dei	10.	II. 9. (a)
Ill. Notario ſanctae noſtrae Ecclesiae	78.	VI. 8.
Illo in oratorio	50.	V. 6.
Ill Petitorii nobis insinuatione .... reverentia collocabis	43.	V. 4.
Ill. Petitorii nobis insinuatione .... illic maculae deleantur	55.	V. 21.
Ill. Sanctuaria Beati	49.	V. 5.
Ill., & Ill. in ſolo sibi conceſſo	45.	V. 13.
Inter cetera .... erga veſtram praeſularem ſanctitatem dilatetur	5.	II. 5.
Inter cetera ... ſeu civitonicis ſubſcripſerunt	9.	II. 2.
Inter cetera ſalubris	21.	III. 7.
Juſtitiae conſentaneum	89.	VI. 19.
Miramur nimis	61.	III. 16.
Nihil credimus	85.	VII. 16.
Nihil ſibi ſubtrahit	84.	VI. 16.
Noverit fraternitas tua	48.	*omitt.*
Novit humanis rebus	4.	II. 4.
Obitum Ill. Epiſcopi directa relatio	27.	*omitt.*

Obla-

Digitized by Google

	HOLSTEN.	GARNER.
Oblationem dilectionis tuae	37.	*omitt.*
Officium Sacerdotis	30.	IV. 2.
Pallii uſum	32.	IV. 3.
Paſchalis feſtivitas	16.	III. 5.
Per Kariſſimum noſtrum	25.	III. 10.
Petentium desideriis	68.	VII. 13.
Petitionem dilectionis tuae	39.	V. 14.
Pontificii veſtri	14.	III. 3.
Poſtquam hoſtilis	29.	III. 12.
Praeſentium latores	65.	VI. 10.
Presbyter, qui Basilicae	56.	V. 1.
Probabilibus desideriis	24.	III. 9.
Promitto Ill. ego talis Epiſcopus	20.	III. 6.
Promitto ego Ill. Epiſcopus.... quod & ſervare promitto	22.	III. 8. (a)
Promitto ego Ill. Epiſcopus.... quod & conſervare promitto	23.	III. 8. (b)
Pſallunt	*omitt.*	II. 8.
Quaecumque ad Eccleſiaſticarum rerum	80.	VI. 11.
Quaecumque intuitu	105.	VII. 20.
Quamquam rei commutatio	79.	VI. 13.
Quamvis ea	81.	VI. 12.
Quamvis non sine gravi	11.	II. 1.
Quantum nos fidelium	70.	VII. 15.
Qui illos protegit	77.	VI. 7.
Qui in actione	76.	VI. 6.
Qui in commiſſis ſibi fidem	69.	VII. 14.
Qui in commiſſis sinceriter	71.	VI. 2.
Quoniam beati Ill. Basilicam	42.	V. 13.
Quoniam dilectio tua	47.	V. 10.
Quoniam in ordinando	74.	VI 4.
Quoniam ſemper	91.	VII. 1.
Quoniam ſemper ... particeps effici mereatur	*omitt.*	VII. 2.
Quos bonae vitae	72.	VI. 1.

Re.

	HOLSTEN.	GARNER.
Relationis tuae	52.	V. 15.
Religionis deſideriis .:.. quidquid offerri conſtiterit	44.	V. 8.
Religionis deſideriis ... cum reverentia collocabis	46.	V. 9.
Salubri providentia	73.	VI. 3.
Scripta Fraternitatis tuae	59.	III. 14.
Semper Religioſis	67.	VII. 11.
Si beneficia	6.	II. 6.
Si Paſtores	30.	IV. 1.
Si ſemper ſunt	92.	VII. 12.
Spiritalium praemiorum	95.	VII. 4.
Subſcriptio de conſtituto	1.	I. 12.
Summam gerentes	104.	VII. 19.
Supernae miſerationis	103.	VII. 18.
Superſcriptio ad Archiepiſc. Ravennae	1.	I. 9.
Auguſtam	1.	I. 2.
Comitem	1.	I. 4.
Conſulem	1.	I. 5.
Epiſcopum	1.	I. 10.
Epiſcopum forenſem	1.	I. 8.
Patriarcham	1.	I. 7.
Patricium	1.	I. 3.
Presbyterum &c.	1.	I. 11.
Principem	1.	I. 1.
Regem	1.	I. 6.
Tanto plus Eccleſiaſticae res	98.	VII. 7.
Veſtri antiſtitis obitum	28.	*omitt.*
Votiva ſolemnitas	53.	V. 19.

VIII. Age jam ad *Holſtenianae* editionis hiſtoriam revertamur. Spes divulgandi operis, in quam vir optimus adductus fuerat, extenuari in dies coepit, ac ferme evaneſcere. Praeſides moram interponebant; *Holſtenium* tamen aequiora exſpectare

ctare tempora jubentes. Adcidit autem, ut *Petrus de Marca* A. MDCLX. Kalendis Januariis ad *Holſtenium* ſcriberet, ſe in ea cogitatione verſari, ut peculiarem *de exemptionibus Monachorum* tractatum elucubrari adgrederetur. *Holſtenius* porro, qua erat ad juvandos litteratorum virorum labores facili voluntate, *ad eum reſcribens ſequentibus Kalendis Martiis*, inquit *Baluzius* in notis *ad lib.* 1. *de Concord. cap.* 9. *num.* 7., *ſimul miſit duo priora folia, itemque poſtremum libri diurni, quod in illis exſtarent antiquae formulae privilegiorum monaſteriis conceſſorum a Pontificibus Romanis. Haec tria folia, ſeu potius oſterniones*, pergit *Baluzius*, *ſi novo vocabulo uti licet*, *ego communicavi cum* R. P. Philippo Labbaeo, *qui ea per ſatis longum temporis ſpatium retinuit. Interim exceſſit e vivis* Holſtenius *initio anni ſequentis* (IV. nonas Februarii, adſtantibus morienti amico Clariſſ. *Bollandianis Henſchenio*, & *Papebrochio*). *Et mox* Coelius Piccolominaeus, *Apoſtolicae tum ſedis Nuntius in* Gallia, *occultans haud dubie conſilium ſuum*, *uti poſtea patuit*, *ea folia recuperavit e manibus Illuſtriſſ. Archiepiſcopi* (de Marca), *neque illa umquam ei reſtituit. Poſt mortem itaque* Holſtenii, *quum recuperata eſſent folia illa*, *quum certum jam eſſet*, *nihil ex illa editione extra vagari*, *vel alibi exſtare*, *quam* Romae, *libri diurni editio omnino ſuppreſſa eſt*. Non ergo ſuppreſſus fuerat liber a. MDCLX, ut *Schoepflino* incaute excidit, etſi non exire permiſſus: nec ſane *Holſtenius*, ſi *Romanorum* fidei Quaeſitorum auctoritate ſuppreſſus jam tum fuiſſet, de tribus illis foliis ad *Petrum de Marca* mittendis umquam cogitaſſet. Quod idem de quibuſdam ad Rom. Pontificis electionem, ab eoque editam fidei profeſſionem pertinentibus formulis ab *Holſtenio* cum *Henſchenio* communicatis, & a *Papebrochio* in *Conatu* ad *Catal.* Rom. Pontif. evulgatis dictum volo. Recolantur, quae contra *Tentzelium* ad *Garnerii* Praefationem ſupra adnotavi. Immo *Holſtenii* diurnum ne ſuppreſſum quidem niſi a. MDCLXII. fuiſſe conjicerem.

IX. Sed antequam meae hujus conjectationis momenta profero, cauſſa cur *Romani* Praeſides tanta cura opus ſuppreſſerint, aperienda eſt. *Suppreſſionem illam*, inquit heterodoxus Fabricius *loc. cit.*, *a Curialibus Magiſtris, & Inquiſitoribus factam Romanis, utpote non modo tamquam injuſtam, & cognitioni Antiquitatis Eccleſiaſticae inopportunam, ſed contumelioſam quo-*

que in Pontificem, *&* *Eccleſiam Romanam*, *variis Epiſtolarum locis exagitat Launojus*, effraeni quadam impudentia, dignus propterea quem non ſolum *Tentzelius* T. 1. *Exercit. ſelect. p.* 353. ſummis laudibus efferret, ſed etiam *Antonius Reiſerus teſtem*, *&* *confeſſorem veritatis Evangelico-Catholicae* (*Lutheranae* ſcilicet) nobis objiceret, edito ad id *Amſtelodami* libro A. MDCLXXXV. Neque *Hoffmannus*, de quo infra, ea *Launoii* loca praetermiſit, quaſi vero eorum pudere nos debeat, quae hypercriticus ille plenus inconſideratiſſimae, & dementiſſimae audaciae reprehendit. *Romanam* enimvero *Holſteniani* Diurni ſuppreſſionem ut liberius hi, aliique in invidiam adducerent, varias ejus rationes commenti ſunt. *Baluzius* in notis ad *Ant. Auguſtini* tractatum *de emendatione Gratiani p.* 335. ſuſpicabatur, eam juſſam a *Romanis* fuiſſe, *quia in initio nimium multa circa electionem Romani Pontificis tribuuntur Imperatori*, *&* *Exarchae apud Ravennam commoranti*. Alii alias pro ſuo quiſque ingenio, & ſtudio cauſſas excogitarunt. Verum unam fuiſſe cauſſam, quae in ſecunda fidei profeſſione de *Honorio* leguntur, tam certum mihi eſt, quam quod certiſſimum. Quum praeſtantiſſimus ille *Holſtenius*, quem *Vaticana* Bibliotheca ſibi Cuſtodem praefuiſſe numquam non gloriabitur, ſupremum diem obiiſſet, inſignis ejus patronus, atque heres *Franciſcus* Cardinalis *Barberinius* libri evulgationem urgebat. Itaque *Johanni Bonae* tunc Congregationis *S. Bernardi* Abbati generali, & *Romanarum* Congregationum cum Indicis, tum ſancti Officii Conſultori ſpectatiſſimo traditus liber eſt, ut de eo judicium ferret. Tulit autem his verbis, quae ipſemet exemplo ſecum communicato (idem illud eſt, quod apud egregium amicum meum *Marinium* me inſpexiſſe antea memoravi) in paginula *Holſtenianum* titulum ſequente adſcripſit,,. Poſt *Lucae Holſtenii* mor-
,, tem Notae, quas promiſit, nullibi inventae ſunt. Et cum
,, fo. 59. in Profeſſione fidei electi Pont. Num. XI. damnetur
,, *Honorius* Papa, ideo ,, *quia pravis haereticorum aſſertionibus fomentum impendit*; *ſi verba delineata ſint vere in Autographo*, *nec ex notis apparere poſſit*, *quomodo huic vulneri medelam afferat*, *praeſtat non divulgari opus*. Et mirabimur, de conſilio, quod vir tanta apud *Alexandrum* VII. *Romanoſque proceres exiſtimatione*, quanta tunc ob inſignem doctrinam, pietatemque *Bona* fruebatur, in re tam gravi dederat, factum fuiſ-

fuiſſe, ut in *Vaticanum* neſcio quod conclave, veluti in honeſtiſſimum carcerem, omnia *Holſtenianae* editionis exempla conjicerentur? Praeſtat tamen *Bonae* ſuffragium alterius viri ſummi ſententia confirmare. Is eſt *Jacobus Sirmondus*, quanta Deus bone! doctrina, quanto judicio ſcriptor! En autem quid ille ad ipſum *Holſtenium* hac de re perſcripſerit in epiſtola inter editas ejus epiſtolas fruſtra quaerenda „ de *Honorii* „ etiam defenſione recte, opinor, judicaſti, eam optimam „ videri, quam ex *Maximo*, & *Anaſtaſio* didicimus. At mi„ hi hac in re non tam inſolens videri ſolet, *Graecos Mono„ thelitas Honorium* in erroris ſui trahere invidiam; quam mi„ randum, *Romanos* olim ipſos in Electi Pontificis profeſſione „ cum haeretici dogmatis auctoribus *Sergio*, *Pyrrho*, *Paullo*, „ & *Petro Conſtantinopolitanis* VNA ETIAM HONORII NO„ MEN INFAMASSE, quod primus eorum aſſertionibus fomen„ tum impendiſſet: ſic enim ſe habent verba illius profeſſio„ nis, quam quum inter veteres Eccleſiae *Romanae* formulas, „ quae in manus meas venerunt (Diurnum heic *Sirmondus* de„ ſignat) offendiſſem, AB ILLARVM EDITIONE, cujus ſpem „ D. Cardinali S. *Suſannae* (*Scipioni Cobellutio*) feceram, „ HAEC VNA ME POTISSIMVM CAVSSA DETERRVIT„. Qui non horum duumvirum judicio ſtare malit, quam *Launoii*, ſuorumque adſeclarum obtrectationibus, nae is ſit hominum imprudentiſſimus. Nunc equidem quum Liber jam ſemel, iterumque prodierit, & quam *Bona* optabat, *Honoriano* vulneri medelam, ut *Marcheſium*, *Corgnium*, *Bartholum*, alioſque mittam, *Garnerius* editor adtulerit, aliter nobis ſentire licet. Tunc autem re integra, neque *Honorii* cauſſa ſatis diſcuſſa, alteri conſilio, quam quod captum fuit, locus non erat.

X. Suppreſſionem Diurni ad annum MDCLXII. ſuperius referendam eſſe indicavi, nullo meae hujus conjecturae argumento propoſito. Illud nunc dabo, nec fortaſſis leve. *Franciſcus Combefiſius* Ordinis *Praedicatorum* A. MDCXLVIII. duos *Graeco-Latinae Patrum Bibliothecae novi auctarii* tomos vulgaverat; ſecundo autem quum hiſtoriam *Monothelitarum* haereſis, ac ſextae in eos Synodi praemiſiſſet, in ea locum ex MS. Libro Diurno de *Honorio* recitaverat, paullo aliter, quam qui in *Ciſtercienſium* Codice legebatur. Incredibile enimvero eſt, nihil niſi a. MDCLXII. de *Combefiſii Auctario*, ac varia in eo

loci illius lectione *Romae* ſuboluiſſe. Nec tamen ante illum annum *Romanos* de Codicis, quo *Combefiſius* ſe uſum dixerat, lectione ſollicitos fuiſſe video. Nam eo anno *Franciſcus* Cardinalis *Barberinius* ad *Petrum Poſſinum* virum multijuga eruditione praeſtantem, qui *Neapoli* adfectae valetudinis cauſſa morabatur, in mandatis per litteras dedit, ut in *Gallias* de ea exquirenda lectione quam diligentiſſime ſcriberet. Paruit *Poſſinus*, ut ex ejus ad eundem Cardinalem epiſtola conſtat. Reddo illam quae data eſt XII. Kal. Sextiles, ad autographi orthographiam adcuratiſſime expreſſam.

Eminentiſſ. e Reverendiſſ. Princ. Sig. e Padr. Oſſerv.

„ HO fatto quanto m' ha comandato V. E. nell' ultima, che „ s' è degnata ſcrivermi del 7. del corrente; ſcrivendo „ al P. *Philippo Labbe* acciò faccia diligenza per chiarirſi di „ quel che V. E. deſidera ſapere circa l' eſemplare del *Diurnus Pontificius* citato dal P. *Combefis*, diverſo per quanto „ pare, di quel che fu già del Sig. *Carolo de Monchal* Arciveſcovo di *Toloſa*: poichè in quello ſe legeva, come referiſce detto P. *Combefis* nella Colonna 157. della ſua „ Diſſertatione Apol. &c. *qui pravis eorum erroribus favorem impendit*: ed in quell' altro conſervato hoggi nella „ Libraria del Sig. *Fouquet* ſta ſcritto, come teſtifica i P. „ *Labbe*, *qui pravis eorum opinionibus fomentum impendit*. „ Aſpetto le lettere del detto P. per dar ſubito avviſo a „ V. E. di quel che mi manderà „. Cetera omitto, quae ad unam *Poſſini* valetudinem pertinent.

Quid porro *Labbeus* reſcripſerit, ex alia ejuſdem *Poſſini* epiſtola diſcimus, quae hujuſmodi eſt.

Eminentiſſ. & Reverendiſſ. Sig. Padr. Colend.

„ RIcevo per queſt' ordinario di *Roma* una lettera del P. „ *Philippo Labbè* ſcrittami da *Parigi* il primo Settembre, „ per la quale mi da ragguaglio di quel che ha fatto in „ eſecuzione del commandamento di V. E. intorno al P. *Combefis*, ed al paſſo del *Diurnus Pontificius* citato da lui. „ Riferirò qui in ſomma quel che dice. Havendo il P. *Lab-*

„ *bè*

„ *bè* ricevuta la lettera ſcritta da me conforme m' haveva
„ comandato V. E. ſubito mandò al P. *Combefis* il Viglietto
„ ſeguente.

Molt. Rev. P.

„ PRego V. R. di farmi ſapere di qual Manoſcritto del *Diur-*
„ *nus Pontificius* ella ha preſe quelle parole che ſtanno
„ nella pag. 157. *qui pravis eorum erroribus favorem im-*
„ *pendit*, atteſo che nel Manoſcritto del *Diurnus*, che noi
„ habiamo, come anche in quello, che fu già da Monſignor
„ di *Monchal* copiato dal Signor di *Launoy* nella ſua diſſer-
„ tatione della *Magdalena* pag. 119. ſi legge, *qui pravis*
„ *eorum aſſertionibus fomentum impendit*, e voſtra diſſerta-
„ tione dice *erroribus favorem*, che torna all' iſteſſo; però
„ ci giovarebbe ſapere in qual .... queſte formal
„ parole ſi trovano. V. R. mi farà gratia ſe ſi degna notar-
„ melo a piè del preſente Viglietto, & non ſi ſcordi ne'
„ ſuoi SS. SS. Nel Collegio di *Claramonte* in *Parigi* 26.
„ Agoſto 1662.

Di ſuo humiliſſ. Servo
Philippo Labbè

„ Et il *Combefis* l' iſteſſo giorno li (diede) la ſeguente ri-
„ ſpoſta.

Molto R. P.

„ NOn ho veduto altro *Diurnus*, che quello che mi mo-
„ ſtrò il P. *Sirmondo* nel voſtro Collegio, dove anche
„ hoggi conſervate quell' eſemplare, lo vidi di paſſagio, &
„ ſenza portarlo in caſa. Così V. R. potrà corregere il sba-
„ glio di mia memoria, ſe vi è intervenuto. Non vi ſcor-
„ date ne' voſtri SS. SS.

Di voſtro humiliſſ. Servo
Fr. Franceſco Combefis

„ DA

Digitized by Google

„ DA queſti viglietti reſta manifeſto, che la differenza che „ ſi trova tra le parole riferite dal *Diurnus* nel libro del „ P. *Combefis*, e quelle, che ſi leggono nell' iſteſſo *Diurnus* manuſcritto, o ſtampato, viene di un mero sbaglio di memoria, che li ha fatto mettere *erroribus favorem* in vece di *aſſertionibus fomentum*. Ho ſperato che „ V. E. ſi ſodisfarebbe con la lettione di queſti viglietti, che „ però gli ho copiati dagli Originali mandatimi dal P. *Labbè* voltandoli dal *Franceſe* parola per parola. La Copia „ del *Diurnus*, della quale ſi fa qui mentione, & ſi dice „ eſſer ſtata già dal P. *Sirmondo*, ſtà hora in mano del P. „ *Labbè*, il quale mi riferiſce, che è ſcritta in membrane „ antichiſſime con lettere che ſvaniſcono di vecchiaja moſtrando l' età di 700. 800. anni. Ora queſto Manoſcritto „ affatto conforme all' altro, che fu già del Signor di *Monchal*, ſta hoggidì nella Libreria del Sig. *Fouquet*, havendo amendue *qui pravis eorum aſſertionibus fomentum impendit*. No ſi ſa che in *Parigi* ſia altra Copia del iſteſſo „ *Diurnus*. Alcune foglie della ſtampa *Romana* di detto libro erano in mano di Monſignor di *Marca*, il quale le „ moſtrò al P. *Labbè*; queſti lo conferì col ſuo detto Manoſcritto, e trovò, come mi ſcrive, che l' ordine, atti, „ & formole è molto diverſo in quella ſtampa. Queſto è „ quanto poſſo dire per hora a V. E. ſopra a queſto negotio. Ho poi a darle conto delli Atti delle Sante *Perpetua*, „ & *Felicita*, intorno de quali ho lavorato un meſe, nel „ qual ſpatio havendo letto, conferito, & conſiderato con „ ſomma attentione tutte le ſcritture, e memorie di Monſignor *Holſtenio*, ne ho cavate, e diſteſe ſettantacinque facciate de buone, & erudite annotazioni, che mi pajono „ potere comparire col nome del detto Signor Defonto con „ ſuo honore, & utilità publica. V. E. ne ſarà Giudice, „ quando al mio arrivo a *Roma* le conſegnarò quanto ho „ fatto, & pigliarò ſuoi ordini per quel, che reſta a fare „ per finir quel opera. Mi pare, che ſarebbe neceſſario d' aggiugnervi un Appendice con titolo di *Paralipomena*, nella quale ſi dichiaraſſero o illuſtraſſero molti paſſi difficili „ di detti atti, ſopra i quali Monſignor *Holſtenio* giudicava

„ ne-

„ neceſſario di fare oſſervationi, come ſe vede nelle ſue
„ charte, dove detti luoghi compariſcono meſſi *a capite*
„ con un lungo ſpatio di carta bianca, il quale pretendeva
„ riempire, ma non l'ha fatto prevenuto dalla morte. Fa-
„ rò tutto quello, che mi comandarà V. E, a piè della qua-
„ le ſpero preſentarmi verſo il principio del Novembre proſ-
„ ſimo, la mia ſanità eſſendo per grazia di Dio in buon ſta-
„ to; di che ho ſingolare obligo a V. E. per havervi coo-
„ perato tanto benignamente con la ſua liberalità, la qua-
„ le prego Dio ogni giorno nel Santo Altare, che ſi degni
„ ricompenſare in mia vece. Bacio humilmente le veſti a V.E.
Da *San Soſio* vicino a *Napoli* 11. Ottobre 1662.
Di V. E.

Humiliſſ. & Divotiſſ. Servo
Pietro Poſſino

Jam vero ut ad illud redeam, cujus cauſſa haſce Cl. *Poſſini* litteras ex autographis *Barberinianae* Bibliothecae recitavi, in ea, qua Eminentiſſ. *Barberinius* MS. *Gallicum* Codicem conferri juſſit, ſollicitudine videre mihi videor ferventem apud *Romanos* ipſo illo anno MDCLXII. de *Holſteniano* Diurno controverſiam, ac fortaſſe ob recens de eo latum a *Bona* ſuffragium, cui dubitari nequit, quin *Combefiſiana* lectio ſaltem ſpecietenus pondus adderet, licet quod ad ipſam rem adtinet, cum *Combefiſiani*, tum *Holſteniani* Codicis lectio, uti *Labbeus* monebat, eodem ſpectaret. Certe (quod ſupra animadvertebam) ab anno MDCXLVIII. quo prodiit, ad annum MDCLXII., quatuordecim ſcilicet annorum ſpatio, inſigne *Combefiſii* opus, in quo tot veterum Patrum monumenta exſtabant, *Roma* ignorare non potuit. Quei ergo factum, ut anno ſolum MDCLXII. tanta de ea lectione cura *Romanorum* animos repente invaſerit? Non aliam profecto veroſimiliorem cauſſam fingere poſſumus, quam ſerio tunc ſuſceptum Diurni examen, judiciumque de eo a *Bona* redditum. Eo igitur anno liber ille in *Vaticanum* carcerem primo contruſus eſt, nec de eo quidquam amplius ante annum hujus ſaeculi XXV., ut mox videbimus, inauditum fuit.

Digitized by Google

P A R S III.

Quidnam poſt Garnerium *a viris doctis ſuper Libro Diurno cogitatum, actumque fuerit.*

I. AD *Garnerium* redeamus. Ut exiit ejus Liber Diurnus (exiit autem, ut diximus, A. MDCLXXX, licet proximo ſuperiore anno abſoluta eſſet editio XXVIII. Novembris), *Romanis* profecto placere non potuit, qui librum tanta a ſe diligentia paucis abhinc annis ſuppreſſum in lucem repente prodiiiſe, nec ſine magno eruditiſſimarum adnotationum ornatu videbant. Ad majorem vero cum operi, tum Editori conflandam invidiam adcedebant paucae aliquot ex his ipſis adnotationibus; quae Majoribus noſtris probari certe non poterant, ut tres illae ad capitis II. Titulum II. III. & IV., in quibus *Garnerius* Romanorum Pontificum per vetera illa tempora electoribus Laicos quoque adcenſet. Mirum igitur non eſt fuiſſe *Romae* aliquos, qui de opere in vetitorum Librorum indicem referendo cogitarent. Quin etiam falſis rumoribus etiam extra *Italiam* tunc divulgatum video, *Garnerii* diurnum fuiſſe *Romae* confixum. Certe vel ipſe *Κριτικοτάτος Daniel Papebrochius* fama id nunciante deceptus fuit. Quamobrem in Reſponſione *ad exhibitionem errorum*, quam A. MDCXCVI. edidit, *artic. XIV.* §. 3., quum de Diurno mentionem feciſſet, ait num. 59. *Ipſum ex tranſumpto* Gallicano *in lucem productum A. MDCLXXX, maximo quidem eruditorum plauſu exceptum fuit; ſed propter adnotationes quaſdam* Romae *diſplicuit, ac probiberi meruit. Hoc tamen non obſtante, & ſepoſitis notis pergunt eruditi in* Gallia *uti theſauro tamdiu deſiderato ... Ego* (pergit *Papebrochius*), *ut id ſecure facerem .. conſului* Schelestratium, *ecquid liceret interrogavi, & ab eo juſſus abſtinere ingratis* Romae *nominibus libri, atque Commentatoris, coepi eodem uti ſub titulo Formularii*. Equidem adhibendam tunc fuiſſe, praeſertim *Romae*, aliquam in laudando eo libro cautionem non negaverim; liber tamen numquam proſcriptus fuit. Conſului librorum *Romae* prohibitorum Indices omnes ab *Innocentii* XI. Pontificatu ad noſtra tempo-

ra

ra evulgatos, ſed neque *Garnerii* noſtri, neque *Diurni* nomen ulli inſcriptum offendere mihi licuit. Nullus ergo dubito, quin quod fortaſſe libro imminuit, proſcriptionis periculum hiſce rumoribus hac illac ſparſis, uti ſaepe fit, ſed falſis anſam dederit.

II. Quinque poſt annis, nempe A. MDCLXXXV. (ut cetera, quae ad *Diurnum* ſpectant, narrare pergam) *Romae* quum eſſet celeberrimus *Mabillonius*, Auguſto menſe, (quod ipſemet in *Muſeo Italico* refert *T. I. p. 75.*) poſt multam inquiſitionem Codicem, quem *Holſtenius* deſcripſerat, apud *Ciſtercienſius S. Crucis* in *Hieruſalem* reperit, ex eoque novas aliquot formulas, quibus *Garneriana* editio augeri poterat, excerpſit, illaſque deinde in eodem primo *Muſei Italici* tomo [P. II. *pag.* 32 37.] cum litterario orbe communicavit, addito variarum ejuſdem Codicis a *Garneriano* libro lectionum ſpicilegio. *Mabillonianum* hocce ſupplementum tanti a viris eruditis habitum eſt, ut duo de nova *Garneriani* Diurni editione cogitaverint. Primus *Stephanus Baluzius* fuit, qui in quarta librorum *Petri de Marca de Concordia* editione ad *lib.* 1. *cap.* 9 poſt ea, quae ſupra recitavimus, *nos vero*, inquit, *ſi Deus nobis vitam, otiumque conceſſerit, novam illius editionem daturi ſumus & integriorem, & meliorem, emendatam videlicet ſecundum ſidem vetuſtiſſimorum exemplarium.* Alter fuit *Jeſuita Daville*. Ut ea, quam meditabatur, editio quam emendatiſſima eſſet, atque integra, ad *Dominicum* Abbatem *Paſſionaeum* poſtea S. R. E. Cardinalem, qui in adoleſcentia ſua qualis futurus eſſet, jam tum praemonſtrabat, confugit. Is vero quo ſemper fuit rei litterariae juvandae ſtudio, *Ciſtercienſem* Codicem ſaepe a nobis memoratum a. MDCCVI. cum amiciſſimo Praeſule *Juſto Fontaninio* conſuluit, & cum *Garneriana* editione diligentiſſime comparavit; tum varias lectiones ad *Davillium* miſit: quod a Clariſſ. & Illuſtriſſ. *Cyrenenſi* Epiſcopo *Petro Aloyſio Galletio* docemur in celeberrimi illius Cardinalis Elogio hiſtorico p. 19. Neuter tamen rem perfecit, eorumque ſive promiſſa, ſive cogitata nonniſi augendae *Theodori Janſſon ab Almeloveen Bibliothecae promiſſae, & latenti* inſervient.

III. Anno porro MDCCXXIV. *Benedictus* XIII. maximo Eccleſiae bono ſummus Pontifex renunciatus eſt. Tunc enim vero factum, ut in angulo *Vaticanae* Bibliothecae *Sanctoriani* Ritualis, atque *Holſteniani* diurni exempla invenirentur. De *San-*

Mald. m m *ctorii*

ſtorii Rituali dictum Tomo I. a nobis eſt verbis BENEDICTI XIV. Ad Diurnum quod adtinet, quum inventa ejus exempla cum titulo, tum extremo octernione carerent, viſum eſt, utrumque typis annum MDCLVIII., & VANNACIVM typographum ementientibus edere, ut praeclarum opus, abſolutum, quoad fieri poſſet, perfectumque prodiret. Certe praeterquam quod ſive chartam, ſive characteres aliquanto diligentius inſpexeris, neſcio quid novitatis in oculos ſtatim incurrit, quae diſcrimina inter vulgatiora haec exempla, & *Vaticanum* a. 1650. notatum (quod ſupra animadvertimus) ea ejuſmodi ſunt, ut utramque poſtremi illius octernionis editionem ab uno eodemque *Holſtenio* proficiſci non potuiſſe palam faciant. Sed & alia eſt inter utramque editionem differentia, quae rem plane conficit. Octernio, qui in exemplis annum 1658. praeſeferentibus occurrit, ad *Garnerianam* editionem excuſus eſt. Nam quum is in *Vaticano* a. 1650. impreſſo Codice plurimis lectionum varietatibus a *Garneriano* diurno de more diſtinguatur, in ceteris illis exemplis ab hoc ne verbo quidem diſcrepat, ſi numeros, mendumque typographicum excipias p. 230., ubi *oblata* pro *ablata* editum fuit. Tanta porro cum *Garneriano* libro convenientia aliam habere cauſſam non potuit, quam recentem ejus octernionis editionem ad *Garnerianum* codicem expreſſam. Nempe quum de inventorum exemplorum perfectione cogitaretur, neque eis, quibus id curae delatum fuerat, fortaſſe aut de *Vaticano* HOLSTENII Codice quidquam innotuiſſet, aut Ms. *Ciſtercienſis* Codicis facilis copia foret, quae deerant, ex GARNERIO (quod unum ſupererat) ſuppleta ab illis fuerunt. Porro quae de hoc octernione dicta ſunt, titulum quoque, ſequenſque monitum tunc primo additum probant; tanta eſt typorum, & chartae utrobique ſimilitudo.

IV. *Holſtenianum* ergo diurnum ſexaginta fere poſt annos, ex quo in eo conclavi repoſitum *fuerat*, abſolutum, perfectumque in publicam lucem ſenſim eo tempore emerſit, atque in privatas quoque Bibliothecas tranſiit. *Schoepflinius*, de quo paullo poſt, unum alterumve hujus operis exemplum ſe vidiſſe *Romae* apud Illuſtriſſimos *Fontaninium*, atque *Vignolium* teſtatur, utique ex illis, quae in publicam lucem tunc emiſſa, atque ab oblivione vindicata

cata fuiſſe diximus. Interea *Vignolius* hoc nactus exemplum quidquid Variarum Lectionum, aut rerum omiſſarum in eo deprehendit cum *Garneriana* ditione comparato ſumma diligentia *Garneriani* libri oris adſcripſit XIX., & XX. Aprilis a. MDCCXXV. Mihi autem illo uti licuit ſingulari humanitate Eminentiſſimi S. R. E. Principis *Leonardi Antonellii*, in cujus inſtructiſſima, atque elegantiſſima Bibliotheca *Vignolianus* ille *Garnerii* liber adſervatur.

V. Ceterum in dies *Garnerii* editio admodum rara evadebat. Itaque *Garnerianum* diurnum *Chriſt. Godofredus Hoffmannus* a. MDCCXXXIII. in *Novam ſcriptorum, ac monumentorum rariſſimorum collectionem* a ſe *Lipsiae* vulgatam intulit *T. II. p.* 1.-268. Mabilloniano auctum ſupplemento. Verum *Joh. Daniel Schoepflinius* quum A. MDCCXLI. *Basileae* ſuas ederet *commentationes hiſtoricas, & criticas*, de Diurno multo melius meritus eſt. *Romae*, ut vidimus, *Holſteniani* Libri exemplum apud *Vignolium*, & *Fontaninium* nactus *Garnerianum* cum *Holſteniano* diurno contendit, niſi quis fortaſſe non temere velit, eum ex *Vignolii* laboribus profeciſſe, & quas hunc *Garneriano* libro adſcripſiſſe diximus varias lectiones, eas ſibi comparaſſe. Igitur p. 502-524. loca fere omnia, in quibus *Garnerii* liber ab *Holſteniano* diſcrepat, paginarum illius ordine ſervato, adnotavit: tum quae editioni *Holſtenianae* adjecta ſunt, *p.* 525-530 addidit; ſed mirum eſt, quatuor ab eo omiſſas formulas, quas ex *Ciſterciensi* Codice *Mabillonius* exſcripſerat, atque in *Holſteniana* editione legimus Num. XXXVI. XXXVII. XLVIII. & XCIII. Poſt haec *Paullus Joſephus* a *Riegger* novam *Garneriani* Diurni editionem A. MDCCLXII. *Vindobonae* curavit in 8. quin veteri *Pariſienſi* quidquam adderet.

VI. Decennio poſt qui coeptam ab Eminentiſſimo *Urſio* Eccleſiaſticam hiſtoriam perſequitur, e *Dominicana* Familia Vir eruditus novam de Libri Diurni aetate ſententiam protulit *T. III. Lib. LII. n.* 82. Eam heic proponere, atque expendere par eſt. *Hanno preteſo*, inquit, *il* Garnerio, *e il* Papebrochio, *che la formula delle lettere ſcritte dal Clero, e dal Popolo di* Roma *all' Eſarca, a i Giudici, all' Arciveſcovo, e all' Apocriſario di* Ravenna, *per ottenere il conſenſo nella elezione del Pontefice, ſecondo che ci viene rappreſentata nel ſecondo capo del Libro Diurno de' Romani Pontefici, ſia ſtata diſteſa nella* *Novum nuperi hiſtorici de hujus libri aetate ſyſtema.*

mm 2 *pro-*

promozione di Gregorio III. *e che perciò il mentovato Diurno sia ſtato dal ſuo autore compoſto in queſto medeſimo tempo*. Siſtamus heic aliquantiſper. Id quidem *Papebrochius* ſenſit, qui tamen *Relationem ad Principem in Leonis* II. multo vetuſtioris electione miſſam fuiſſe conjecit. Verum *Garnerius*, ut in ejus praefatione vidimus (quod & in notis iterat) de *Gregorio* II. non III. loquutus eſt; immo non omnes, quae ſecundo *Libri Diurni* capite continentur, formulas ad unum eumdemque Pontificem ſpectaſſe docuit; ſed decretum *de electione* latum in *Bonifacii* V. electione fuiſſe opinatus eſt, immo & ad *Leonem* II. tertiam ex iis, quae *Titulo* X. exſtant, Fidei profeſſionem pertinuiſſe cenſuit. Neque id vitio vertendum *Garnerio*, quaſi ſecum ipſo imprudenter confligeret; ſed laudi. Nam licet decretum illud *de electione*, uti in ejus Codice exſtabat, maluerim ego ad *Gregorium* IV. referre, vidit tamen vir magno ingenio, ſummaque eruditione praeditus, capitis illius formulas, ſi quo primum tempore uſurpari coeperant (non quo in librum *Diurnum* illatae fuerunt; haec enim diverſa plane ſunt, ut alibi quoque monui) unius Pontificis electioni, atque ordinationi tribuerentur, non ſatis ſibi conſtituras fuiſſe: quis enim ex. gr. ſecundam, tertiamque fidei Profeſſionem ab eodem Pontifice primum editam dixerit, quum *Conſtantinus Pogonatus* in hac etiamtum vivus, in altera jam defunctus perſpicue indicetur? Sed labentem ipſo diſputationis ſuae initio hiſtoricum in re non ſummi momenti nimis multis perſequuti videri poſſumus. Id ergo dimittamus, & ad novum ejus de primo libri Diurni auctore, ac tempore ſyſtema animum adjiciamus.

proponitur, ac refellitur,

VII. Eò illud demum redit, ad *Paſchalis* Pſeudopapae, qui *Conone* mortuo a. 687. aut ſequente Apoſtolicum Thronum factionis ſuae vi adverſus *Sergium* invaſerat, electionem litteras illas ad Exarchum, caeteroſque Ravennates pertinere, hincque Librum Diurnum iis circiter temporibus prodiiſſe. Verum

cum ex ipſis libri Diurni formulis,

ſiquid video (pace viri docti, quem plurimi facio, dictum eſto) nihil excogitari potuit cum ab illorum temporum hiſtoria, tum ab ipſis Libri Diurni formulis alienius. *La mentovata formola* (Decretum de electione) *ci dà ancora alcuni lumi più chiari per venire in cognizione del tempo preciſo, in cui fu dall' autore dato alla luce il ſuddetto libro. Imperocchè ella ci addita, che la perſona eletta al Pontificato ricopriva la*

cari-

carica di arcidiacono, e correva il meſe di Novembre della quinta Indizione. Fallitur enimvero dupliciter Hiſtoricus noſter. Nam quum duo exſtent Libri Diurni exempla, *Garnerianum* alterum, in quo adſcribitur Decreto November, & quinta Indictio, alterum *Holſtenianum*, in quo uti aliae formulae, ita & hocce Decretum nullo certo menſe, nulla definita Indictione notatur; in hoc quidem Archidiaconi electi mentio fit, ſed in illo electus *hujus ſanctae Apoſtolicae Sedis Romanae Eccleſiae Presbyter* dicitur. Errat igitur primo hiſtoricus Archidiaconi munus Pontifici, qui menſe Novembri Indictione quinta electus fuerit, tribuens contra *Garneriani* Codicis fidem. Errat deinde *Paſchalem* Pſeudo-Papam in hoc Pontifice agnoſcens vel hoc nomine, quod *Paſchalis* Archidiaconi dignitate fungeretur; at Pontifex ex *Garneriano* decreto electus menſe Novembri Indictione quinta Presbyter fuerit. Quamquam & illae Novembris, quintaeque Indictionis chronicae notae ſufficere nobis debent, ne de *Paſchali* cogitemus, quum hic Septembri menſe Indictione XV; aut etiam prima (ſi *Cononis* obitum cum nonnullis in annum conjicimus 688.) in Sedem Romanam intruſus fuerit. Nec tamen deſpondet animo Hiſtoricus, ac ſatis lepidum (utinam tutum quoque!) ſibi effugium parat. *Egli è vero*, inquit, *che* Paſquale *non fu eletto nell' Indizione quinta, e nel meſe di Novembre; ma... ſono queſti due errori facilliſſimi ad incorrersi dall' incuria de' Copiſti*. Praeclare equidem; verum ſi ad Librarii errata utraque pertinet temporis inſcriptio (nec dubitaverim, quin *Presbyteri* quoque nomen pro *Archidiaconi* vocabulo heic uſurpatum Librarii incuriae Hiſtoricus pro ſua facilitate tandem tributurus ſit); qua veritate quae de hujus formulae praeſtantia ad auctoris, librique dignoſcendam aetatem tradita ab eo paullo ſupra recitavimus, perſcribi potuerint, ecquis intelligat? Tria erant in illa formula, unde maximam nobis Hiſtoricus in re ſatis obſcura lucem pollicebatur, nempe *che la perſona eletta al Pontificato ricopriva la carica di Arcidiacono* (en primum), *e correva il meſe di Novembre* (en alterum) *della quinta Indizione* (en tertium); nunc diſcimus, nihil horum veritati conſentaneum eſſe, ſed errata eſſe *facilliſſimi ad incorrersi dall' incuria de' Copiſti*. Haeccine ſunt, quae promittebantur, *alcuni lumi più chiari per venire in cognizione del tempo preciſo*? Atqui & illud meminiſſe debuerat Hiſtoricus, haec

ad

ad *Papebrochii* confutandas conjectationes a ſe fuiſſe ſcripta: *Egli è vero, che il* Papebrochio *per poter meglio applicarla* (de eadem Decreti formula ſermo eſt) *alla elezione di* Gregorio III. *ha creduto di non dover fare alcun caſo di queſte note caratteriſtiche, poſte ſecondo lui arbitrariamente dall' Autore; ma non eſſendo troppo convincenti le ſue ragioni, non ci crediamo in neceſſità di ſeguitarlo*. Recte quidem; ſed ſi hae notae vitio Amanuenſium tribuendae ſunt, an non jure *Papebrochius* illas ſibi negligendas duxit? Erravit vir ſummus, dum arbitrarias eas habuit notas, quae conſultiſſime a Libri Auctore inſcriptae ſunt; pejor tamen hiſtorici noſtri cauſſa eſt, qui arbitrarias non eſſe illas contendit, ſed amanuenſis errata, quae demum ipſe ex arbitrio confingit, refingitque, ut *Paſchalem* ſuum deſignent.

tum ex rerum tunc geſtarum hiſtoria.

VIII. Sed pergamus, graviora alia in medium prolaturi, quae Libri noſtri vindicent auctoritatem. Sumit Hiſtoricus, formulas illas epiſtolarum ad Exarchum, ad Judices &c. quibus ab Exarcho, ut novi Pontificis electionem probaret, Romanus Clerus petebat, etiam tum obtinuiſſe, quum *Conone* defuncto *Paſchalis* Sedi Apoſtolicae inhiavit. Id quidem *Garnerio*, aliiſque placuit. Nam etſi a *Conſtantino Pogonato* Sedem Romanam ab eo *Graecae* ſervitutis jugo, quo Praeſulum ſuorum electiones pridem tenebantur, vindicatam fuiſſe non negant, ut, *qui electus fuiſſet ad Sedem Apoſtolicam, e veſtigio abſque tarditate ordinaretur*, quod ait *Anaſtaſius* in *Benedicti* II. vita; a *Juſtiniano* tamen II. reditum ad antiquos mores fuiſſe ajunt, idque *Cononis* ipſius exemplo confirmant, quo electo *Romani miſſos pariter cum Clericis, & ex populo ad excellentiſſimum* Theodorum *Exarchum, ut mos eſt, direxerunt*. Verum, ut P. I. in notis ad *Garnerii* Praefationem dixi, prudentis cujuſdam *οἰκονομίας*, non neceſſitatis cauſſa id factum, quaſi *Juſtinianus* Divalem patris juſſionem abrogaſſet. Vide ibi dicta. Fac tamen latam ab hoc Imperatore legem fuiſſe, qua Pontificiarum electionum libertas iterum adimeretur. Quid ſi *Juſtinianus* a ſe, non ab Exarchis eas confirmandas eſſe juſſiſſet, quod a Patre *Pogonato S. Agatho* a. 682. obtinuerat? Id ſane multo veroſimilius eſt, quam quod alii ſentiunt, rurſus Exarchis earum electionum cognitionem fuiſſe permiſſam. At ſi id ſtatuimus, de iis eſt quæ de epiſtolis ad Exarchum, ad Judices, ad Archiepiſcopum, ad Apocriſiarium *Raven-*

ven-

Digitized by Google

vennam a *Paſchali* miſſis hiſtoricus conjicit. Ubi enim *Orientis* Imperatores ſibi hujuſmodi electionum confirmationem ſervarant, ad eos tantum *Relatio* mittebatur. Epiſtolarum ad Exarchum, ceteroſque, quos nominavi, uſus tunc coepit, quum iidem Imperatores, ne diutius quam par erat, *Romana* Sedes vacaret, totum harumcce electionum negocium ad Exarchos detulere; quod a. 640. primo factum alibi diximus. Scio, hiſtoricum noſtrum his repugnare; cenſet enim Epiſtolas ad Judices, ad Archiepiſcopum, & ad *Ravennatem* Apocriſiarium ſemel tantum, atque in ſeditioſa *Paſchalis* electione fuiſſe ſcriptas. Quid enim Judicum, Archiepiſcopi, & Apocriſiarii illius electio Romani Pontificis intereſſe poterat, ut de ea *Romanus* Clerus ad illos litteras daret? Neque vero illorum operam in ejuſmodi electionibus alias fuiſſe a *Romanis* exquiſitam novimus. Quamobrem harum omnium litterarum exempla ad unam *Paſchalis* ambitionem, ſuorumque participum conſilia, & artes referenda ſunt, ſi *Dominicanum* hiſtoricum audimus. Sed ut alia deeſſent, numquam adducar, ut credam, in Librum, quem uſui certe fuiſſe Romanae Eccleſiae, vel ex *Hadriano* I. conſtat, illatas veluti ordinarias quaſdam formulas fuiſſe Epiſtolas nonniſi ab una Pſeudopapae factione ſemel, atque incaſſum perſcriptas. Quod ſi ad Judices, Archiepiſcopos, atque Apocriſiarios *Ravennates* *Romani* Pontificis electio non magnopere ſpectabat, ut de illa ſollicitiores caeteris Chriſtifidelibus eſſe debuerint, Cleri tamen *Romani* intererat, eorum ſtudia apud Exarchum interponere, ut electio ab illo quantocyus probaretur.

IX. Haec tamen omnia, ſi placet, omittamus. Haſce, quibus Hiſtoricus tantopere fidit, epiſtolas ejuſmodi eſſe contendo, ut nonniſi per ſummam injuriam *Paſchali*, ejuſque adſeclis tribui poſſint. Etenim in illis ſplendidiſſimae cujuſdam ad Exarchum Legationis mentionem fieri video. Quei ergo credam, illas a *Paſchali* aliiſve, qui ejus rationibus adjunxerant ſe ſe, fuiſſe exaratas? quum *Anaſtaſius* doceat, CLANCVLO *non ceſſaſſe* Paſchalem *Ravennam ſuos mittere miſſos*. Quid vero de mirabili illa in eligendo Pontifice ſuffragiorum conſenſione dicam, quam formulae praedicant? *ut nullus in ejus electione diſſideret, ac nullus abeſſet, nulluſve ſe ipſum ſubtraheret:* Epiſt. ad Exarch. Tit. IV. *In cujus Deo deditae electionis nullus, gratia Sancti Spiritus illuſtrante, defuit, ſed omnium*

vota

Digitized by Google

vota concorditer convenerunt: Epiſt. ad Arch. Tit. V. Fierine potuiſſet, ut haec de *Paſchalis* electione ſcriberentur? in qua ita diffidentes fuere *Romanorum* animi, ut alii *Paſchalem* quidem eligerent, ſed alii *Theodorum*: *cumque unus alii locum non cederet*, ut *Anaſtaſius* narrat, *ſed utrique immaniter perdurarent, ut unus alium ſuperaret, inito conſilio primates Judicum, & exercitus Romanae militiae, vel Cleri ſeditioſi pars plurima... ad Sacrum palatium perrexerunt, & diu pertractantes, quid fieri deberet... Deo adnuente in perſonam..* Sergii, *venerabilis tunc Presbyteri, concordantes ſe contulerunt*, adquieſcente electioni *Theodoro*, uno reluctante *Paſchali*. Ait quidem ingenioſus Hiſtoricus, ſummam illam omnium in electione conſenſionem a factione, quae Antipapae partibus favebat, atque altera firmior erat, ac potentior, jactari potuiſſe. Fruſtra tamen factionis illius potentia exaggeratur. Nam, ut in *Sergio* idem *Anaſtasius* refert, *quamvis fores Patriarchii intrinſecus eſſent munitae, & clauſae, tamen pars, quae praedictum venerabilem virum presbyterum* (Sergium) *elegerat, quia &* VALIDIOR *erat*, PRAEVALUIT, *& ingreſſa eſt*. Immo *Paſchalis* ipſe tandem *coactus, & confuſus volens nolens ſuum dominum, & electum ingreſſus ſalutavit*. Praeterea quum *Paſchalis* Exarchum per clandeſtinos, quos ad eum miſerat, ſuarum partium ſectatores *Romam* adcerſeret, cauſſam utique aperire debuit, neque aliam niſi ſtultiſſime adtuliſſet, quam *Romanorum* diſſidium. Ubi ergo locus oſtentandi tanti ſuffragiorum conſenſus? Equidem ſi Exarchus abſens ſua *Paſchalem* juvare debuiſſet auctoritate, fortaſſis impudentiſſimo conſenſionis hujus mendacio falli potuiſſet. Verum quum *Romam* illum *Paſchalis* evocaret, nonne amens omnino fuiſſet, qui unanimem in ſui electione conſpirationem ſcripto praedicaſſet, ab Exarcho, ut in Urbem adveniſſet, ſtatim falſitatis convincendam? Ac revera *dum veniſſet*, inquit *Anaſtasius*, *& omnes in perſonam* Sergii *Sanctiſſimi inveniſſet conſenſiſſe* (non ergo id antea noverat; quod argumento etiam eſt, a *Sergii* electoribus conſuetam olim ad Exarchum legationem non fuiſſe decretam; decerni autem certe debuerat, niſi ſoluta ex *Pogonati* lege *Romanis* fuiſſet, ut diximus, eligendi Pontificis optio, neque amplius aut Principis, aut Exarchorum arbitrio obnoxia) *illi quidem refragari non valuit*.

X. Quae

Quaenam adverbii nuper vis ſit in tertia Fidei profeſſione, quam Liber Diurnus exhibet.

X. Quae quum ita ſint, mirum ſane erit, hiſtoricum noſtrum & ingenio, & eruditione praeſtantem ad tam abſurdum, atque undique ruinoſum ſyſtema deflectere potuiſſe. Sed nimirum egregio viro fucum fecit, quod in tertia fidei profeſſione ſexta Synodus ***nuper Conſtantinopoli*** celebrata dicitur. Idipſum ſuperiore ſaeculo *Marcheſium* in errorem abduxit. Quamobrem in ſuis *Vindiciis Honorii* p. 283. ad *Johannis* (V.), *Cononis*, aut *Sergii* tempora referri hanc profeſſionem non poſſe ait, quia *male*, inquit, *apponerentur verba illa* nuper, *quae paucos menſes, ſeu annos indicant*. Ubi vides, eam fuiſſe *Marcheſio* hujus adverbii vim, ut ne *Paſchalis* quidem temporibus (ſunt enim eadem, quae *Sergii*) convenire poſſint. Nuperus hiſtoricus cum *Marcheſio* diſceptet. Ego utrique *Ciceronis* locum objiciam *de Nat. Deor. Lib.* II.: *quid ad ea, quae* NUPER, *ideſt* PAUCIS ANTE SAECULIS, *Medicorum ingeniis reperta ſunt*? Quo ex loco ſatis conſtat, adverbium *nuper* de ſaeculis quoque ſumi, dummodo pauca ſint. Hinc *Nonantulanus* Monachus a *Mabillonio* editus (quod quum nondum liber prodiiſſet, habet, qui ignoravit, *Marcheſius* excuſationem; neglexiſſe autem Hiſtoricum noſtrum fere mirum videri poſſet) *Nonantulanus*, inquam, Monachus narrat, *Hadrianum* I. eaſdem Fidei profeſſiones, quas Liber Diurnus exhibet, a. 772. emiſiſſe, adverbio *nuper* minime dempto. Et mirabimur, etiam an. 827. & ſequentibus, quibus *Gregorii* IV. Pontificatus continetur, & *Garnerianum* Libri Diurni Codicem exiiſſe ſtatuimus, ſextam Synodum *nuper* celebratam dici vere potuiſſe, quum vix ſeſquiſaeculum ab ejus conventu ad *Gregorii* IV. tempora effluxerit?

Cur in ejuſmodi formulis nono ſaeculo VII. Synodus omiſſa?

XI. Potiori illud jure ex me quaeret Hiſtoricus, quei factum ſit, ut ineunte ſaeculo IX, multoque magis eo adulto in formulis, quae aut tunc primum in Codicem relatae ſint, aut ad communes uſus iterum exaratae, nulla ſeptimae Synodi mentio injecta fuerit. Dicam equidem, id factum prudenti quadam οικονομια, ne Galliarum Epiſcopis, qui *Carolo* M. & *Ludovico Pio* imperantibus etſi dogmati de Sacrarum Imaginum cultu adſentiebantur, *Nicaenae* tamen II. Synodo nondum ſolemni judicio a Romana ſede confirmatae errore facti repugnabant, Romani Pontifices offenſioni eſſent. Sane diu etiam poſt *Gregorium* IV. ut a Cl. *Trombellio de cultu Sanctorum Diſſ. X. cap.* 25. animadverſum video, *Nicolaus* I non modo ſex tan-

tum Generales Synodos enumeravit *ep. VII.*, ſed etiam ut ſex tantum fateretur, ab *Adone Viennenſi* petiit, quum pallium ei mitteret. *Hadrianus* quoque II. ep. 34. ad *Carolum Calvum* nonniſi *Nicaenum* Concilium, *& quinque ceterorum Conciliorum regulas* memorat. Itaque licet *Romana* Eccleſia *Nicaenam* illam ſecundam Synodum ab *Hadriano* I. probatam fuiſſe, immo & pro ipſa adverſus *Carolinos* Libros pugnatum ab eo ſciret, noluit, integro ſtante dogmate, nimis ejus Concilii urgere auctoritatem, ne quod timeri poterat, ſchiſmati praeberetur occaſio. Atque hinc in profeſſionibus fidei, quas electi Romanae Sedis Praeſules edebant, diſſimulata diu fuit ſeptima Synodus. Atque haec aliquanto fuſius diſputavimus, ne nuperi hiſtorici nomen, praeſtanſque eruditio apud minus peritos inſigni huic Eccleſiaſticae antiquitatis monumento demeret auctoritatem.

PARS

Digitized by Google

PARS IV.

Quantum ex Libro Diurno utilitatis ad Fidei confirmanda Decreta, & Eccleſiaſticam diſciplinam illuſtrandam percipi poſſit.

Quaeri heic poſſe video, quae cauſſa ſit, cur tot docti viri de edendo Libro Diurno cogitarint. Paucis illam Garnerius ſuae Praefationis *num. VIII.* adtigit; *quod neque levi neque temeraria opinione creditum eſt, ex monumento tanti momenti, tamque celebrato, & antiquo, erui poſſe plura, quae Eccleſiaſticam hiſtoriam illuſtrent, remque fidei juvare poſſint*. Haec a nobis copioſius explicatum iri ad eum locum recepimus. Liberabo igitur heic fidem. De Eccleſiaſtica tamen hiſtoria nihil dicam; ſed prius de Orthodoxis dogmatibus, deinde (quod miror a Garnerio praetermiſſum) de Eccleſiaſticae diſciplinae capitibus, quae ex noſtro hoc libro lucem adcipiunt, non longa diſſertatione agam, ſub unum veluti conſpectum ea ponens, quae ad utrumque fidei, & diſciplinae caput pertinentia diurnus Liber nos docet.

§. I.

Res fidei ex Libro diurno maxime juvari oſtenditur.

I. FOntes, ex quibus Catholica haurienda doctrina eſt, hi in prima Rom. Pont. Profeſſione fidei, ſeu Indiculo (Cap. II. Tit. 10.) declarantur; *Univerſalia Concilia, Conſtituta Apoſtolicorum Pontificum, atque Doctorum Eccleſiae ſcripta*. Quod ad horum locorum Theologicorum ordinem ſpectat, aliqua adverſus Garnerium neſcio quid Romanis auribus minime placiturum obmurmurantem ad eum locum quum a nobis recudetur adnotabimus. *Fontes, ex quibus dogmatum haurienda doctrina.*

II. Huc pertinent aliquot hujus, & ſequentium duarum Profeſſionum inſignia de Traditionibus loca. In prima ſcilicet Profeſſione Pontifex juratus promittebat, ſe eam *verae fidei recti-* *praeſertim Traditiones,*

Digitized by Google

tudinem, *quam Chriſto auctore tradente*, *per ſucceſſores* B. Petri, *atque diſcipulos* uſque ad ſe *in ſancta Eccleſia repererat*, *cuſtoditurum*. In altera profitebatur, ſe *praedicare*, *tenere*, *ac defendere*, *praedicaturumque eſſe fidem Chriſti*, *quam Apoſtoli tradiderunt*, *Apoſtolorum diſcipuli docuerunt*, *eorumque ſucceſſores Apoſtolici ſui*, *ac probatiſſimi praedeceſſores immutabiliter ſervaverunt*, *ac defenderunt*. In tertia demum Pontifex ſe *paternae traditionis*, *per Dei gratiam*, *aemulatorem exiſtere* edicebat. Vide etiam cap. III. Tit. IX. *Promiſſionem fidei Epiſcopi*.

& Symbolum Nic. & CPolit.

III. Praecipua porro fidei noſtrae dogmata in Symbolo Nicaeno, & CPolitano contineri notum eſt. Illuſtre autem pro Nicaeno Symbolo teſtimonium edebat Epiſcopus in nuper indicata *promiſſione fidei* promittens, ſe *illam fidem tenere*, *praedicare*, *atque defendere*, *quam ab Apoſtolis traditam*, *& quam per ſucceſſores eorum cuſtoditam veneranda Nicaena Synodus*... *Sancto Spiritu ſibi revelante*, *ſuſcipiens redegit in ſymbolum*. Horum ſimilia legas in ſecunda Rom. Pont. profeſſione fidei, ubi & de CPolitano ſecundo Concilio additur, illud, *quod Symbolo* (Nicaeno) *deeſſe putabatur* (de Spiritus Sancti divinitate) *expoſuiſſe*, *gratia* ejuſdem *Spiritus ſancti inluſtrante*.

Praecipua porro dogmata, quae Liber Diurnus adſeruit, ſunt 1. Trinitatis Myſterium.

IV. Ad ſingularia vero fidei capita in utroque ſymbolo propoſita quod adtinet, nihil ad explicandum, confirmandumque Sanctiſſimae Trinitatis myſterium luculentius adferri poſſit, quam quod de eo Romani Pontifices in ſecunda, tertiaque fidei profeſſione exponere conſueverant. Satis ſit heic, quae in ſecunda leguntur, recitare. *Per haec duo Sacra Concilia* (Nicaenum, & CPolitanum) *ſanctam & inſeparabilem Trinitatem*, *unum Deum*, *unamque Trinitatis ſubſtantiam eſſe cognoſcimus*, *Trinitatemque in unitate*, *& unitatem in Trinitate palam praedicare didicimus*, *ut unum Deum*, *propter unitatem eſſentiae fateamur*, *& Trinitatem inſeparabilem*, *propter ſubſtantiarum*, *atque perſonarum differentiam*, *doceamus &c.*

2. Verbi

V. De Verbi aeterni, itemque Spiritus Sancti divinitate ſplendidiſſimum illud eſt, quod in utraque illa Profeſſione exſtat, praeſertim autem in ſecunda, ubi ex Nicaeno I. & CPolitano Conciliis adverſus *Arii*, *Macedonii*, & *Apollinaris* blaſphemias Dei Filius *conſubſtantialis Patri*, & *Deus verus*; Sanctus

3. & Sp. S.

quoque Spiritus *Patri*, & *Filio*, *utpote conſubſtantialis*, *coadoran-*

Digitized by Google

dorandus dicitur. In tertia quoque (quod ſubobſcure in ſecunda indicatum fuerat) idem Spiritus Sanctus *nec genitus*, *nec ingenitus*, *ſed de Patre*, *Filioque procedens* diſerte traditur.

a Patre, & Filio procedentis divinitas.

4. Ejuſdem Verbi Incarnatio.

VI. Ad Verbi divini Incarnationem animum nunc conferamus. Haec de illa praedicat tertia profeſſio Fidei : *Unum igitur ſanctae Trinitatis , hoc eſt , Deum Verbum , qui natus eſt de Patre ante omnia ſaecula, eumdem in ultimis temporibus deſcendiſſe credimus , incarnatum eſſe, & de ſemper Virgine beata Dei genitrice Maria, & inhumanatum ... & unum, eumdemque Dei Filium, eumdemque hominis filium ex duabus, & in duabus naturis, hoc eſt Divina, & humana ... in unam perſonam atque ſubſiſtentiam concurrentibus, & in ſua proprietate, inconfuſis, & immutabiliter eiſdem naturis manentibus, ex quibus ineffabilis adunatio facta eſt, & Deus unitus, mediante rationali anima, carni, quam de Sancta & immaculata Virgine adſumpsit*. Eadem contractius profitebantur Epiſcopi cap. III. Tit. IX.

Neſtorii & Eutychis,

ac Monothelitarum confutatis erroribus.

VII. Vides heic *Neſtorii*, & *Eutychis* deliramenta perſpicue confutata. Ea tamen in ſecunda Rom. Pont. Profeſſione Fidei copioſius ex *Epheſino*, & *Chalcedonenſi* Conciliis refelluntur, ubi etiam multa adverſus *Monothelitarum* haereſim, quam etiam tertia Profeſſio Fidei, itemque Promiſſio Epiſcopi *Cap. III. Tit. IX.* averſatur. Nobis ſufficiat Catholicum dogma paucis exhibere ex eadem ſecunda Profeſſione : Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum *duas naturales habere voluntates*, *duaſque naturales operationes*.

5. MARIAE *Divina Maternitas, ac perpetua Virginitas.*

VIII. In iiſdem, quae ex tertia profeſſione fidei reddidimus, verbis perpetua, & inviolata Deiparae Virginitas, ejuſque divina Maternitas ſatis aperte innuitur, quemadmodum & in Promiſſione Epiſcopi. Sed nefas ſit hanc in rem ea praeterire, quae in eadem tertia Profeſſione continenter ſubjiciuntur : *Quare vere ac proprie* θεοτόκον, id *eſt Dei Genitricem Sanctam* SEMPERQVE VIRGINEM *praedicamus*.

6. Vitae, mortis &c. Chriſti D. myſteria.

IX. Cetera Chriſti Domini Myſteria eadem tertia fidei Profeſſio diligenter proſequitur. Nos eadem ex Promiſſione Epiſcopi proferemus. *Unum eumdemque Filium Dei, Deum & Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum ... ex utero Virginis Dei Genitricis* MARIAE *natum eumdem Deum verum carne, eumdem paſſum carne, crucifixum, & mortuum carne, reſurrexiſſe*

Digitized by Google

xiſſe eum ſecundum carnem , adſcendiſſe eumdem in eadem in caelos , unde numquam divinitate diſceſſit : & ita in eadem carne venturum judicare vivos & mortuos ; & sic ſemper in eadem carne manſurum .

7. Dogmata varia ab haereticis, qui damnantur, oppugnata;

X. De aliis Fidei noſtrae capitibus quid ſentiendum ſit, ex haereſum, quae illa oppugnarunt, condemnatione diſcimus. Recito in hanc rem, quae tertiae Fidei Profeſſione commendata ſunt. Primo igitur ubi de Quincto Generali Concilio, *in hoc*, inquiebant ſummi Pontifices, *Origenes cum impiis diſcipulis, & ſequacibus, Didymo, & Evagrio, & qui creatorem omnium Deum, & omnem rationalem ejus creaturam gentilibus fabulis proſequuti ſunt, aeternae ſunt condemnationi ſubmiſſi*. Deinde haereticorum, quos ſexta Synodus proſcripſit, recenſioni haec adtexuntur: *Cum ſupra fatis haereticis Sabellium, Paullum Samoſatenum, Marim Perſam, Montanum, Donatum, Eunomium, Novatum, Sabbatium, Acacium, Anthimum, Julianum Halicarnaſſeum, Theodoſium, Gajanum, Priſcillianum, Pelagium, Caeleſtium, & Julianum eorum diſcipulum ... execramur, ac condemnamus.*

ut Divinae Gratiae neceſſitas.

XI. *Pelagii*, diſcipulorumque injecta heic mentio monet, ut aliqua Libri Diurni loca indicemus, in quibus divinae Gratiae neceſſitas praedicatur. In ſecunda Fidei Profeſsione: *pro nobis apud Dei clementiam cum fletibus intercedite, ut impotentiam, quae in nobis eſt, Dei noſtri omnipotentia roboret.* Sub finem tertiae Profeſsionis: *Dei gratia nos corroborante.* In cautione Epiſcopi (*Cap. III. Tit. X.*) : *Deo juvante, a me peragenda confirma*; & circa finem, *ipſo auxiliante, promitto*. In Indiculo Epiſcopi (*Cap. III. Tit. XI.*) *Deo operante perſiſtere*. Cap. IV. Tit. III. *Deo regente cor tuum*.

8. Eccleſia, ejuſque notae.

XII. Quaedam alia Fidei Decreta reſtant, quorum Diurnus explicatius meminit. Ac primum nihil in eo frequentius, quam mentio *unius*, *Sanctae*, *Catholicae*, & *Apoſtolicae* Eccleſiae, notarum ſcilicet, quibus vera Chriſti Eccleſia ab aliis ſectis diſtinguitur. Cap. II. Tit. 2. *qui Sanctam tuam univerſalem Ecclesiam*. Cap. eodem II. Tit. 8. *Ut haec Apoſtolica, immo omnis univerſalis Ecclesia in toto orbe diffuſa*. Cap. eodem Tit. 10. in Indiculo: *Sanctaeque tuae Ecclesiae*, & paullo poſt, *in tua Sancta Ecclesia*. Cap. III. Tit. 9. *Sanctaeque ejus Catholicae Eccleſiae*. Eodem cap. III. tit. 9. *In unitate ejuſdem fidei*, *Deo operan-*

te

Digitized by Google

te perſiſtere, in qua omnis Chriſtianorum ſalus eſſe comprobatur; & nullo modo contra unitatem communis, & univerſalis Eccleſiae ſuadenti cuiquam conſentire.

9. S. Petri Primatus verae juriſdictionis.

XIII. Sequitur Primatus cum S. *Petri*, tum Romani Pontificis. Primatum S. *Petri* ſatis indicant verba illa Indiculi Pontificis Cap. II. Tit. 10. *Beate Petre Apoſtolorum Princeps*, CVI *claves regni coelorum ad ligandum, atque ſolvendum in coelo, & in terra Creator, atque Redemptor omnium Dominus Jeſus Chriſtus tradidit*. Quae in fine ſecundae Fidei Profeſſionis iterantur. Cap. IV. Tit. 3. *Ad oſtendendam unanimitatem, quam cum Beato Petro Apoſtolo univerſum gregem dominicarum ovium, quae ei commiſſae ſunt, habere non dubium eſt.*

10. in Rom. Pontif. derivatus.

XIV. De *Romani* vero Pontificis Primatu perſpicua haec ſunt Cap. II. Tit. II. *Pium nobis contuliſti Paſtorem, qui Sanctam tuam univerſalem Eccleſiam, & cunctas dominicas, ac rationales ſibi commiſſas oves regere, atque gubernare valeat*. Quae ferme repetuntur *Tit.* 8. Hinc eodem cap. II. Tit. 3. electus Pontifex *Eccleſiae gubernator* dicitur. Tit. vero 5. *Quatenus inſit in Apoſtolicae Sedis ſpecula, qui & Chriſti regat Eccleſiam, gregemque rationabilium ſalubriter diſpenſet ovium*. Cap. III. Tit. V. *Paſchalis feſtivitas nos hortatur, ad veſtri Pontificii remedia convolare, in cujus poteſtate omnium Eccleſiarum conſiſtit ornatus*. Tit. 6. *Almitas veſtra ... in qua & Sacerdotii principatus exiſtit*, & Tit. 8. *Ad Pontificii veſtri jura confugimus, de cujus Sede omnis honor proficiſcitur Sacerdotum*. Huc ſpectant honorificentiſsima nomina, quibus Summus Pontifex deſignatur. Nunc enim *Vicarius* dicitur *B. Petri*, ut *cap. II tit.* 4., & *cap III. tit. II.*, nunc *Dominus Sanctus, merito Apoſtolicus*, & *divina benedictione decoratus, Papa Patrum, Summae Sedis Praeſul*, ut *cap. III. Tit. I.*, nunc *Dominus meus Sanctiſſimus, & ter beatiſſimus, Summus Pontifex, ſeu univerſalis Papa*, ut eodem *Cap. III. Tit* 9.

cum jure convocandarum generalium Synodorum, eiſque praeſidendi,

XV. In eamdem rem clariſſima ſunt, quae *Romano* Pontifici jura tribuuntur, ut quod Oecumenica cogat Concilia, illiſque praeſit. Sic *Ephesinum* Concilium *factum* dicitur Cap II. *Tit.* 10. in ſecunda profeſsione fidei, *ex auctoritate tamen Caeleſtini Apoſtolicae Sedis Antiſtitis*. Sic ibidem *Apoſtolicus Papa Leo per Legatos, & Vicarios ſuos* Chalcedonenſi *praefuiſſe* Concilio adfirmatur; quod & infra de S. *Agathone* Sextae Synodi prae-

Digitized by Google

praeſide *per Legatos ſuos*, & *reſponſales* adſeritur. Utrumque iteratur *cap. III. tit. 9.*, ubi etiam *Epheſinae* Synodo *beatae memoriae Papa Coeleſtinus Apoſtolicae Sedis Pontifex*, *& beatus Cyrillus Alexandrinus Epiſcopus* (Caeleſtini ſcilicet nomine, dum novi ejus Legati *Epheſum* adirent) *praeſediſſe* dicuntur.

atque ασφαλειας praerogativa

XVI. Quantum porro illud eſt, quod in prima Fidei profeſsione electus Pontifex promittebat *Cap. II. Tit. 10. Diligentius autem, & vivacius omnia decreta praedeceſſorum Apoſtolicorum noſtrorum Pontificum, quaeque ſynodaliter ſtatuerunt, & probata ſunt, confirmare, & indiminute ſervare, & ſicut ab eis ſtatuta ſunt, in ſui vigoris ſtabilitate cuſtodire; quaeque vel quoſque ſimili auctoritatis ſententia condemnaverunt, ſimili auctoritatis ſententia condemnare!* Horum tamen ſimilia exſtant in ſecunda Fidei profeſsione. Epiſcopi quoque in promiſsione fidei *cap. III. Tit. IX.* poſtquam ſe quoſcumque quinque Oecumenicae Synodi damnaverant, *inſolubili damnatione percellere* profeſsi fuerant, addebant: *nec non & omnes, quos beatae recordationis Romae urbis Pontifices propter diverſos errores, vel haereſes damnaverunt, damnamus.* Videant, quæſo, qui Romanum Pontificem aliquid Eccleſiae univerſae in rebus ad fidem, moreſque pertinentibus aut credendum, aut improbandum proponentes errare poſſe contendunt, videant, inquam, an qui octavo, ſeptimoque ſaeculo haec jurejurando adfirmabant, eos de ſummi Pontificis ασφαλεια dubitaſſe veroſimile ſit. Legant quoque illa, quae in ſecunda Fidei profeſſione habemus: *Cognoſcat itaque veſtra dilectio, & integra nos ſatisfactione praedicare, tenere, ac defendere, praedicaturoſque eſſe confidat fidem Chriſti, quam Apoſtoli tradiderunt, Apoſtolorum diſcipuli docuerunt, eorumque ſucceſſores Apoſtolici noſtri, ac probatiſſimi Praedeceſſores* IMMVTABILITER *ſervaverunt, ac defenderunt*, ne *Honorio* quidem igitur excepto, quem tamen in eadem fidei Profeſsione damnatum veluti *Monothelitic ae* haereſeos fautorem legimus, ut vel hinc (quod *Garnerius* ad ea verba ſcite, vereque adnotavit) nihil illum a Catholicae Fidei dogmatibus aberraſſe conſtet. Sed & illud in eadem profeſsione fidei notandum maxime eſt, tam abeſſe, ut *Chalcedonenſes* Patres de S. *Leonis* celeberrima ad *Flavianum* epiſtola judicarint (quod *Gallicanae declarationis* defenſor, alii-

aliique poſt ipſum tradiderunt), ut potius *Dei gratia referante*, Leonis *Venerabilis tomo* FIRMATI *Patres* Chalcedonenſes *ſententialiter* Eutychen, ejuſque haereſim condemnarint.

XVII. Jamvero Generalium Conciliorum auctoritas quanta apud nos eſſe debeat, facile erit ex iis colligere, quae de ſex Oecumenicis Conciliis ad ea tempora, quibus Liber Diurnus prodiit, celebratis in tribus Rom. Pontif. Profeſsionibus fidei, atque in promiſſione fidei Epiſcopi praedicantur. *xi. Conciliorum General. auctoritas.*

XVIII. Ad alia propero. Mitto cultum Sanctorum, ad quem non pauca ſequente paragrapho indicanda transferri poterunt. Quae de judicio, de vita futura, deque aeternis inferorum cruciatibus credimus, ea ſaepiſſime in noſtro Libro docentur. Ac de judicio quidem illuſtre teſtimonium illud eſt, quod ſupra num. *IX.* de Chriſti myſteriis agentes recitavimus. Adde alia ex Indiculo Pontificis *cap. II. Tit. X. cap. IV. tit. I. & 2.* Inferni autem poenas, uti & coelorum beatitatem, aeternum duraturas invenies *cap. VIII. num 2. 3. 6. 17. 18. 19., & 23.* Nec plura. Quae hactenus adtulimus, quantum Fidei noſtrae dogmatibus ex Libro Diurno adcedere poſſit praeſidii, ſatis declarant. *xx. Judicium, Futurae vitae tum in coelis, tum apud inferos aeternitas.*

§. II.

Quae ad diſciplinam pertinentia Liber Diurnus doceat, breviter percenſentur.

I. De diſciplinae legibus, quae in Libro Diurno continentur, acturi duo primum expendemus, quae ad diſciplinam generatim adtinent, & in Indiculo, ſeu prima Rom. Pont. Profeſſione legimus. Ita ergo ibi: *Diſciplinam, & ritum Eccleſiae, ſicut inveni, & a ſanctis praeceſſoribus meis traditum reperi, inlibatum cuſtodire*: & paullo poſt: *Nihil de Traditione* (laudabiles intellige cum *Garnerio* conſuetudines, & conſtituta), *quod a probatiſſimis praedeceſſoribus meis ſervatum reperi, diminuere, vel mutare, aut aliquam novitatem admittere; ſed ferventer, ut vere eorum diſcipulus, & ſequipeda, totis viribus meis, conatibuſque tradita conſervare ac venerari. Si qua vero emerſerint contra diſciplinam canonicam, emendare; ſacroſque canones, & conſtituta Pontificum noſtrorum, ut divina, & caeleſtia mandata cuſtodire, ut pote tibi redditurum* *Quaedam de diſciplina generalia.*

me ſciens de omnibus, quae profiteor, diſtrictam in divino judicio rationem. Quae quidem quum *Ivonis* quoque aetate in Indiculo exſtarent, licet alia pro temporum conditione mutata jam eſſent, facile intelliges, illa non eo ſpectare, ut Pontifices ſe indicare voluerint Praedeceſſorum ſuorum legibus, & Canonum diſciplinae ita obnoxios, ut nulla ſibi integra eſſet aliquid in illis innovandi poteſtas, ſed unam, qua in antiquos Eccleſiae canones, ſuorumque deceſſorum conſtituta tenebantur, aequiſſimam reverentiam, ne aliis haec infringendi licentiam ſuo exemplo praebere quodammodo viderentur. Conſule dicta in *Antifebronio P. I. diſſ. II. cap. 8. num. 5. ſeqq.*

Quae peculiaria ſunt, alia I. ſpectant ad PERSONAS SACRAS, earumque electiones, vel ordinationes, praeſertim Rom. Pont.

II. Jamvero peculiaria quaedam diſciplinae capita ex Diurno Libro promamus. Porro ut aliquis in illis percenſendis ordo ſervetur, a SACRIS PERSONIS initium ſumatur. Occurrunt ſtatim earum electiones. Ac de Romani quidem Pontificis, qui univerſalis Eccleſiae caput eſt, centrum, magiſter, electione actum vide toto ſecundo capite: ſed fatendum eſt (quod Cl. *Cennius* primus animadvertit *T. I. Diſſ. poſtum. Diſſ. III.*) multa hoc ipſo capite a *Garnerio* ob inordinatam, quam ille ſibi ex meris, falſiſque conjecturis finxit, formularum diſpoſitionem, ex eoque a *Mabillonio* (*Muſ. Ital. T.II.pag. 112.*) fuiſſe contra omnem veritatem propoſita. Omnium antiquiſſima, ac pluribus ſaeculis uſurpata formula fuit, quae ad ordinationem Pontificis ſpectat. Caeterae diverſam pro temporum diverſitate diſciplinam exhibent. Ex quo tempore *Juſtinianus* confirmandam ab Imperatoribus Rom. Pontificis electionem ſtatuit, mortuo Pontifice *relatio*, quae *tit. III.* editur, *de electione Pontificis* mittebatur *ad Principem* ab iis, qui ſervabant locum Sedis Apoſtolicae; erant autem hi Archipresbyter, Archidiaconus, & Primicerius Notariorum. Conjecerat *Garnerius*, litteras ad *CPolitanum* Patriarcham, alioſque in Regia urbe degentes Epiſcopos ſcriptas fuiſſe *a paribus*, ut electioni apud Imperatorem faverent: non male, etſi *Cennius* repugnat *p. 121.* Nam S. *Gregorius* M. cum Patriarcha *CPolitano* (*L. I. ep. 4.*) conqueſtus eſt, quod ejus electionem ab Imp. confirmari curaſſet. Praeterea in Romano *Holſtenii* Codice *num.* 8. exſtat Litterarum ea de re *ad diverſos Epiſcopos* exemplum, quod in *Garnerii* libro deſideratur; Epiſcopi vero illi vix alii intelligi poſſunt, quam *CPolitanus* Patriarcha, caeterique, qui *CPoli* mora-

morabantur. Haec ad annum 640. ſervata ſunt, quo tempore tota confirmandae Pontificiae electionis poteſtas in Exarchos ab Imperatoribus translata fuit, ne Romana Sedes diutius vacaret; primuſque, qui ab Exarchis confirmatus fuerit, non *Honorius* (uti *Pagius* ſenſit), ſed *Johannes* IV. *Severini* ſucceſſor a. 640., quemadmodum *Papebrochius* exiſtimavit, habendus eſt. Tunc enimvero primum nuncius ad Exarchum mittebatur de tranſitu Pontificis (*Cap. II. Tit. I.*). Poſt juſta defuncto Pontifici perſoluta, indictumque tridui jejunium Clerus cum ſuis proceribus ſucceſſorem eligebat, conſentientibus optimatibus ac populo; tum condebatur electionis decretum, quod iidem quoque optimates, & milites cum Clero ſubſcribebant (*Tit.* 2.). De electione mox referebatur ad Exarchum *Ravennae* cum precibus, ut electionem Principis nomine confirmaret (*Tit.* 4.). Qua etiam de cauſſa ſcribebatur ad Judices, Archiepiſcopum, & Apocriſiarium *Ravennae*. Accepta confirmatione electus ſolemni ritu ad confeſſionem S. *Petri* deducebatur, ibique nondum ordinatus ad Corpus Apoſtolorum Principis profitebatur fidem (*Tit.* 10.): mox ordinabatur (*Tit.* 9.), atque ordinatus iterum eamdem fidem exponebat (*Tit.* 10.); denique de fide concionem in Urbe habebat, & ad univerſam Dei Eccleſiam mittebat (*eod. Tit.* 10.). At poſtquam A. 682. ob Exarchorum tyrannidem *Conſtantinus Pogonatus* juſſit decretum electionis mitti ad Regiam Urbem, obſolevere litterae ad Exarchum, caeteroſque *Ravennates*, & Relatio ex veteri more ad Principem mitti coepit; quod in *Benedicti* II. electione a. 684. ſervatum fuit. Verum unus hic fuit, cujus electio ab Imperatore probaretur. Nam *Benedictus* ipſe ab eodem *Conſtantino divales juſſiones ſuſcepit, per quas conceſſit, ut perſona, qui electus fuerit ad Sedem Apoſtolicam, e veſtigio abſque tarditate ordinetur*. Hinc autem caeteris formulis abolitis poſt *decretum de electione* unus Ordinationis ritus obtinuit cum tribus fidei profeſſionibus, quas ſupra indicavimus. Neque omittendum, has ipſas fidei profeſſiones poſt annum 684. fuiſſe primum aut cuſas, aut ſaltem retractatas, quum in illis ſexti Concilii, immo & defuncti *Pogonati* mentio injiciatur. Hanc autem Ritualem ordinandi Pontificis diſciplinam VII. adulto ſaeculo, immo & nono viguiſſe ea docent, quae P. I. de *Hadriano* I. ex Monacho *Nonantulano*, deque *Gregorio* IV. ex ipſo *Garnerii* Codice adnotavimus.

 III. Iiſ-

Et Epiſcoporum.

III. Iiſdem ſaeculis, ubi Epiſcopum aliquem eorum, qui Sedis Apoſtolicae ordinationi ſuberant, mori contingeret, de obitu ſtatim ſummus Pontifex monebatur ſive Cleri, & Plebis Eccleſiae viduae litteris, ſive a defenſoribus patrimonii illic poſiti. Scribebat autem Pontifex vicino Epiſcopo, cui viſitandae deſtitutae Eccleſiae curam commendaret, donec paſtorem haberet (*cap. III. Tit.* 15.), ſimulque Clero, ordini, & Plebi litteras dabat, quibus & de Viſitatore Epiſcopo conſtituto, & de facienda electione monebatur. (*Tit.* 16.). Fiebat poſtmodum electio; decretumque omnium ſubſcriptione firmatum (adcedente etiam Viſitatoris Epiſcopi teſtimonio *Tit.* 15. & 16.) deferebatur ad Pontificem cum precibus, ut electionem probaret, ordinaretque quem ſibi delegerant, Epiſcopum (*Cap.III. tit. I.*) Reſpondebat Pontifex, Epiſcopumque, quem probaſſet, *Romam* ad conſecrationem evocabat (*Tit.* 2.). Electo quum ſe ad Apoſtolicam Sedem conferret, Archidiaconus, aliique *Honorati* Eccleſiae viduae comitabantur, ſecumque alias deferebant Cleri, Plebiſque litteras, quibus inſtantius ordinatio urgebatur (*Tit.* 3. 4. 5. 6. 7. 8.). Praevio examine de fide, & moribus, quod *diſcuſſio* appellabatur (*Tit.*6.7. 8.), peragebatur ſolemni ritu ordinatio *Romae*. In ordinatione vero Epiſcopus profeſsionem fidei ad Corpus ſancti *Petri* emittebat (*Tit.* 9.); dabat etiam cautionem, qua diſciplinam Eccleſiaſticam obſervaturum ſe pollicebatur (*Tit.* 10.); addebat quoque Indiculum de obedientia erga ſummum Pontificem, & fidelitate erga Principem ſervanda (*Tit. II.*). Poſt ordinationem adcipiebat a Pontifice ad Clericos, & Plebem Civitatis ſuae litteras, quibus monebantur, quid Epiſcopus & in mandatis habuiſſet, & ſpopondiſſet; itemque qua deberet obſervantia a ſuis coli (*Tit.* 12.). Tandem quum dimitteretur, formatam (*Tit.* 13.) ab Archidiacono *Rom.* Eccleſiae adcipiebat, ut conſtaret, a quo facta eſſet ordinatio, quo die, menſe &c. Haec plerumque fiebant. Interdum tamen contingebat, ut alterius Civitatis Epiſcopus ad Eccleſiam Paſtore deſtitutam a Pontifice mitteretur illi incardinandus (*Cap. III. Tit.* 14.)

Uti & Metropolitarum, qui pallio donabantur.

IV. Eadem fere erat diſciplina in Metropolitarum, qui *Rom.* Pont. ordinationi obnoxii eſſent, cujuſmodi *Ravennates* Archiepiſcopi, electionibus; niſi quod hi, *Romae* quum conſecrarentur, pallium adcipiebant. Aliis Archiepiſcopis mittebatur; quod

& cum

& cum nonnullis Epiſcopis factitatum fuit. Tunc autem ad eos litterae ſcribebantur ex formulis, quas habet Liber Diurnus. *cap. IV. Tit. I. ſqq.*

Servata in aliis Ordinationibus.

V. Quod ad ceteras adtinet ordinationes, id cum primis cavebatur, ne illicitae eſſent; ne Epiſcopus *bigamos, aut qui virginem non eſſent ſortiti uxorem, neque inlitteratum, vel in qualibet corporis parte vitiatum, aut expoenitentem, vel curiae, aut cuilibet conditioni obnoxium, notatumque, aut Afros ad Sacros ordines permitteret adcedere* (Cap. III. Tit. 12.). Deinde nonniſi praeſcriptis temporibus fieri illas licebat, nempe *nonniſi primi, quarti, ſeptimi, & decimi menſis jejuniis, & in ingreſſu quadrageſimali, atque mediana* (ibid.), idque *veſpere Sabbati* (ibid. & cap. V. tit. I.). Omnis autem Simoniae labes ab his arcenda erat (*Cap. III. Tit.* 10., & *Cap. IV. Tit.* 2.). Tandem qui Presbyteri, aut Diaconi ordinabantur, alicui ſeu Baſilicae, ſeu Titulo, ſeu Diaconiae incardinari debebant, unde *Cardinales* dicebantur. Hinc quum in Oratoriis nulli Presbyteri conſtituerentur cardinales, ab Epiſcopo poſtulandus erat Presbyter, qui ſacrum faceret. (*Cap. V. Tit.* 4.)

2. ad regimen Eccleſiaſticum.

VI. Pauca, quae ad Eccleſiaſticum regimen pertinent, nunc videamus. Nullum ulli Epiſcopo jus erat in alterius Epiſcopi *Parochiam* (*Cap. III. tit.* 9.). Intellige niſi fortaſſis duas uniri Eccleſias contingeret (*cap. eod. Tit.* 17.). In ſua autem quiſque Eccleſia reſidere jubebatur. Quare in *cautione* (Cap. III. tit. 10) promittebant Epiſcopi, *ſe ſine Sedis Apoſtolicae juſſione ad comitatum nullatenus profecturos eſſe, nec per diverſas provincias, aut civitates diſcurſuros, quatenus Eccleſiam ſuam viderentur ſine gravi occaſione deſerere*. Gravis autem, ac fere neceſſaria occaſio erat *Romanum* iter vel ad Natale Papae, ad quod etiam invitabantur (*Cap. III. tit.* 18.), vel ad Natale Apoſtolorum *Petri* & *Paulli* celebrandum (*Cap. eod. Tit.* 10. & *Tit.* 21.). Ab Eccleſiaſtici regiminis forma ſejungenda non ſunt privilegia, quibus Romani Pontifices Eccleſiis ſua ipſarum jura, ac bona confirmabant (*Cap. IV. Tit.* 4 & *Cap. VII. Tit.* 9.). Multo magis ad illam ſpectant poenae, quae in criminoſos infligebantur, ut anathematis ſive in haereticos (*Cap. II. Tit.* 10.) ſive in Pontificiorum diplomatum violatores (*Cap. VII. Tit.* 2. *ſeqq.*) aut ſuſpenſionis (& quidem ipſo facto incurrendae) *a Miſſarum ſolemniis* (*Cap. III. tit.* 22.)

VII. Ad-

Digitized by Google

3. *ad bona Eccleſiaſtica,* VII. Adde his, quae de bonis Eccleſiaſticis in Libro noſtro praeſtituuntur. Ac primum ſummi Pontifices in Indiculo (*Cap. II. Tit.* 10.) *indiminutas res Eccleſiae conſervaturos, & ut indiminutae cuſtodirentur, operam daturos ſe pollicebantur*. Idipſum aliquanto latius ſpondebant in ſua cautione Epiſcopi (*Cap. III. Tit.* 10.); immo in Synodali, quod adcipiebat Epiſcopus (*eod. cap. III. tit.* 12.) monebat Rom. Pontifex Clerum, ordinem, & Plebem civitatis, ſe Epiſcopo in mandatis inter caetera dediſſe: *Miniſteria, atque ornamentum Eccleſiae, vel quidquid eſt in patrimonio ejuſdem, non minuere ſtudeat, ſed augere*. Augebantur autem Eccleſiae bona iis etiam, quae Epiſcopo non ſucceſsione, ſed legato obveniſſent; ea enim non privatae Epiſcopi perſonae, ſed Eccleſiae capiti, atque adeo ipſi Eccleſiae dari cenſebantur. (*Cap. III. Tit.* 10.). In Eccleſiaſti-

eorumque diſtributionem. corum porro bonorum diſtributione *quatuor* Epiſcopus *facere* tenebatur *portiones, quarum unam ſibi ipſe retineret; alteram Clericis diſtribueret; tertiam pauperibus, & peregrinis; quartam Eccleſiaſticis fabricis reſervaret* (*Cap. III. Tit.* 10. & 12.)

4. *ad curam orthodoxae Fidei ſervandae.* VIII. Potior tamen ſervandae orthodoxae fidei cura fuit. Ad hanc referendae ſunt Profeſsiones fidei, tum quas ſummus Pontifex ante & poſt ordinationem (*Cap. II. Tit.* 10.) itemque inaugurati Epiſcopi emittebant (*Cap. III. tit.* 9.), tum quas Epiſcopi pallium petentes Romam mittere debebant (*Cap. IV. Tit.* 1. & 2). Vide autem, quanta eſſet hujuſmodi Profeſsionum obligatio. Nam *Romani* Pontificis profeſsiones in ipſa Beati *Petri* confeſsione deponebantur; Epiſcoporum vero cum ab ipſis Epiſcopis, tum a Sacerdotibus ſuarum Eccleſiarum ſubſcriptae *ſcrinio Sanctae Apoſtolicae Sedis* ſervandae tradebantur. Illud quoque in *Romanorum* Pontificum profeſsionibus notandum, non haereticos tantum, eorumque prava dogmata in illis damnari, ſed etiam libros ab Oecumenicis Conciliis rejectos, ut *epiſtolam, quae Ibae dicitur ad Marim Perſam, & ſcripta Theodoriti adverſus Beatiſſimum Cyrillum*, itemque *Macarii*, & ſectatorum *omnia haeretica ſcripta*.

5. *ad Cultum ſacrum.* IX. Ad Cultum ſacrum progrediamur. Sacrae aedes in eo principem locum habent, quae ſive Baſilicae eſſent, ſive Tituli, ſive Baptiſteria, ſive demum Oratoria, habita a Romano Pontifice, quae petenda erat, facultate ſtatis ritibus dicabantur, vel ab Epiſcopo loci (qui communior mos erat), vel etiam ſolem-

ſolemniter, *convocatis aliis fratribus*, *& Coepiſcopis vicinantibus* (Cap. V. tit. 19.). Ea tamen conditio ſemper poſtulabatur, ut fundus aliquis legitima donatione exſtaret, ex quo quae ad luminaria concinnanda, alendoſque cuſtodes neceſſaria eſſent, quotannis deſumerentur [*Cap. V. Tit.* 3. 4. 13. 19.]; nec ullum ibi corpus eſſet humatum [ibid. *Tit.* 4. *&* 19.]. Reliquiarum autem in ejuſmodi locis collocandarum, quae *Sanctuaria*, *benedictiones*, *beneficia* Sanctorum appellabantur, ubi ad illa conſecranda Epiſcopus adgrederetur, praecipua cura eſſe debuit (ibid. *Tit.* 5. 6. 7. 8. 79. 22.]. Quod ſi ſacra quaepiam Aedes fuiſſet ab haereticis polluta, Catholicae Eccleſiae caeremoniis reconciliabatur [ibid. *Tit.* 17.]. Altaria quoque conſecrabantur [ibid. *Tit.* 18.]. Neque tamen tantummodo loca Sacra huc pertinent, ſed ipſi quoque dies vel feſti, ut Natalis Apoſtolorum [*Cap. III. tit.* 10. *&* 21.], vel Eccleſiaſtico jejunio conſecrati (ibid. *Tit.* 12.)

X. At quaenam in ſacris illis aedibus, diebuſque ab Eccleſia Deo ſingulariter dicatis peragebantur ad cultum ipſi Deo, ejuſque Sanctis praeſtandum? Vigiliae habebantur, divinumque officium perſolvebatur ſumma pietate [*Cap. III. tit.* 10]; nec cantus deerat, cui ordo Cantorum deſtinatus fuerat [*Cap. VII. tit.* 20.]. Miſſae publicae in Baſilicis, aliiſque publicis Aedibus Deo conſecratis celebrabantur; non item in Oratoriis, quae propterea, ut *num.* 5. innuimus, Presbyterum non habebant cardinalem; in his enim privatis tantum Miſſis locus erat, quibus vel ab Epiſcopo Presbyter conſtituebatur; [*Cap. V. tit* 4.], vel ſi Oratorium in Monaſterio exſtructum eſſet, Presbyteri Eccleſiae in eodem coenobio deſervientes praeficiebantur. [ibid. *Tit.* 9. *&* 10.] Litaniae per triduum ante diem Dominicae Adſcenſionis fiebant [*Cap III. Tit.* 12.], immo alicubi bis in menſe [ibid. *Tit.* 10.]. *Kyrie eleiſon* pro *Rom.* Pontifice quotidie iterandum diaconitis, & pauperibus injungitur *Cap. VII. Tit.* 18. Ex tertia Rom. Pont. profeſſione illud quoque diſcimus, veteri aevo in ſolemnem gratiarum actionem non hymnum, qui dicitur *Ambroſii*, & *Auguſtini*, ſed Angelicum *Romae* decantatum fuiſſe.

XI. Maxima quoque cura pauperibus ſubveniebatur; Mitto quae paullo antea de Bonorum Eccleſiaſticorum diſtributione decreta vidimus. Xenodochia, in quibus aegris, & egenis ſingula- *c. ad pauperum curam.*

gularia caritatis officia praeberentur, conſtituta ſunt [*Cap. VIII. Tit.* 14. & 15.]; caeteris pauperibus Diaconiae paratae erant ſubſidii cauſſa [*Cap. VII. Tit.* 18.]. Nec minus pauperibus levamen a Monachis ſuppeditabatur. Quare factum videmus, ut Romani Pontifices Monaſteria ampliſſimis privilegiis donarint [*Cap. VII. Tit.* 6. 10. 23. 24. 25.], atque uni Apoſtolicae Sedi obnoxia voluerint [ibid. *Tit.* 1. & 13.]; interdum etiam Monaſteria, quae inopia premebantur, ditioribus unierint [ibid. *Tit.* 5.]

7. ad Sacramenta. XII. Poſtremo de Sacramentis dicendum. In Libro Diurno nihil fere niſi de Baptiſmo agitur, cujus adminiſtrandi tempora Paſchatis, & Pentecoſtis celebritate definiebantur [Cap. *III. Tit.* 12.]. Baptiſteria ad ſacrum lavacrum [numquam tamen in Oratoriis *Cap. V. Tit.* 4.] conſtructa dedicabantur [ibid. *Tit.* 22. 23. & 24.]. Cautum vero maxime fuit, ne quemadmodum pro Baptiſmo, ita ne pro Confirmationis quidem Sacramento *aliquod praemium in qualibet re, vel ſpecie pro quacumque perſona* Epiſcopus [hic enim non Confirmationis modo neceſſarius, ſed etiam Baptiſmi antiquis temporibus ordinarius miniſter fuit] poſtularet, aut adciperet. Vide jam quot, & quanta unus hic Liber ad Eccleſiaſticam illuſtrandam diſciplinam conferat.

Hinc novae editionis ſuſceptum a me conſilium. XIII. Haec enimvero quum animadverterem, parandae novae hujus libri editionis conſilium ſuſcepi. Duo autem mihi cum primis in ea ſumpſi facienda. Primum fuit, ut *Romani* Codicis ab *Holſtenio* editi varias lectiones *Garneriano* exemplo adſcriberem. Alterum, ut novis adnotationibus nonnulla operis loca illuſtrarem, liberaſque quaſdam *Garnerii* notas caſtigarem; fatendum enim eſt, virum caeteroqui doctiſſimum etſi in multis Apoſtolicae Sedis cauſſam ſtrenue egit, praeconceptis tamen quibuſdam opinionibus nimis indulſiſſe; quodque gravius eſt, ſua exiſtimatione effecit, ut hae radices agerent, atque propagarentur, non exiguo Eccleſiaſticae praeſertim in Sacris electionibus Libertatis, illiuſque, qua pollet eadem *Romana* Sedes, auctoritatis detrimento. Atque haec quidem editio in promptu eſt. Juſtis tamen de cauſſis nunc ab ea ſuperſedendum. Quamobrem ex illa Praefationem generalem, quae hiſtorica eſt, Diſſertationis nomine inſcriptam placuit interea excerpere, dum opus ipſum liceat evulgare.

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX

Rerum cum in MALDONATI *opere, tum in additis adnotationibus*, ac diſſertationibus *obſervatu digniorum*.

A

ABSTINENTIA a conjugio apud veteres Chriſtianos praeparatio fuit ad Communionem. 175.

ACOLYTHI interdum ad aegrotos detulere Euchariſtiam 165.

AEGROTI, danda illis communio. 152. *ſeq.* data ſub una tantum ſpecie. 203. quomodo ad eos deferretur Euchariſtia. 164.

ALLELVIA quid ſignificet. 47. Unde habeat originem 48. quibus in rebus diceretur. 49. 90. quo tempore diceba tur 50 quo loco 52. 90. cur repetatur? 53.

ALTARIS oſculum. 36.

AMBO. 89. *ſeq.*

AMEN, cur abſolutis orationibus reſpondeatur. 80.

ANTIPHONAE A S GREGORIO M. conſtitutae 46.

ANTIPHONARIUM. V *S. Gregorius M. & Joh. Diaconus*

APSIS. 89.

B

BAPTISMI, & Euchariſtiae comparatio. 185.

BAPTISTERIA. 161.

BENEDICTIONIS ad legendum Evangelium petitio 93.

BINGHAMVS notatus 28.

BRACCARENSES Patres quid circa ſalutationem *Pax vobis* reprehenderint 67.

BONORVM varia genera. 22.

C

CAELESTINVS PAPA, num Introitus auctor fuerit? 43. *ſeq.*

CAEREMONIARVM vocabulum. 3. etymon 1. natura. 3. a Sacramentis diſcrimen 4. varia genera, *ibi.* origo. 6. communes Caeremoniae Ethnicis *ibi.*, Judaeis, 7. 9. non abolendae, 8. Earum inſtituendarum poteſtas 11. contentiones de Caeremoniis, 13. Multiplex illarum utilitas, 16. *ſeqq.* ad quodnam ſpectent bonorum genus, 23. Quales eſſe debeant, *ibi*, *ſ. q.*

CALICES varii 138.
CALICIS, ſeu Vini uſus laicis in *Rom.* Eccleſia conceſſus cujuſmodi fuerit. 209. V. *Species utraque*.
CANON, ejus nomen 126. Auctor 128.
CANTIONES ad hoſtiae elevationem, 139.
CATECHVMENORVM Miſſa, 31. expulſio, 91.
CEREORVM accenſio ad Evangelium legendum 93.
CHRISTI exemplum num Communionem ſub utraque ſpecie laicis dandam comprobet? 199. Verba de Communione explicata 200. *ſeqq.*
COENA viatica 163.
COLLECTAE. V. *orationes.*
COMBEFISII (*Franciſci*) epiſtolium. 269.
COMMVNIO Sacerdotum 151. Miniſtrorum 154. Laicorum. 155. Laica 156. Peregrina 158. Puerorum 159. aegrotorum 162. damnatorum ad ſupplicium 166. mortuorum 167. Praeparationes ad Communionem 168. A Communione quinam arcerentur? 176. Communionis praeceptum cur factum? 198. ritus 179. Miniſtri, *ibi.* Quae verba in Communione olim prolata, 180. Varius Communionis locus, 183. Communionis frequentia. V. *Frequens Communio*. Communio ſub utraque ſpecie. V. *Species utraque*.
CONCIO, 90.
CONFESSIO, prima ad Communionem praeparatio 168., rarior tamen apud Veteres, quam apud nos, & cur? 169.
CONFIRMARE quid ſit, ubi de Communione agitur 179.
CONFITEOR in Miſſa 34.
a CONIVGIO abſtinentia, 175.
CONSECRATIO idem interdum, quod diſpenſatio 179.
CONSTANTINOPOLITANVM Symbolum. V. *Symbolum*.
CONSTANTINVS *Pogonatus* Pontificum Rom. electionibus antiquam reddit libertatem 236. *ſeq.*
CRVCIS ſignum initio Miſſae 24. 33. Cruces hoſtiae conſecratae an adhibendae? 142.

D

DAVIDIS Pſalmis cur fere ſemper conſtet Introitus Miſſae? 45.
DEFVNCTORVM exequiae, in illis olim dictum alleluja, 49. cur, 50.
DIACONI Euchariſtiam deferebant olim ad aegrotos. 164. Communionis erant miniſtri 180.
DIPTYCHA. 141.
DIVRNVS. V. *Liber Diurnus*, *Holſtenius*, *Garnerius*.
DOMINICALE quid? 183.
DO,

DOMINVS VOBISCVM, hujus formulae origo 66. Quid ſignificet, *ibi ſeq.* Num dici poſſit, ubi ſolus adſtat miniſter? 68.
DOXOLOGIAE origo, 54. auctor, *ibi*. varietates, & mutationes, 55. Locus, ac tempus, 57. ritus *ibi*.

E

EGBERTI locus expenſus 221.
ENERGVMENI, an expulſi cum Catechumenis? 102.
EPHESINI Concilii decretum de ſumenda a Laicis Euchariſtia ſub una tantum ſpecie 203.
EPISTOLA, ejus legendae origo, 83. quot olim epiſtolae legerentur, 85.
EVCHARISTIA, miſſa olim ad abſentes, & quo ritu 164. Quomodo intingeretur 167. quo ritu diſpenſata 178. Laicis etiam in manus tradita 181. domum quoque deferenda 182. Euchariſtiae oſtenſio. 137. 143. quid de ejus Reliquiis olim factum 184. Illius ſumendae praeceptum 185. cum Baptiſmo comparatio *ibi*.
EVLOGIA quid? 169.
EVANGELII lectio in Miſſa quam antiqua 92. quandonam legebatur, 93. cur facie ad aquilonem verſa? 94. quibus caeremoniis 97. Graece, & Latine lectura 99. V. *Benedictionis petitio*, & *Cereorum accenſio*.
EXEQVIAE. V. *Defunctorum exequiae*.
EXOMOLOGESIS quid? 169.

F

FEMINAE data olim alicubi maximo abuſu Euchariſtia ad aegrotos deferenda 165.
FERIA V. in Coena Domini, quomodo olim in illa Fideles in quibuſdam Eccleſiis communicarent 174.
FREQVENS communio Chriſti inſtitutioni non repugnat, 185. Immo illi maxime eſt conformis, 186. idque Veterum Chriſtianorum exemplo confirmatur, *ibi*. Poſtea Communionis ardor refrixit 189. Rationes hujus innovandi, 191., futilibus quibuſdam contrariis confutatis, 195. Magnae frequentis Communionis utilitates, 192.

G

GALLICIOLII (*Joh. Bapt.*) de GREGORIO II. *Antiphonarii*, & *Sacramentarii*, quod S. GREGORIO M. paſſim tribuitur, auctore ſententia refellitur. 211. *ſeqq.*
GARNERIVS (*Joh.*) ejus in *Librum Diurnum* praefatio 230.

De ejus in eumdem Librum notis judicium. 272. 290. 296.
GELASIANVS, & GREGORIANVS Sacramentorum libri inter ſe comparantur 223. *ſeq.*
GENVVM flexus in Miſſa 69.
GLORIA IN EXCELSIS, quomodo ab antiquis vocetur? 60. Quis hunc hymnum introduxerit? 61. quo tempore diceretur, 62. *ſeqq.*
GLORIA PATRI. V. *Doxologia*.
GOTHORVM apud *Hiſpanos* in ſacris ritus. 14.
GRADVALE 88. 90.
S. GREGORIVS M. quid circa *alleluja* ſtatuerit 51. Non inſtituit *Kyrie eleiſon* 58. Quid circa *Gloria in Excelſis* decreverit 63. V. *Antiphonae*. Num auctor *Antiphonarii*, & *Sacramentarii*, quod ejus nomine praenotatum circumfertur? 211. *ſeq.*
GREGORII IV. electio in quem annum, menſemque ſit conferenda? 234.

H

HADRIANI I. de S. GREGORII M. Sacramentario, & Antiphonario teſtimonium illuſtratum 219. *ſeq.*
HOLSTENIVS (*Lucas*) Librum Diurnum clam deſcribit 252. praelo committit 253. notas in eum meditabatur *ibid.* Ejus editio ſuppreſſa 265. quam ob cauſſam 266. quo anno 267. e carcere demum extruſa 273. *ſeq.*
HONORIVS I., quid in Libro Diurno de eo legatur 268. *ſeqq.*

I

IEIVNIVM naturale ante communionem requiſitum 173.
INTINCTA Euchariſtia 167.
INTROITVS Miſſae quid ſit? 41. Undenam ita vocatus? *ibi*. a quo inſtitutus 43. cur *Davidicis* Pſalmis fere conſtet? 45. cur repetatur? 46.
IOHANNES diaconus *Gregorianae* vitae ſcriptor, ejuſque in iis, quae ad *Gregorianum* Antiphonarium, & Sacramentarium pertinent, auctoritas vindicata, 213. *ſeqq.* V. *Trajani anima*.

K

KYRIE *eleiſon*, ejus origo 57. auctor 58. quo ritu diceretur 59. quibus in rebus 60.

L

LABBEI (*Philippi*) epiſtolium 269.
LAICA communio 156. & 183. V. *Laici*

LAI-

LAICI quo loco communicarent 155. & 183. Illis quoque tradita in manibus Euchariſtia 181.
LAVDES, de quibus *Toletanum* IV. Concilium *Can.* 10. quid eſſent 45. 86.
LIBER DIVRNVS *Rom. Pontif.* unde ſic dictus? 230. notus veteribus, aliiſque Scriptoribus, *ibi. ſeq.* ejus Codices MSS. 233. 235. 241. 243. *ſeqq.* aetas 237. an ad Antipap. *Paſchalem* referri poſſit? 276. *ſeqq.* Auctor 237. mira illius utilitas cum fidei dogmatibus adſerendis 283. *ſeqq.* tum veteri Eccleſiaſticae diſciplinae illuſtrandae 289. *ſeqq.* Editiones 229. 272. *ſeq.* 275. inter ſe comparatae materiarum 255. itemque alphabeti ordine 260. *ſeqq.* aliae promiſſae 273. In eas ſupplementum, *ibi* variae lectiones. 275. V. *Garnerius*, *Holſtenius*, *Mabillonius*, *Schoepfflinius*.

M

MABILLONIVS (*Joh.*) ſupplementum edit in Librum Diurnum. 273.
MANVVM Lotio. 111.
MARCHESIVS (*Franciſcus*) refellitur 231. 236. 238. 242. 281.
MARINIVS (*Cajetanus*) laudatus 253. Vide & Praefationem in hunc tomum.
MEMENTO mortuorum 140.
MINISTRORVM communio 154.
MISSA multiplex habet caeremoniarum genus 24. nomen 27. Auctores, qui de ejus Caeremoniis ſcripſere, 28. Partes 31. Miſſa Nautica 166.
MORTVIS num data Euchariſtia? 167.
MVLIERES quei communicarent. 182. *ſeq.* V. *Feminae*.

N

NAVTICA Miſſa 166.
NICAENI Patres num Doxologiae addiderint illa: *ſicut erat* &c.? 56.

O

OBLATAE, earumque forma 108.
OFFERTORIVM, ejus nomen 107. a quibus fieret 110.
ORATE *fratres* 112.
ORATIO Dominica 144.
ORATIONES, earum antiquitas. 70. cur dictae *collectae* 72. Alia earum nomina 75. quae ſint dicendae 77. quomodo concludendae 79. earum numerus 81. Orationes poſt conſecrationem 140. V. *Pater Deus*.
OSCVLVM altaris 36. Pax cum oſculo. V. *Pax*.

PA-

P

PASCHALIS Antip., ad illumne referri Librum Diurnum par ſit? 276. *ſeqq.*

PATER Deus, cur ad eum ab Eccleſia orationes dirigantur? 77.

PAVLLI Apoſtoli locus explicatus 170. alius 202.

S. PAVLLINI *Nolani* locus emendatus 161.

PAX cum oſculo 148.

PEREGRINA communio quid fuerit, atque a Laica num diſcreparit? 158.

POENITENTIA ante Communionem agenda cujuſmodi ſit 171.

POLLVTI, etiam citra culpam, ad Communionem non accedebant 176. Pollutionum varia genera 177.

PONTIFICVM *Rom.* electio 236. *ſeq.* &

POSSINI (*Petri*) epiſtolae 268. & 270.

PRAEFATIONIS nomen 119. antiquitas 120. Praefationes legitimae, & probatae quot ſint 123.

PRAEPARATIONES ad Communionem 168.

PRAESANCTIFICATORVM Miſſa 152.

PROSA 91.

PSALMVS *Introibo ad Altare Dei* 33.

PVERI debeant ne communicare? 159. *ſeqq.* quando, & cur deſierit hic mos? 161. *ſeq.*

R

RELIQVIAE ſi quacumque de cauſſa nullae ſint in ara conſecrata reconditae, ſintne omittenda verba illa: *quorum reliquiae heic ſunt?* 37. Reliquiae Euchariſtiae, quid de illis factum? 184.

RESPONSORIA poſt epiſtolam 86.

RITVS communicandi 179. *ſeqq.*

S

SACERDOS ſe vertens cur levet manus 65. Sacerdotum communio 102. Novorum communio in quibuſdam Eccleſiis 153.

SACRAMENTARII *Gregoriani* auctor ne fuerit S. GREGORIVS I., an II.? V. *Galliccioli*, *S. Gregorius* M., *Johannes Diaconus*.

SANCTVS cur dicatur? 125.

SCHOEPFFLINIVS (*Joh. Daniel.*) varias edit in Librum Diurnum lectiones 275.

SECRETA 113.

SEQVENTIA. V. *Proſa*.

SOZOMENI de *alleluja* ſemel tantum in anno *Romae* decantato

ſtato exploſa narratio. 50.
SIRMONDVS (*Jacobus*) cur ab ea, quam promiſerat, Libri Diurni editione ſuperſedendum ſibi cenſuerit? *267*.
SPECIES utraque, ac ſub utraque communio num jure divino Laicis danda? 197. an ſaltem exemplo Chriſti? 199. Veteris Eccleſiae hac in re diſciplina 203. Quibuſnam de cauſſis, & quo primum tempore apud Latinam Eccleſiam contraria invecta ſit conſuetudo, 207. V. *Calicis*, *ſeu vini uſus*.
STRABONIS (*VValafridi*) de *Gregorii* M. Sacramentario, & Antiphonario teſtimonium 218.
ad SVPPLICIVM damnatis dandane Euchariſtia? 166.
SVRSVM *corda* 121.
SYMBOLVM, hujus origo, & nomen 106. Symbola varia 103. quodnam in Miſſa? 104. cur non in Miſſa dictum ſingulis diebus? 106.
SYMMACHVS Papa quid circa *Gloria in Excelsis* ſtatuerit 62.

T

TELESPHORVS Papa quid circa *Gloria in excelsis* decreverit? 61.
TEMPLA, in illiſque multiple perſonarum ſtatio 95.
TENTZELIVS, ejus de Libro Diurno *Pontificiorum* cauſſae adverſo vana, futiliſque gloriatio 232. Iterum refellitur 241.
THVRIS uſus in ſacris, ejuſque cauſſae 38. *ſeq.*
TRACTVS 91.
de TRAIANI anima S. GREGORII M. precibus ab inferis liberata IOHANNIS Diaconi narratio expenſa *p.* 214. *ſeqq.*

V

VIATICA cœna apud veteres 163.
VIATICVM. V. *Aegroti*.
VERE *dignum*, a quo additum Praefationi 122.

NOVA

Digitized by Google

NOVA ADDENDA, ATQVE EMENDANDA
IN VTROQVE
BIBLIOTHECAE RITVALIS
VOLVMINE.

Addenda, & emendanda in primo volumine. *pag.* 306.
Indiculus rerum in his omnibus additamentis contentarum. 319.
Addenda, & emendanda in ſecundo volumine. 224.



NOVA AD-

Digitized by Google

NOVA ADDENDA ET EMENDANDA

IN VTROQVE

BIBLIOTHECAE RITVALIS

VOLVMINE.

QUum ad Bibliothecam Ritualem concinnandam adgreſſus ſum, eam vix adumbrari a me poſſe intelligebam. Nam quod in iſtiuſmodi Libris ad litterariam hiſtoriam pertinentibus videram doctiſſimis quibuſve viris paſſim contigiſſe, ut plurima omiſerint, quae vel ipſi poſtea ſecundis curis ſuppleverunt, vel aliis reliquere adjicienda; id mihi adcidere multo magis debere perſpiciebam, qui & primus ad hanc ornandam ſpartam adceſſeram, nec Libris ad haec ſtudia perneceſſariis ſatis eram inſtructus. Sperabam tamen futurum aliquando, ut coeptum opus perficere ipſe poſſem, aut certe quae ſcripto tradideram, Liturgicarum rerum ſtudioſis eſſent ad ea emendanda, augendaque incitamento. Illud enimvero interea mihi percommodum accidit, ut quam Mutina diſcedens non exiguam Librorum praeſertim hiſtoriam litterariam illuſtrantium ſupellectilem a. CIↃ. IↃ. CC. LXVII. *Bononiae* reliqueram, eam PII VI. Pontificis Maximi beneficentia tranſportatam in Vrbem recuperarim. Itaque quum Bibliothecam hanc noſtram cum *Maldonati* V. CL. *de Caeremoniis* tractatu, tum Onomaſtico Rituali augere conſtituiſſem, illam quoque additamentis, quae cum ejus argumento conjunctiora eſſent, locupletare decrevi. Nec defuere praeſtantes aliqui viri, meiſque ſtudiis amici, qui ad id ſymbolam & ipſi ſuam conferrent; atque hos inter honoris cauſſa praeclariſſimus ad Auguſtam *Vindobonenſem* aulam Romani Pontificis Nuncius *Joſephus Garampius* mihi cum primis nominandus, qui & abſens ampliſſimam Bibliothecam ſuam in *Quirinalibus* aedibus latentem mihi patere voluit, & per litteras nonnullos a me praetermiſſos Auctores pro inſigni, qua pollet, eruditione indicavit.

Sed quoniam in extremis quoque ſuperiorum voluminum paginis aliqua adjeciſſe me memini, fieri facile poſſe video, ut harum adceſſionum tam diſperſa varietas lectores fugiat. Quum

tamen, neceſſarium maxime ſit, ut de illis diligenter advertant, earum etiam, quae in edito utroque volumine exſtant, memoria erit revocanda. Itaque novis, quae primum heic dabimus, additamentis priorum mentionem interſeremus, indicatis cum operis paginis, ad quas ea referuntur, tum illis, in quibus exhibentur. Praeterea quod ad primi voluminis auctaria pertinet, rerum omnium in his contentarum indiculum ſubjiciemus, ut opus percurrenti ea facilius incurrant in oculos, & quibus quaeque interponenda ſint locis, edoceant.

ADDENDA ET EMENDANDA

IN PRIMO VOLVMINE.

Pag. 5.	VIDE	T.I.p 354.
9.	ADDE. MDCCXLI. (pag. 14.) *Joh.* LIGHTFOOT in diſquiſitione de S. IACOBI *Liturgia* (*T. II. oper.* poſt. Vitraject. *edit. p.* 147. *ſeqq.*)	T.II.p.454.
18.	VIDE	T.II.p.454.
19.		T I.p.354.
27.		T I.p.354.
28.		T.I.p.454.
31.		T.II. p.454.& T.I.p.354.
41.	ADDE. laudabili conſilio intulit; uti & *ordinem divini officii Gothici* ex XIMENII vita *Hiſpanice* a ROBLESIO, ut nuper indicarum eſt, conſcripta.	
46.	VIDE	T.II.p.354.
47.		T.I. p.354.& T.II.p.463.
52.	ADDE:	

Ordine Chronologico numeremus

MCCCCLXXV. Prima haec eſt, eaque perrara Roman Miſſalis editio mihi, aliiſque Bibliographis antea incomperta,

quam

quam indicavit P. *Franciſcus Xaver.* LAIRE in *ſpecimine hiſtorico typographiae Romanae XV. Saeculi*. Extremae paginae haec typographus adſcripſit: *Sacrum ſanctumq. hoc opus ad honorem, & gloriam omnipotentis Dei, ac Domini Ieſu Chriſti, magni & excellentis ingenii* Udalricus Gallus, *alias* Han *Alamanus ex* Ingelſtat *civis* Viennenſis *non calamo, aere, vel ſtylo, ſed nove artis, ac ſolerti induſtrie genere* Rome *conflatum, impreſſumq. nec non a Fratribus Sacri Conventus* Are Celi *recte, ac fideliter emendatum anno incarnationis dominice* 1475. *XI. Kal. Maii ſedente* Sixto *divina providentia Papa* IIII. *poſteris reliquit*; fol. max.

pag. 54.	VIDE	T.II.p.455.
56.		T.II.p.455. & T.I.p.355.
57.		T.I.p.355.
58.		T.II.p.455.
59.		T.II.p.455.
60.		T.II.p.455.

eadem ADDE

hujuſmodi libri; nempe praeter antiquiores Codices MSS. *San-Gallenſes*, *San-Blaſianos*, *Solodorenſem*, *Petersbuſanum*, *Rhenauglenſem*, aliosque a Cl. Abbate, ac S.R.I. Principe *Martino* GERBERTO percenſos in eruditiſſimo opere *de veteri Liturgia* ALEMANNICA *diſquiſit.* II.

eadem VIDE T.II.p.455.

61. ibid. EDITVM MDXLVII. ADDE

Miſſale Romanum ... cum Miſſis Dioeceſi WRATISLAVIENSI *propriis*, Wratislaviae, *litteris* Antuerpienſibus MDCCXII. fol. Exſtabat in BVNAVIANA Bibliotheca. Vide ejus *Catalogum* (*T. III. Vol. I p* 369)

ibid. *Miſſale* WITTEMBERGENSE &c. DELE totum hoc comma de Miſſali WITTEMBERGENSI, quod unde hauſerim, non memini; ſed errorum plenum eſt ſive annus, ſive auctor ſpectetur, ut Tomo ſeq. conſtabit, ubi de haereticis ſermo erit

62\. VIDE T.I.p 355.

63\. HYMAN MCCCCXCVIII. fol. ADDE

Verum has, aliaſque hujus Miſſalis editiones multis nominibus antecellit poſtrema, de qua DINVARTIVS in Diario Eccleſiaſtico Pariſienſi *Tom. XXX. pag.* 84. *ſeqq.* Praenotatur iſta: *Miſſale* PICTAVIENSE, *Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. in Chriſto Patris*, D. D. Martialis Ludovici DEBEAVPOIL de Saint Aulaire PICTAVIENSIS *Epiſcopi auctoritate*, *ac venerabilis ejuſdem Eccleſiae Capituli conſenſu editum* PICTAVII *apud* I. F. FAVLCON in fol. Monet autem DINVARTIVS, novum hocce Miſſale D. IACOB Congreg. Miſſionis Presbyteri curis deberi. Nollem tamen, DINVARTIVM inter caetera hoc praeſertim in hoc Miſſali commendaſſe pag. 86. quod in oratione die Cathedrae S. PETRI Januario menſe recitanda LIGANDI verbo nomen ANIMAS praemiſſum fuerit. Caſtiganda profecto ſunt, neque hujus Scriptoris eruditione ſatis digna, quae hanc in rem animadvertit his verbis: *on trouve ici le mot* animas, *qui n' avoen diſparu*, *que depuis un ſiècle & demi*, *& que les Ultramontains avoint effacé du Miſſel Romain*, *pour ne point paroitre limiter l' autorité du Pape à ce qui ne concerne que le ſpirituel*... *Cet exemple eſt bon à imiter dans des nouvelles reformes*, *& ceux qui auroient à ce ſujet quelques ſcrupules*, *peuvent s'en delivrer par la lecture de l' excellent rapport de M. de* CHOISEVL, *Evêque de* Tournai *à l' aſſemblèe du Clergé en* 1682., *où il eſt parlè de cette oraiſon*. Aliquid hac de oratione adtigi ſupra in adnotatione quadam ad paginam 56. Libet autem heic, ut DINVARTIVS quantum a veritate aberraverit, intelligat, ex eo quaerere, quid ergo fiet Codicibus *Palatino* 496, & Reginae *Suecorum* 337, quid Codicibus, unde PAMELIVS Sacramentarium GREGORIANVM, ac praeſtantiſſimus Cardinalis THOMASIVS orationes vulgavit, quid Codicibus *Othoboniano*, & *Vaticano*, ex quibus idem GREGORIANVM Sacramentarium MVRATORIVS recudit? In his enim omnibus eadem Oratio occurrit nomine *animas* praetermiſſo. Quamobrem aut doctiſſimos viros, qui hoſce Codices ab octavo ſaeculo ad XII. exaratos fuiſſe tradiderunt, graviſſimi, ac fere pudendi erroris arguat *Pariſienſis* Cenſor, aut in deſignanda, qua primum e Miſſa-

Miſſalibus Libris expuncta ea vocula eſt, aetate ſe nimium quantum fuiſſe hallucinatum, nihilque minus Correctores Romanos in ejus vocabuli ademptione ſub CLEMENTE VIII. (hoc enim Pontifice deletum primo id nominis fuit) cogitaſſe, quam ut Romanorum Praeſulum auctoritati adſentarentur, neceſſe eſt, fateatur. Et illud DINVARTIVS perpendat, velim, in veterrimo Sacramentarii *Gelaſiani* codice, quem e *Galliis*, ubi uſui fuit, adcepimus, utramque orationem legi, & quae vocem *animas* addit, & quae eamdem omittit; in orationibus enim ad Veſperam in feſtis Apoſtolorum PETRI, & PAVLLI haec ibi exſtat oratio: *Deus, qui ligandi, ſolvendique licentiam* (nos ex aliis antiquis libris *Pontificium* dicimus) *tuis Apoſtolis contuliſti*. GELASIVS igitur utraque lectione idem ſignificari exiſtimavit. Quid ergo cauſſae eſſe poteſt, cur voculae illi *animas* tantopere inſiſtamus? quaſi ea dempta PETRO, ejuſque ſucceſſoribus indebita, ac Principibus exitioſa jura tribuantur. Si inde id penitus conſequi DINVARTIVS contendat, videat, quaeſo, quam antiquae, ac venerandæ auctoritati ligandi, ſolvendique corpora, & temporaria Regna poteſtatem niti imprudens conceſſerit. Sed haec obiter.

pag. 64. *Johanne* BELO. ADDE

(Bartholomaeo legit ARGELATVS in *Bibliotheca Scriptorum Mediolanenſium* col 475. & 715.)

ibi. *Portae Romanae*. ADDE

CL. SAXIVS (quod in *hiſtoria typographico-litteraria Mediolanenſi col. CCCLXXXV.* ipſe teſtatur) membraneum apud ſe Miſſale Ambroſianum ſervabat.

pag. 65. A. MDCCCCLXXXII. *per Chriſtophorum Ratiſbonenſem* f. A. MCCCCXCIX. *per Leonardum Pachel.* (Utraque haec editio (1) in *Telleriana* Bibliotheca indicatur.)

CORRIGE

A.MCCCCLXXV. *per Antonium Zarotum Parmenſem* (de qua hujus Miſſalis principe editione vide eumdem SAXIVM *pag. LXXIX. & CLXI.*). A. MCCCCLXXXII. *per Chriſtophorum* (Waldarfer) *Ratiſponenſem*: A. MCCCCLXXXVIII. per eumdem *Zarotum*: *emendatum per Rev. D. Presbyterum* Andream *de* BOSSIIS, *Praepoſitum S. Teglae, qui ſua opera, & impenſa imprimi curavit*. (Confer SAXIVM l. c. p. CCXC, & ARGELATVM in *Bibliotheca col.* 1847.). A. MCCCCXC-

IX.

IX. *per Leonardum* PACHEL (haec, & prior illa A. MCCCC-LXXXII. editio (1) in *Tellerana* Bibliotheca indicatur): A. MDXXII, quam editionem ex SAXIO didici:

p. 72. Miſſale *Carthuſienſe*, ADDE

Ferrariae MDIX. abſque typographi nomine, (atque hujus exemplum membranis impreſſum in *Ferrarienſi* Carthuſia adſervari monuit me per litteras *Hieronymus* BARVFFALDIVS Junior, hiſtoriae typographico-litterariae *Ferrarienſis* ſcientiſſimus); MDXVI.

p. 74. ADDE

S. EBRVLFI a ſe inſpecta. BVNAVIANAE Bibliothecae Catalogus (*T. III. Vol. I. p.* 370.) Miſſale memorat ordinis S. BENEDICTI, quod ZEVENAE in Monaſterio Ducatus BREMENSIS adſervatur

p. 75. ADDE

inde ... &c. Addam Miſſale *Portenſe* CISTERCIENSIVM, de quo FREITAGIVS *Adp. litter. T. III. p.* 711., quin tamen (quod maxime optaſſem) explicuerit, editumne ſit, an manu exaratum. *Tegumenta*, inquit ille, *inſcriptione litteris Gothicis deauratis expreſſa ornata ſunt* ... *Inſcriptio talis eſt*: MISSALE PORTENSIS MONASTERII, QVOD COMPARAVIT FRATER BALTHASAR (de *Lipſia*, ut vulgo dicitur, cujus liturgica quaedam opera Tomo ſequente indicabimus) PROVISOR COLLEGII SANCTI BERNHARDI. ANNO DOMINI MILLESIMO QVADRINGENTESIMO NONAGESIMO QVARTO IN VIGILIA PASCHATIS. LAVS INCARNATO. AMEN

p. 76. VIDE T.II.p.456.

ibi. ADDE

ſeu Lutheranorum *Agendis collectae*. Neque omittenda *Matthaei* LVDECI *Miſſale*, & *Veſperale*, de quibus lib. II. cap. IV. dicturi ſumus.

p. 78.

Gallice, *Genevae MDCLXV.* SCRIBE *Graece Cantabrigiae* MDCLXV. 12. *Gallice Genevae* apud *Johan. Antonium*, & *Sam. de* TOVRNES MDCLXVI. 8. Curramque hanc editionem indicat BVNAVIANAE *Bibliothecae* Catalogus *T. III. vol. I. p.* 375. item *Gallice*.

p. 80.

p. 80. VIDE T. II. p. 456.
...84. T. II. p. 456.
...87. T. II. p. 456.
...89. T. II. p. 456.
...90. T. II. p. 456.
...93. T. II. p. 457.
...98. ADDE

quique viri mirabuntur. Sed quoniam *Mediolani* Pſalterium alind a noſtro obtinuiſſe P. CALMETVS monuit, non importunum erit heic adnotare, in voluminibus, quae *Joh. Baptiſta* CORNEVS a. MDCXC. demortuus *Mediolanenſis* Archiepiſcopi archivo legavit, opuſcula duo exſtare, alterum *Vol. XIV. n.* 2. de Pſalterio *Ambroſiano*, alterum *Vol. XVI. num.* 1. de Pſalterio *Romano*, & *Ambroſiano*.

...100 ADDE

homiliarium deſignari vides. Recentius quoddam AMBROSIANVM homiliarium non omittam, quod PHILIPPVS II. *Hiſpaniarum* Rex ſuis ſumptibus vulgari juſſit *Antuerpiae* ex officina *Plantiniana* MDLXXV. fol., & S. *Carolo* BORROMEO ab auctore *Joah. Stephano* LEINATIO *Mediolanenſi* inſcriptum fuit: praenotatur autem *Volumen homiliarum, e S.* AMBROSII *Epiſcopi, & Doctoris libris contextum*. Exſtat in hoc opere *Petri* GALESINII doctiſſima Epiſtola, qua illud luculenter exornat.

... 103. ADDE

editio curata fuerit. Hymnarium AMBROSIANVM, quod ſequente Tomo expoſitum a. 1460. a *Franciſco de la* CRVCE, ſeu CRVCEJO videbimus, a noſtro differt.

...ibi. VIDE T. II. p. 457.
p. 104. T. II. p. 457.
p. 110. not. 3. T. I. p. 355.
.... not. 4. T. II. p. 457.
p. 113. ADDE

cauſſa ſuſcepto. Vale „ Quod ſpectat ad prudentes homines, ac ſacrarum litterarum, & pontificii Juris doctrina praeditos, quos QVIGNONIVS ſe adhibuiſſe ait, horum princeps fuit *Didacus* NEILA *Salmanticenſis* Canonicus, de quo VASAEVS in *Chronici* capit. VII. & *Nicolaus* ANTONIVS [*Biblioth. Hiſpan. T. I. p.* 233.]

pag.

p. g. 116. not. 6. ADDE

Cap. 68. Nimirum in caeteris Anonymus quidam auctor *conſultationis de reformandis horis Canonicis* apud *Nicolaum* ANTONIVM [*Bibl. Hiſp. T.* I. *p.* 354.] de abrogata QVIGNONIANI Breviarii formula conqueri, nullamque cur aboleretur, fuiſſe cauſſam auſus fuerat adfirmare.

p. 121. VIDE T. II. p. 458.

ubi tamen pro *p.* 113 ſcribes *p.* 119., iiſque verbis *ad* BVNAVIANAM tranſiit; ADDIS pretio 25. florenorum, ex ejuſdem Bibliothecae Catalogo [*T.* III. *Vol.* I. *p.* 371.]

p. 122. & Bibliothecae *Colbertinae* catalogo. SCRIBE & Bibliothecarum *Colbertinae*, ac *Bunavianae* [T. III. *Vol.* I.] catalogis.

p. 123. ADDE

quam illud diſcrepat. Divinorum Officiorum juxta *Ambroſianae* Eccleſiae ritum Codices ab EVSEBIO *Mediolanenſi* Archiepiſcopo reſtitutos quincto Chriſtianae Aerae ſaeculo fuiſſe ſunt, qui perhibeant apud ARGELATVM [*Bibliot. Mediol. col.* 580. Ut ut eſt, a. MCCCCLXXV. *Chriſtophorus* WALDARFER typographus *Ratiſponenſis* primam hujus Breviarii editionem nobis ſuppeditavit. *Liber iſte*, inquit SAXIVS in hiſtoria typographico-litteraria [*col.* clxii.] *titulo*, *ac praefationibus caret*, *ſtatimque exorditur ab Hymno* Te Deum. *Nullae in ipſo aut e ſacris Scripturis*, *aut e Sanctorum vitis decerptae lectiones occurrunt*, *diverſoque prorſus ordine ab iis*, *quibus nunc utimur*, *in Pſalmorum*, *ac precum deſignatione procurrit*. MARTENIVS ejuſdem Breviarii exemplum indicat a. MCCCCLXXXVII. regnante *Johanne Galeatio Maria* VICECOMITE duce excuſum, de quo plura idem SAXIVS *p.* cclxxxi. Multo emendatius prodiit a. MCCCCXC. Petro CASOLA curante, qui & *ſpeculum* addidit *Matutinalis officii* more Ambroſiano a *Theodoro Mediolanenſi* Archiepiſcopo ſaeculo viii. concinnatum. Confer SAXIVM *p.* cccxv. *ſeq.* Quae ſequuntur &c.

ibi *Mediolani* MDLXXXVIII. 4. ADDE (1)

(1) Prima reformati a S. CAROLO AMBROSIANI Breviarii editio anno curata fuit MDLXXXII.. Ejus deceſſores de illo reſtituendo cogitaverant. Hinc inter volumina *Mediolanenſis* Archiepiſcopi archivo, ut ſupra innuimus, ab *Joh. Baptiſta* CORNEO legata, quod octavum eſt, *Conſultationem* exhibet

pro

pro Archiepiſcopo Mediolani, *& pro Breviario* AMBROSIANO *corrigendo*, *a Joh. Petro* PVRICELLO *ſcriptum anno* MDLXVII. paginarum fere centum, ut ARGELATVS teſtatur *Biblioth. Mediol.* col. 475. Verum S. CAROLVS pro ſuo Divini cultus ſtudio rem ſerio perfecit, *adhibito*, ut loquitur SAXIVS *col.* 162., *in partem nobilis curae una cum aliis doctis viris*, Petro GALESINIO, *in Eccleſiaſtica eruditione egregie verſato*, *cujus etiam ſunt lectiones de vitis Sanctorum*, *quae Breviarii ejuſdem Sancti Archiepiſcopi juſſu tunc edito inſertae*, *praeſenti quoque aevo recitantur in eorumdem Natalibus*.

ibi: & MDCLXI. 8. (1). CORRIGE. & MDCLXI. (1).

p. 125. ex typogr. LONGHI 4. ADDE

SALERNITANA Eccleſia a ROMVALDO II. Archiep. poſt medium ſaeculum XII. adcepit Breviarium, itemque *Caeremoniale pro recitatione Horarum divinarum*. Vide Tomum operis noſtri II. cap. II. ad ann. MCLIII.

pag. 128. not. 10. ADDE

novis additis foliis reſecarentur. Qui nunc *Pariſienſem* Eccleſiam regit, praeſtantiſſimus Archiepiſcopus *Chriſtophorus de* BEAVMONT Breviarium (ſuae, ut reor, Eccleſiae) novem tomulis a pio, ac docto viro Gallice redditum a. MDCCLXIX. *Pariſiis* vulgari juſſit. Vide DINVARTII Diarium Eccleſiaſticum (T. XXXVI. pag. 183.)

pag. 129. VIDE T. II. p. 458.

. . . 130. ADDE *in Alemannicis* ADDE

GOSSLARIENSE Ecclesiae exemptae Sanctor. SIMONIS & JVDAE, *Halberſtadiae*, MDXXII. 8. vol. II. Exſtabat in Bibliotheca *Bunaviana*; ex ejus Catalogo (*pag.* 371.]

. . . ibid. VIDE T. II. p. 458.

. . . 131. T. I. p. 355.

ibi. ADDE (*Cap. CXXXVII.*)

confirmat recitatis *Johannis* VASEI, & *Petri* GALESINII verbis *Nicolaus* ANTONIVS [*T.* 1. *Bibl. Hiſp. p.* 67.

ibi VIDE T. II. p. 459.

ibi. T. I. p. 356.

pag. 132. VIDE T. II. p. 459.

pag. 133. CISTERCIENSIVM vero *Pariſiis* MDXXXIV. 12. MDLXXXJ., & MDCXVIJ. 8. CAELESTINI ſuum.

REFINGE hunc locum ſic:

CISTERCIENSIVM vero *Venetiis* apud *Franciſcum Ghyrardengum* MCCCCXCIV. die ultima Maii, ex emendatione D. *Hieronymi* SANSONII, qui ibidem *Diurnum* CISTERCIENSE eodem fere tempore edidit a ſe diligenter correctum, ut ARGELATVS prodit [*T. II. Bibl. Scrip. Med. col.* 1284.]; tum *Pariſiis* MDXXXIV. 12. *Venetiis* apud JVNCTAS in 8. MDLXXIX. curante P. D. *Malachia* BINASCO, qui in *Torcellano* coenobio degebat (vide ARGELATVM T.III. col, 1952., & MAZZVCHELLIVM [*T. II. P. II. p* 1235.]; iterum *Pariſiis* MDLXXXI, & MDCXVII. 8. Quum vero a CISTERCIENSIBVS de veteri abdicando officio, ac BENEDICTINO recipiendo poſtea fuiſſet actum, D. *Francus* FERRARIVS, quem a. MDCCXI. vita functum idem ARGELATVS ſcribit [*T. I. col.* 604.] *ritus ſervandos a* CISTERCIENSIBVS *in abdicatione proprii Breviarii, vel Miſſalis, & receptione Miſſalis, ac Breviarii Monaſtici* BENEDICTINI propoſuit ſingulari opuſculo, quod cum caeteris eruditiſſimi hujuſce Monachi lucubrationibus exſtat apud CISTERCIENSES in oppido *Caravagii*. CAELESTINI quoque ſuum Breviarium.

ibid. ADDE MDCXXXII. 12.,
& *Venetiis* MDCLXXXIX. apud CIERAS 8.

ibid. ADDE GRIGNANI 8.
& *Antuerpiae* ex officina PLANTINIANA MDCLXXXVIII. 8.

pag. 134. ADDE MDXLVIII.

(ſic enim legendum, non ut alicubi inveneram, MDXXXVIII.) 8. Sed de hoc *Humiliatorum* Breviario plura invenies cum apud SAXIVM (*l. c. col. CCLIV. ſeqq.*) praeſertim ex litteris Cardinalis *Federici* BORROMAEI, ad ejus Ordinis jam extincti Sanctimoniales datis a. MDCXXXI.; tum apud Cl. TIRABOSCHIVM (Vol. I. operis inſcripti: *Vetera* Humiliatorum *monumenta pag.* 90. *ſeq.*) Hoc unum non praetermittam, fuiſſe hoc Breviarium primo *Mediolani* vulgatum A. MCCCCLXXXIII. cura *Stephani* de NOTTIS *per Johannem Antonium* de OGNATE; poſtremo ibidem anno MDCCLI. elegantiſſimis *Joſephi* MARELLII typis.

ibi. VIDE T.II. p.459.

.... 135. T.II. p.459.

...ibi

... ibi.		T.I. p.356.
.... 136.		T.II. p.459. & 460.
pag. 146.	ADDE	

Mox infra conſtabit. (1)

Tum in extrema pagina haec adnotatio notae 2. praeponatur.

(1) Haec ex monumentis tunc notis tradita fuere. Non innotuerant ſcilicet CLEMENTIS VIII. litterae, quas ab humaniſſimo *Cajetano* MARINIO e *Vaticano* Archivo ſuppeditatas exhibere mihi licet. Reddo illas.

CLEMENS PP. VIII.

Ad futuram rei memoriam.

CUm ſicut accepimus bo. me. Julius Antonius Epiſcopus Praeneſtinus S. R. E. Cardinalis Sanctae Severinae nuncupat. major Pœnitentiarius, cui fel. rec. Gregorius XIII. Praedeceſſor noſter Ritualis reſtituendi curam impoſuit, in hujuſmodi Rituali perficiendo, & typis cudi faciendo, non ſolum aſſiduos labores ſuſtinuerit, ſed & graves impenſas fecerit, & dilecti filii Paulus Aemilius Sanctorius noſter in utraque Signatura Referendarius, & Sacrae Pœnitentiariae Datarius, ejuſque germani fratres haeredes praedicti Julii Antonii Epiſcopi Cardinalis impreſſionem dicti Ritualis proſequi, ac illud, quod in ſatis magnum volumen excrevit, in compendium, & minorem formam reducere propoſuerint. Nos illorum indemnitati quantum in Domino poſſumus, proſpicere, dictoſque Paulum Aemilium, & fratres ut ſupra haeredes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum praeſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, praedictis haeredibus dicti Julii Antoni Epiſcopi Cardinalis, ut decennio proximo durante, nemo tam in Urbe, & toto Statu noſtro Eccleſiaſtico mediate, vel immediate nobis

ſubjecto, quam alibi ubicumque locorum Rituale praedictum etiam poſtquam in compendium, & minorem formam redactum fuerit, ſine dictorum haeredum ſpeciali licentia in ſcriptis obtinenda imprimere, aut ab aliis ſine hujuſmodi licentia impreſſum vendere, aut venale proponere, vel tenere poſſit, auctoritate Apoſtolica tenore praeſentium concedimus, & indulgemus. Diſtrictius inhibentes omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, praeſertim librorum impreſſoribus, ac Bibliopolis in Urbe &c. ac toto Statu Eccleſiaſtico mediate, vel immediate ſubiecto exiſtentibus ſub mille Ducatorum auri de camera, ac amiſſionis librorum, & typorum omnium pro una Camerae Apoſtolicae, & pro alia Accuſatori, & Judici exequenti, ac pro reliqua tertiis partibus praedictis haeredibus applicandorum, extra vero Statum Eccleſiaſticum commorantibus ſub excommunicationis latae ſententiae eo ipſo incurrendis poenis, ne dicto durante decennio Rituale praedictum, tam in magno, quam in parvo folio etiam in compendium, & minorem formam redigendum ſine ſpeciali dictorum haeredum licentia hujuſmodi imprimere, vendere, ſeu venale habere, vel proponere audeant, ſeu praeſumant. Mandantes &c. Volumus autem ut praeſentium tranſumptis etiam in ipſo Rituali impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonae in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutae munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quae ipſis praeſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitae vel oſtenſae. Datum Romae apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris die 16. Octobris 1602. Pontificatus noſtri Anno undecimo.

pag. 147. ADDE

Camerae Apoſtolicae 4. *Rituale Romanum*, curante, & praeſide *Paullo Aemilio* SFONDRATO S. R. E. Cardinale, qui & plurimum in illud laboris inſumpſerat, & non paucas de ſuo caſtigationes adjecit, ut ait ARGELATUS (*Bibliot. Scriptor. Mediol. T. III. col.* 1371.)

pag. 148. VIDE T.I. p.356.

.... 150. ADDE T.II. p.460.

Iis vero, quae heic leges, poſt verba *aulicum*. 4. ADDE: Eodem nomine prodiit *Rituale Sacramentorum, ac aliarum Eccleſiae caeremoniarum, ex Rituali juxta decretum Synodi Pro-*

Provinc. PETRICOVIEN. *edito depromptum* , *ad uniformem Eccleſiarum Regni* POLON. *&* *M. Ducatus* LITVAN. *uſum* , *Vilnae* MDCLXXXVIII.

....151. VIDE T. II. p. 460. ubi tamen typographico mendo legitur GREYTAGII pro FREYTAGII.

....152. T. II. p. 460.

....153. T. II. p. 460.

....154. ADDE

AGENDA *Eccleſiaſtica ſecundum uſum Eccleſiae* VVYRZEBVRGENSIS &c. *Juſſu* , *&* *auctoritate* FRIDERICI *Epiſcopi* Wyrzeburgenſis *denuo recognita* , *&* *aucta* , *VVyrzeburgi* per *Joh.* BAVMANVM MDLXIV. fol.

....156 VIDE T. II. p. 461.

.... cartas implerem ADDE Unum addam hujuſmodi librum, quod latine editus eſt, *Rituale* , inquam , *Eccleſiarum* DANIAE *&* NORVEGIAE *latine* redditum per *Petrum* TERPAGER , *Hauniae* ex typograph. Univerſitatis , MDCCVI. 8.

....158. VIDE T. I. p. 356.

....ibi. T. II. p. 462.

....159. T. II. p. 462.

....161. T. I. p. 357.

p. 165. SALOMONI MDCCLII. ADDE

Habet ſuum Pontificale *Mediolanenſis* quoque Eccleſia . Apud ARGELATVM (*T. II. Bibl. Med. col.* 1083.) occurrit *Pontificale* (ſaeculo XIII. in membranis exaratum) *Eccleſiae Metropolitanae* MEDIOLANENSIS , *quod donavit* (XV. ſaeculo) *ipſi Eccleſiae ſuae digniſſimae memoriae quondam Dominus* Franciſcus de PIZOLPASSIS *natione* Bononienſis *Archiepiſcopus* Mediol. *cum multis aliis ſolemnium librorum voluminibus* &c.

....173. VIDE T. I. p. 357.

....176. ADDE

Venetiis MDLXXIII. excudente *AEgidio* REGAZOLA 8.

....177. *Inſtructiones* continet . *ADDE* . Fictitias quaſdam hujus operis editiones CLEMENT (*Biblioth. Curieuſe T.* VII. *p.*29.) diligenter perſequitur; qui tamen , caſtigandus nobis eſt, quod cum SCHELHORNIO (*Amoenit. litterar. T. V. p.* 242.)

nimis

nimis facilis fidem habuerit [*pag.* 29.] *Petro Paullo* VERGE-RIO mendaciſſimo , atque in *Romanam* Curiam infenſiſſimo apoſtatæ ſcribenti : *quod* CLEMENS *Papa VII. cum* [*ut erat aſtutus*] *valde iniquo tuliſſet animo* [hujus operis editionem] *ſupprimenda ea exemplaria* , *ac ne deinceps excuderentur* , *ſeveriſſime imperavit* .

.... 178. VIDE T.II. p. 462.

.... 179. T. II. p. 462.

.... ibid. ADDE

excudit in 12. Apud MAZZUCHELLIUM [*T. I. Script. Ital. P. I. p.* 386.] invenio , *Nicolaum* ALDINIVM Metropolitanæ *Florentinæ* Eccleſiæ Cappellanum , qui a. MDCLXVI. deceſſit, reliquiſſe hujus *Caeremonialis* exemplum ſcholiis ſuis manu exaratis illuſtratum .

.... 180. ADDE

MDCCXIII. in fol. , quae ſecunda editio fuit apud *Malateſtam*

.... ibid. VIDE T. II. p.463.

.... ibid. ADDE

Miniſtri Generalis editum *Mediolani* MDCXIV. 4. Huc autem referendum eſt Caeremoniale BENEDICTI XIV. P. M. juſſu editum pro Baſilica ASSISIENSI S. FRANCISCI *in Patriarchalem* , *&* *Cappellam Papalem* erecta , *Romæ MDCCLIV.* 4.

.... ibid. VIDE T.II. p.463,

IN-

Digitized by Google

INDICVLVS

Rerum in his omnibus additamentis contentarum.

Numerus Arabicus paginas; Romanus primi, aut ſecundi tomi additamenta deſignat: ubi vero Arabico nullus praefigitur numerus Romanus tertium hocce volumen intellige.

A

AGENDA *VVirtzburgenſis pag.* 317.
ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ, II. 456.
AMBROSIANVM
Breviarium. *pag.* 312.
.... Homiliarum. *pag.* 311,
.... Hymnarium. *pag.* 311.
.... Miſſale. *pag.* 309.
.... Pontificale. *pag.* 317.
ANDEGAVENSE.
Proceſſionale II. 462.
ANGLICANA haereticorum Liturgia, *pag.* 310.
ANTIPHONARII Codex I. 354.
ANTVERPIENSIS *Lutherana* Agenda, II. 456.
ARGENTORATENSE Breviarium II. 458.
. . . . . Rituale II. 461.
ARMENORVM Liturgia I. 354.
ASSEMANI Codex Liturgicus. I. 354.
ASSISIENSIS *Min. Convent.* Baſilicae Caeremoniale. *pag.* 318.
AVGVSTENSE Breviarium II. 458.
AVENIONENSE Miſſale. I. 355.

B

BAMBERGENSE Breviarium II. 458.
BASILII Imp. Menologium II. 458.
BENEDICTI XIIII. Caeremoniale. *pag.* 328.
BENEDICTINORVM Miſſale. *pag.* 310.
BENEDICTIONALIS Liber, II. 462.
BRACARENSE Sacramentale II. 461.

BRE-

BREVIARIVM *Ambroſianum* . *pag.* 312.
. . . *Bambergenſe* II. 454.
. . . *Caminenſe* II. 458.
. . . *Ciſtercienſium* . *pag.* 314.
. . . *Eborenſe* II. 459.
. . . *Goſslarienſe* . *pag.* 313.
. . . *Humiliatorum* . *pag.* 314.
. . . *Magdeburgenſe* II. 458.
. . . *Mindenſe* II. 458.
. . . *Mozarabum* I. 355.
. . . *Pariſienſe* . *pag.* 313.
. . . *Quignonii* . *pag.* 311.
. . . *Romanum* , ejus codices Mss. I. 355. editiones antiquae II. 457.
Sclavonicæ verſio I. 356.
. . . *Salernitanae* Eccleſiae . *pag.* 313.
. . Sanctimonialium S. BIRGITTAE II. 459.
. . . *Slevvicenſe* II. 459.

C

CAEREMONIALE ASSISIENSIS S. *Franciſci* Baſilicae . *pag.* 318.
. . . . . Epiſcoporum II. 462.
. . . . . MARCELLI (*Chriſtophori* . *pag.* 317.
. . . . . Regularium Ordinum II. 463.
. . . . . SALERNITANAE Eccleſiae . *pag.* 313.
CAMERACENSIS Ordo II. 362.
CAMINENSE Breviarium II. 458.
CANONICORVM Reg. S. *Salvatoris* Officia II. 459.
CARTHVSIANORVM Miſſale . *pag.* 310.
CATECHVMINORVM liber I. 356. II. 461.
CHALDAEORVM Pontificales libri I. 357.
CISTERCIENSIVM Breviarium . *pag.* 314. Miſſale . *pag.* 310.
CREMENSE Rituale I. 356.
CVRSVS . V. *Officium* B. MARIAE Virg.

D

DINVARTIVS Abbas notatus . *pag.* 308.
DIVRNI Officii editiones II. 459.

E

EBORENSE Breviarium II. 459.

ECLO-

ECLOGADIA Evangelia II. 454.
EPISCOPORVM Caeremoniale II. 462.
EPISTOLAE cum Evangeliis Luſitanice verſae. II. 455.

F

FAVENTINVM Rituale. II. 461.

G

GERMANICARVM Eccleſiarum Sacramentaria. *pag.* 309.
GNESNENSE Miſſale II. 455.
GOSSLARIENSE Breviarium. *pag.* 308.
GRADALE. II. 454.
GREGORIANVM Sacramentarium. II. 454.

H

HAERETICARVM pſeudo-Eccleſiarum Rituale. *pag.* 317.
HOMILIARIVM *Ambroſianum*. *pag.* 311.
HVMILIATORVM Breviarium. *pag.* 314.
HYMNARIVM *Ambroſianum*. *pag.* 311.

I

S. JACOBI Liturgia. *pag.* 306.
JAPONENSE Manuale II. 460.

K

KALENDARIA. II. 457.
KOINONIKON, hymnus *Graecorum* II. 456.

M

MAGDEBVRGENSE Breviarium. II. 458.
MANVALE II. 460. *Japonenſe*, ibi.

Digitized by Google

MARONITARUM Miſſa. I. 354.
MARCELLI (*Chriſtophori*) Caeremoniale. *pag.* 317.
MARTYROLOGIUM *Romanum* II. 457.
MINDENSE Breviarium. II. 454.
MISSALE *Ambroſianum*. *pag.* 309.
. . . . *Moguntinum* II. 455.
. . . . *Pictavienſe*. *pag.* 308.
. . . . *Plocenſis* Dioeceſis II. 456.
. . . . *Romanum*, ejuſque prima editio. 306. Editiones aliae II. 455.
Illyrica verſio I. 355.
de MONTE LAVDUNO (*Guillelmi*) Sacramentarium I. 354.
MOZARABUM Breviarium. I. 355.

O

OFFICIA aliqua peculiaria II. 459. & ſeq.
. . . . *Auguſtinianorum*. *pag.* 314.
. . . . Fratrum *Minorum*. *pag.* 314.
OFFICIUM B. MARIAE Virg. I. 356. II. 459.
ORATIO, *Deus qui* B. PETRO &c. ut in noſtris correctis Miſſalibus, & Breviariis exſtat, defenſa. *pag.* 308.
ORDO *Cameracenſis* II. 362.
. . . . *Romanus* I. 357.

P

PANVINIUS (*Onophrius*) II. 462.
PARISIENSE Breviarium *Gallice* verſum. *pag.* 313.
PICTAVIENSE Miſſale. *pag.* 308.
PLOCENSIS Dioeceſis Miſſale. II. 456.
POLONIAE Rituale. *pag.* 316.
PONTIFICALE *Ambroſianum*. *pag.* 317.
. . . . *Chaldaeorum* I. 357.
PONTIFICIS *Romani* electio II. 462.
PROCESSIONALE *Andegavenſe* II. 462.
. . . . *Senenſe* II. 462.

Q

QVIGNONII Card. Breviarium. *pag.* 311.

RE-

R

REGVLARIVM Ordinum Caeremoniales Libri. II. 463.
RITVALE *Argentinenſe*. *II.* 460.
. . . . *Faventinum*. I. 358.
. . . . *Poloniæ*. *pag.* 316.
. . . . *Romanum*.
. . . . *Sanctorii* Card.
. . . . Slevvicenſe II. 461.
. . . . Wratislavienſe. II.460.
ROMANI Pontificis electio. II. 462.
ROMANUM Breviarium.) V. *Breviarium*.
. . . . Martyrologium.) V. *Martyrologium*.
. . . . Miſſale.) V. *Miſſale*.
. . . . Rituale.) V. *Rituale*.
ROMANUS Ordo. I. 357.

S

SACRAMENTALE *Bracarenſe*. II. 461.
SACRAMENTARIA *Germanicarum* Eccleſiarum. *pag.* 307.
SACRAMENTARIUM *Gregorianum*. II. 454.
. . . . de Monte Lauduno *Guillelmi*. I. 354.
. . . . vetus *Italicum*. II.455.
SANCTIMONIALIVM S. *Birgittæ* Breviarium II. 459.
SANCTORII Card. Rituale. *pag.* 315.
SENENSE Proceſſionale II. 462.
SLEWICENSE Breviarium II. 459.
. . . . Rituale II. 461.
SYNAXARIA II. 456.

V

VRATISLAVIENSE Rituale II. 460.

Digitized by Google

Antonio ZAROTO vulgari curavit, THEODORI *ſpeculum* adtexuit.

ARGELATVS (*Bibliot. Script. Med. T. II. col.* 1488.) addit, THEODORVM aliquid elucubraſſe *de Antiphona ſepties repetenda ad Crucem eo tempore, quod Adventui Domini eſt dicatum*.

pag. 50. ubi de PAVLLO diacono agitur, conſule dicta lib. I. ADDE, ac LIRVTVM *de* FOROJVLIENSIBVS *litteratis Viris*. (*T. I. p.* 184. *ſeq.*)

pag. 51. ubi de eodem VIDE T. II. p. 465.
pag. 53., ubi de Alcuino T. II. p. 465.

pag. 55., ubi de MAXENTIO, *Anecdot.* P. II. *pag.* 12. CORRIGE & ADDE P. II. *col.* 7. Multa ad hoc opuſculum ſpectantia lege apud LIRVTVM in praeclara, atque alias laudata de FOROIVLIENSIBVS litteratis Viris tractatione. (*Vol.* I. *pag.* 253. *ſeqq.*) Caeterum in Codice S. EMMERANNI, unde hanc PETIVS eruit epiſtolam, eam continenter nullo Auctoris praenotato nomine ſequuntur *collectanea dicta de antiquis Ritibus Baptiſmi, eorumque ſignificatu*, quae quis fortaſſe eidem MAXENTIO tribui poſſe ſuſpicaretur, nullo tamen ſatis ſolido fundamento, ut idem LIRVTVS (*pag.* 259.) recte animadvertit.

pag. 59. ubi de S. IOSEPHO Hymnographo *recognoſcas*: ADDE. Ex his hymnis, quos MONGITOR in *Bibliotheca Siculi* [*T. I. p.* 385., *ſeq.*] diligenter percenſet, MARRACCIVS pro ſuo in Deiparam ſtudio, eos collegit, quos S. IOSEPHVS in MARIAE Deiparentis laudem cecinit, ac *Romae* A. MDCLXI. typis *Ignatii de Lazaris* edidit hoc titulo.

S. IOSEPHI *Hymnographi, Siculi, Syracuſani, Ordinis* D. BASILII MARIAE, *quo ejuſdem* S. IOSEPHI *de Auguſtiſſima Coeli, Terraeque Regina Deipara Virgine* MARIA *opera omnia, quae reperiri potuerunt, ex* Graecis *Mss. Codicibus collecta, Latine reddita, notiſque illuſtrata, nunc primo publicantur*. 8.

ibid. auctorem habeant. Deceſſit Hymnographus noſter A. DCCCLXXXIII. tertio Nonas Apriles, quo die BOLLANDIANI ejus acta, ſcriptaque eruditiſſimo commentario illuſtrarunt.

pag 57., ubi de METHODIO. ALLATIVS ſuffragari nollet. ADDE. Ejuſdem METHODII ſunt *Ordo ſervandus in ſponſalibus*. *Ordo*

Digitized by Google

Ordo in benedictione nuptiarum:
Ordo in benedictione bigami.
quos ordines in Ms. Bibliothecae BARBERINIAE codice idem ALLATIVS exſtare teſtatur. Vide MONGITORIS *Bibliothecam Siculam.* (*T.* II. *p.* 69.)

pag. 61. ubi de MARCO *Hydruntino*, perperam refert. ADDE, uti & TAFVRIVS, qui Tomo II. Hiſtoriae Scriptorum in NEAPOLITANO Regno natorum (*p.* 20.) eum anno DCCLXXVIII. adſignat.

ibid. *pag.* 21. *ſeq.* ADDE

Illuſtriſſ. *Hydruntinus* Archiepiſcopus *Franciſcus Maria de* ASTE *in Epitome de memorabilibus* Hydruntinae *Eccleſiae* [P. I. Cap. III. p. 17.), MARCVM *non ſolum compoſuiſſe Officium, quod recitant* GRAECI *Sabbato ſancto ob Domini ſepulturam, verum, quod iidem* GRAECI *a Septuageſima uſque ad Paſcha totum diſpoſuiſſe* ſcribit. Sed id a TAFVRIO non injuria ad fabulas amandatur [*p.* 210.]

pag. 76. VIDE T. II. p. 464.

pag. 80. ADDE

in *Laudunenſi* Eccleſia

MCLIII. ROMVALDVS II. *Salernitanus* Archiepiſcopus ab anno MCLIII. ab VGHELLIO, MVRATORIO, qui ejus chronicon ad annum MCLXXVIII. ex *Ambroſianae* Bibliothecae Ms. Codice cum SAXII V. Cl. adnotationibus intulit in VII. *Rerum Italic.* volumine, aliiſque apud TAFVRIVM in Hiſtoria Scriptorum Regni Neapolitani (*T.* II. *p.* 335. *ſeqq.*) plurimum commendatus.

I. *Breviarium* SALERNITANAE *Eccleſiae* contexuit; *quo quidem Officio*, inquit VGHELLIVS [*T.* VII. *Ital.Sacr. edit. Ven. p.* 404.] *uſi ſunt Canonici ejuſdem Eccleſiae ad annum uſque* MDLXXXVII. *quo tempore Archiepiſcopus* MARSILIVS *ad Capituli poſtulationem a* SIXTO V. *impetravit, ut in* SALERNITANA *Eccleſia ad communem* ROMANAE *Eccleſiae morem celebraretur, ſuo tamen, & Succeſſorum arbitrio veteres ejuſdem Eccleſiae caeremonias, rituſque, nec non ſingularia aliquot Sanctorum, quorum ibi corpora requieſcunt, Officio reſervare ipſi liceret.*

II. *Semeſtrio, ſeu ſcrupularios, vel Caeremoniale pro recitatione Horarum Divinarum, & pro peculiaribus functionibus*

Digitized by Google

nibus Eccleſiae SALERNITANAE duobus membraneis voluminibus comprehendit, quae in Archivio SALERNITANI Capituli exſtare TAFVRIVS [*l. c. p.* 338:] teſtificatur.

pag. 91. Oldibertus *Craſſus Mediol.* Archiep. ... DCCCCV.
COR. DCCCIV.

pag. 92. S. Romanus D. ADDE
Romualdus II. SALERNITANVS ... MCLIII.

pag. 93. Theodorus Antipatriarch.... MCLXXX. ADDE
Theodorus II. *Mediolan.* Archiep. ... DCCXXV.

ibid. VIDE T. II. p. 464.

Cap. 3. pag. 94. *colon. p. 2. ſeq.* ADDE
de ADARZO, & SANTANDER (*Gabriel*).

Matritenſis, & Viglevanenſi Sede, quam a. MDCLIV. indeptus fuerat, ad *Hydruntinam* a. MDCLVII. translatus, edidit ſuppreſſo nomine *Francofurti* MDCLX.

Dictamen circa excluſivam quandoque a Principibus interpoſitam (quam defendit), *ne aliquis in ſummum Eccleſiae Pontificem eligatur*, apud haeredes *Joh. Godofredi* SCHOVETTERI. 4.

Scripſit etiam *de Canonizatione Sanctorum*; quod tamen opus, ſaltem *Nicolao* ANTONIO ſuam edente *Bibliothecam Hiſpanam*, ubi de eo agit [*T.* I. *p.* 384.], nondum in lucem emiſerat.

pag. 96. VIDE T. II. p. 464.

pag. 97. *della Santa Meſſa*. ADDE
de ALCAZAR. (*Martinus*)

Hieronymianus edidit *Nicolao* ANTONIO teſte (T. II. *Bibl. Hiſp. p.* 72.)

Kalendarium Romanum perpetuum ex Breviario, & Miſſali CEMENTIS VIII. *authoritate recognitis, cum feſtis, quae generaliter in* Hiſpania *celebrantur, in quo ordo recitandi Officium Divinum, & Miſſas celebrandi dilucide exponitur*, Matriti; ex Typogr. Regia MDCXVIII. 4.

ibidem *de Caeremoniis Miſſae*. ADDE, Matriti MDCX. 8. iterumque MDCXVII. 8.

Cave autem, ne cum WADINGO hunc cum *Johanne a Franciſco* de ALCOZER confundas, licet uterque e *Franciſcana* Familia ſcriptor fuerit.

pag. 99. Mediolani MDCCLVI. 4. ADDE

4. *De*

Digitized by Google

4. *De Sepulchris Chriſtianis in aedibus ſacris. Accedunt Inſcriptiones ſepulchrales Chriſtianae ſeculo ſeptimo antiquiores in* Inſubria Auſtriaca *repertae* &c. ibid. MDCCLXXIII. 4.

pag. 101. Euchariſtiae diſſerit. ADDE

AMBROGIO (*Joſeph Maria*)

Florentinus e Clericis Regularibus praeter alia, de quibus MAZZVCCHELLIVS [T. I. P II. p. 608.] emiſit in lucem.

Anno ſagro, illuſtrato di dichiarazioni Parafraſtiche, delle Lezioni, e de' Vangelj, quali tutto l' Anno ſi leggono nelle Meſſe correnti, e votive ſecondo l' ordine, e l' ultima Correzzione del Meſſale Romano; Aggiuntavi la ſpiegazione de' ſensi morali, ed allegorici più principali, e neceſſarj per l' intelligenza del teſto. Venetiis apud Franciſcum VALVASENSEM MDCLXVIII. 4. Editio I. Alteram dedit Auctor locupletiorem, *con una breve ſpiegazione letterale, e miſtica di tutto ciò, che appartiene alla Meſſa*, Florentiae apud *Joſephum* COCCHINI MDCLXX. 4.

ibid. *Muſ. Ital. P. II. p.* 443. ADDE

AMICO (*Laurentius*)

Siculus *Paullani* inſtituti aſſecla multa ſcripſit, in hiſque deperditum librum *Caeremoniarum Eccleſiaſticarum*, cujus MONGITOR, & MAZZVCCHELLIVS meminerunt.

pag. 102. *Patavii* prodiit MDXX. 12. CORRIGE. *Patavii*, ubi Auctor a. MDCLXXVII. deceſſit, a. MDCLXX.; quae ſecunda editio eſt poſt OLDOINVM [*Athenaei Auguſti p.* 284.) MAZZVCHELLIO indicata (*Tom. I p.* 736.)

ibid. Venet. MDCCXXXIV. ADDE

de ANGELIS (*Fr. Johannes*)

Ordinis *Minorum*, quos *Diſcalceatos* vocant, *Hiſpanice* evulgavit

Tratado de los Sacratiſſimos Myſterios de la Miſa, Matriti 1604. typis Regiis.

pag. 112. de RVSCONIBVS MDXXIV. 8. ADDE

XXIV.

Hiſtoire des Fêtes de l' Egliſe, & l' eſprit, dans le quel elles ont étées établies, Pariſiis MDCCLXXIX. apud *Joh. Franc.* BASTIEN 12.

XXV.

Gl' Inni &c. Ad hunc porro modum caeteros Anonymorum numeros refinges,

pag. 117,

pag. 117. *Antuerpiae* MDXCVI. 4. librum *de Sacroſancto Miſſae Sacrificio*. CORRIGE, *Miſterios de la Miſa* Matriti MDXCVI. 4., & ibidem MDXCVIII. hoc titulo: *Conſideraciones ſobre el altiſſimo Sacrificio de la Miſa: del Santiſſimo Sacramento: del Agua bendita: de las Imagenes, y Reliquias: de la Señal de la Cruz: de l' Agnus Dei*. 4.

ibid. in Biblioth. S. I. ubi *Antuerpienſem* indicat ejuſdem anni MDXCVI. editionem, & *Nicolaus* ANTONIVS (*Bibl. Hiſp. T.* I. *p.* 307.)

AQVEVS (*Hieronymus*). De hoc Scriptore, qui *Mediolanenſe Sacramentarium* emendavit, reſtituit, auxit, alterum MAZZVCHELLIVS ſilet. Vide infra BORROMAEVS (*S. Carolus*.)

ibid. VIDE T. II. p. 464.

pag. 118. [*pag.* 507. *ſeq.*] ADDE

de ARGOMANES [*Johannes*]

Ordinis *Minorum*. Tribuit ei HAROLDVS in *Supplem.* WADINGI librum *Hiſpanicum* praenotatum

Reglas, y arte del rezar el Officio divino.

pag. 119. *cap. VI. art. I. n.* 3. ADDE

ARON (*Petrus*).

Florentinus, de quo MAZVCHELLIVS (*T. I. vol. II. p.* 1117.) *Mediolani*, abſque ulla anni indicatione apud *Joh. Antonium de* CASTILLIONO edidit:

Compendiolo di molti dubbj, ſegreti, e ſentenze intorno al canto fermo e figurato.

Hoc autem compendium Latine reddidit *Joh. Antonius* FLAMINIVS, ac *Bononiae* vulgavit in aedibus *Benedicti* HECTORIS MDXVI. inſcriptum: *Libri tres de inſtitutione Harmonica editi a* Petro AARON Florentino, *interprete* Joh. Antonio Flaminio Cornelienſi. 8. *Petrum* inter, & *Franchinum* GAFVRIVM *Laudenſem* hujuſce operis cauſſa gravis orta eſt controverſia, quam idem FLAMINIVS (*Lib. XI. epiſt.* 28. *ſeqq.*) narrat.

ibid. MDCCLII. 12. ADDE

D. ASSELINE Vide infra DINOVART.

ibid. V. infra LANGVET. ADDE

ASSENSIO (Fr. *Michael*)

Ordinis *Minorum* edidit omiſſum a WADINGO opus, nempe

Copiam accentuum dictionum Breviarii Latinarum, Graecarum, Hebraicarum, Caeſarauguſtae MDCXXI.

pag. 120. Tarracone MDCIV. 4. ADDE

ATTAVANTI (Fr. *Jacobus*).

Ordinis Servorum B. M. cui CLEMENS VIII. illum praefecit. Exſtant in ſui Ordinis Bibliotheca *Piſis*, ubi a. MDCVII. vitam cum morte commutavit, plura ejus opera, ut

Trattato ſpettante alle Ore Canoniche.

De' Riti di ſeppellire i Cadaveri.

Tractatus de Sacrificio Miſſae.

De Correctione anni tempore GREGORII XIII.

pag. 123. *Vol. II. P. I. pag.* 42. ADDE

BAGNI (*Blaſius*)

Vir apud Canonicos Regulares *S. Salvatoris* magni nominis ineunte ſaeculo xvii. [a]. Ejus ſunt.

1. *Caeremoniae obſervandae a recitantibus Officium divinum, & a celebrantibus Miſſas Majores ad uſum Canonic. Reg. Congr. S. Salvatoris*, Romae apud MASCARDVM MDCX.

2. *Officia propria Canonic. Reg. Congr. S.* Salvatoris *a S. Sede primum approbata, nunc vero amplificata, a S. C. R. emendata, approbata, et conceſſa*, ibid. apud eumdem MDCXIII.

[a] Vide Cll. VV. TROMBELLIVM *Memor. Iſtor. delle due Canoniche di* S. Maria del Reno, *e di* S. Salvatore *p.* 261. ec. ac MAZZVCHELLIVM (*Vol. II. p. I. pag.* 59.)

pag. 126. in Cod. ASSEMANI. ADDE

DE BARRIONVEVO MONTIEL (*Andreas*)

Baeticus, primum exiguae molis libellum edidit inſcriptum *de la Miſſa reçada, ſeu de Miſſa recitanda*; deinde pleniorem eodem de argumento tractatum, cui titulum fecit

Eſpejo de Sacerdotes, en que ſe ven las Ceremonias de la Miſſa reçada, y ſolenne, Hiſpali MDCXXV. 8.

pag. 152. *Et de modulatione organi*. ADDE

BARBOSA (*Simon Vaz*)

Luſitanus, Vimaranenſis, Doctor *Conimbricenſis*, & celeberrimi *Auguſtini* BARBOSAE frater germanus, cum alia edidit a *Nicolao* ANTONIO percenſa, tum in rem noſtram.

Tractatum de dignitate, origine, & ſignificatis myſterioſis Eccleſiaſticorum graduum, Officii divini, veſtium Sacerdotalium, & Pontificalium, atque verborum, Caeremoniarum,

&

Digitized by Google

& aliarum rerum pertinentium ad Sanctiſſimum Miſſae Sacrificium, Lugduni apud *Laurentium* DURAND MDCXXXV. 8.

pag. 126. *Bibliotb. Orient. pag.* 309. ADDE

BASCAPE' (*Carolus*)

Doctiſſimus *Novarenſium* Epiſcopus pridie nonas Octobris a. MDCXV. vita functus, de cujus geſtis rebus, librisque multi egere a MAZZUCHELLIO diligenter indicati (*T.* II. *p. I. pag.* 511.), ineditum reliquit, BOSCA, & ARGELATO teſtibus, librum

de Ritibus Eccleſiae MEDIOLANENSIS *fol.*

in AMBROSIANA Bibliotheca adſervatum

Item *Officia propria Sanctorum Eccl.* NOVARIENSIS *fol.*

pag. 127. *Anaphoram*. ADDE

BASSANI (*Andreas*)

Forojulienſis Canonicus *Concordienſis*, & in Seminario *Montis Faliſci* Praefectus ſtudiorum, publici juris fecit

Enchiridion ex opere BENEDICTI XIV. P. M. de Sacrificio Miſſae *conflatum ad uſum Sacerdotum*, Patavii apud MANFRE' MDCCXLVII. 12.

pag. 128. ſolideque defendit. ADDE

Nec minus erudite, ſciteque multa pertractat ad Sanctorum Canonizationem, & cultum in tribus libris *de Eccleſia triumphante*.

pag. 131. *T.* II. *pag.* 262. ADDE

BENIVIENI (*Dominicus*)

Florentinus, & *S. Laurentii* Canonicus, *Benedicto* RICCIARDINIO teſte, apud MAZZUCHELLIUM (*T.* II. *p.* II. *p.* 859.)

Commentarios in Sacros omnes Eccleſiae hymnos

perſcripſit, quibus tamen nondum A. MDCXVI. extremam manum impoſuerat.

Ibid. apud eumdem 8. quacum & altera *pro Sacerdote celebrante in Miſſa privata* recuſa fuit.

ibid. MDCCXXX. Confer MAZZUCHELLIUM (*T.* II. *p.* II. *pag.* 889. *ſeq.*) ubi hujus *voti* occaſionem narrat.

pag. 136. VIDE T. II. p. 464.

pag. 136. MCCCCLXXXVIII. ADDE *fol.* (quae editio perrara eſt)

ibid. *Tubingae* MCCCCXCIX. DELE

ibid. MDCCIV: 12. ADDE *Epithoma expoſitionis Canonis Miſſae Tubingae* *Wendelino* STEINBACH curante MCCCC-XCIX. 4 Hinc enata eſt *Lecturae* editio *Tubingenſis* ejuſdem anni, quam I. de la CAILLE, & MAITTAIRE obtruſerunt, quum nonniſi illius operis *epitomen Tubingenſis* typographus dederit, ut *David* CLEMENT animadvertit (*T. IV. p.* 235.) Nam vero eadem ſit haec epitome, quae *Compendiaria e lucidatio* a nobis deſignata, nonniſi utriuſque Libri comparatione deprehendes.

ibid. *T. IV. p.* 239. ADDE. NICERONIVS qui unum annum MDCV. editioni tribuit (T. xxiii.), narrat, BIGNONIVM non ſine omnium admiratione hunc Librum anno aetatis ſuae XV. edidiſſe.

ibid. MDCCXXXIX. in 12. ADDE.

BINASCO (*Malachias*)

Ciſtercienſis Monachus *Juvenalis* ORABONI Praeſidis juſſu, quum in *Torcellano* S. THOMAE Coenobio Vicarii munere fungeretur, ſui Ordinis *Breviarium* emendavit, editque *Venetiis* apud IVNCTAS MDLXXIX. 8.

p. 137. infra MAZZEI. ADDE

BIZZOZERO (*Benedictus*)

Monachus *Ciſtercienſis*. Ei tribuitur Italica verſio libri, quem infra videbimus a P. D. *Auguſtino* CASTANO editum *de maxime ſupernaturali* Agni Dei *virtute*. Vide ARGELATVM, qui tamen annum MDCCXXI, operi adſcriptum quum ſe vidiſſe in Codice ait, certe non annum intelligere potuit, quo verſio adornata fuerat (ait enim ipſe D. *Benedictum* A. MDCCXII. obiiſſe), ſed quo exarata. Confer etiam MAZZVCHELLIVM (*T.* II. *p.* II. *p.* 1297.)

ibid. *Saec.* XVI. *cap.* 3. ADDE

BLANCO (*Franciſcus*)

Aurienſis Eccleſiae Antiſtes, unuſque e Tridentinis Patribus multa ſcripſit. *Nicolaus* tamen ANTONIVS, qui ea (*T. I. Bibl. Hiſp. p.* 312.) enumerat, ſe neſcire ait, an illius ſit *Diſcurſo del Coro, y Oficio divino*, Barcinone MDCVIII. 8.

pag. 142. (*a*) 4. ADDE MDXCI. 8.

ibid. MDCXXI. ADDE MDCXXIV. 8. &

ibid. indicat, ADDE. de qua tamen dubito. Ea fortaſſis nonniſi e vitioſa numerorum tranſpoſitione prodiit.

pag.

pag. 143. *bujus magiſtri* . ADDE

BONELLI (*Benedictus*)

e *Minoribus*, quos *Reformatos* vocant, non incelebris noſtrae aetatis ſcriptor, de quo MAZZUCHELLIUS (*T. II. P. III p.* 1587. *ſeqq.*) ſcripſit.

1. *De certitudine Canonizationis infra certitudinem fidei divinae* .

2. *De apotheosi Sanctorum* .

pag. 144. MAZZUCCHELLII Scriptores Italicos. ADDE

BORROMAEVS (*S. Carolus*)

Inter varia opuſcula Archivo *Mediolanensis* Archiepiſcopi ab *Job. Bapt.* CORNEO legata eſt Vol. ix. ARGELATO teſte (T. III, *Bibl. Script. Med. col.* 1959.) *S. Caroli*.

Tractatus (Ms.) de Quadragesima Romana, & Ambrosiana.

In Bibliotheca quoque AMBROSIANA ſervatur *Sacramentarium juxta morem* Mediolanenſis *Eccleſiae diligentiſſime reviſum, caſtigatum, redintegratum, additionibus auctum a* Hieronymo AQVEO, Mediolani apud Fratres METIOS MDLX. 4., ac notis margini adſcriptis a Sancto Antiſtite inſperſum.

pag. 145. *P.* III. *pag.* 891. ADDE

D. BOVCHI' *Benedictinus in Pariſienſi S. Martini de Campis* coenobio

Miſſale Monaſticum *Cluniacenſe* editum A. MDCCXXXIII. emendavit. Extat praeterea in DINVARTII *Diario Eccleſiaſtico* [a] ejuſdem epiſtola de quibuſdam in nova Breviaria animadverſionibus.

[a] T. LXVI. pag. 272.

pag. 146. *cap. XV.* n. 21.

D. BOVRLET

V. DINOVART.

pag. 147. *Tozzi* MDCXI. *in* 16. ADDE, & apud eumdem MDCXII. iterum cum *hymnis* .

ibid. ejuſdem Anni MDLXVIII. ADDE

D. DE BRESSE

V. infra DINOVART.

pag. 149. VIDE T. II. p. 465.

pag. 150. non interciderit. ADDE

BVONFIGLI (*Nicolaus Aurificus*)

Vide ſupra AVRIFICVS [*Nicolaus*]. pag.

pag. 151. Bibliothecam Hiſpanam recentem. ADDE

de BVSTIS [*Bernardinus*]

Compoſuit Officium Immaculatae Conceptionis, quod SIXTVS IV Apoſtolico diplomate confirmavit.

Officium Sanctiſſimi Nominis JESV.

Officium S. Crucis.

Haec ex ARGELATO in Bibliotheca Scriptorum *Mediolanenſium* deprompſimus.

p. 153. VIDE T. II. p. 465.

ibid. ſine loci, & anni indicatione. ADDE

a CAMPORA [*Seraphinus*]

Meſſanae quum Arithmeticae inſtitutiones adoleſcentulis traderet, a. MDLIX. edidit

Il perpetuale delle Feſte mobili, e Lunario; quod emendatius *Romae* anno ſequente ab *Antonio Blado* recuſum fuiſſe TAFVRIVS prodit (*de Script. Regni Neap. T. III. P. II. pag.* 103. *ſeq.*)

pag. 154. Floruit circa. SCRIBE

Gente *Valentinus*, inſtituto vitae *Auguſtinianus* floruit circa.

ibid. ediditque. ADDE. *Barcinone*.

ibid. a GAVANTO indicatum. ADDE

CANTONVS [*Joh. Bapt.*]

Mediolanenſis e Capuccinorum familia edidit, ARGELATO teſte,

Declarationem omnium myſteriorum, quae continentur in Sacroſancto Miſſae Sacrificio, Mediolani MDCXLII. 4.

pag. 156. ROLLIVS deprehendit. ADDE

CARDOSO [*Gaſpar*]

Luſitanus S. I. Presbyter auctor fuit operis praenotati:

Kalendarium Romanum ad uſum Miſſarum, & Canonicarum horarum.

ibid. in Bibliotheca Neapolitana fit mentio. ADD. Meminit vero TAFVRIVS (*de Scriptor. Regni Neap. T. III. P. I. pag.* 164), & CARMIGNANVM obiiſſe ſcribit a. MDXLIV.

pag. 157. & MDCLXXXVII. 4. ADDE

CARTIER

Gallus, multorum operum Scriptor eruditus; quae inter

Pſalmodiae Eccleſiaſticae dilucidatio, qua loca obſcura in Pſalmis, & Canticis ſecundum ordinem Breviarii Monaſtici diſpo-

diſpoſitis occurrentia ad mentem SS. Patrum illuſtrantur, Friburgi MDCCXXXIV. 8.

ibid. niſi inimiciſſimus dubitaverit. ADDE

CASANOVA (*Andreas*)

Mediolanenſis, de quo PICINELLIVS in *Athenaeo* [*pag.* 30.] & ARGELATVS [*T. I. Biblioth. col.* 325.], vulgavit

Concordantiam Lectionis Evangelicae juxta morem Eccleſiae Mediolanenſis *cum* Romana, *& homiliariis*, Mediolani MDXCIV. MDCVIII. & MDCXVII. 4.

ibid. Canonicus edidit. ADDE

1. *Breviarum* AMRBOSIANVM, Mediolani a. MCCCCXC. (*a*).

2. Librum Litaniarum Triduanarum, ibid. MCCCCXCIV. 3.

ibid. MCCCCXCIX. 4. ADDE [*b*]

(*a*) Cave autem illud confundas cum Ms. Metropolitanae Baſilicae *Mediolanenſis* Codice, de quo PVRICELLIVS (*Diſſert. Nazar. cap. XLVIII. num.* 7.), & ARGELATVS [*T. I. Bibl. col.* 335.]. Inſcribitur is *Rubrica Breviarii Reverendi* CASOLAE *cum multis aliis*.

[*b*] Mirum eſt ARGELATVM, qui SAXII hiſtoriam typographicam laudat, ex hoc *Rationali* duos libros ſibi effingere potuiſſe, alterum quidem *Rationalis* nomine praenotatum, atque anno MCCCCXCVIII. editum, alterum *Caeremonialis Miſſae* AMBROSIANAE titulo inſcriptum, vulgatumque a MCCCCXCIX. Unus idemque liber hic eſt anno MCCCCXCIX. publica luce donatus.

pag. 159. CASTANVS [*Auguſtinus*) ADDE

Mediolanenſis e Clericis Regularibus, quos *Theatinos* dicimus, a PICINELLO (*Athen. pag.* 2.) & ab. ARGELATO (*T. I. Bibl. pag.* 339.) laudatus.

ibid. Venetiis ADDE (Veronae ARGEL.)

ibid. MDCLXIX. 4. ADDE. Hunc librum a *Ciſtercienſi* Monacho *Benedicto* BIZZOZERO Italice redditum ſunt qui velint, ut ſupra monuimus.

ibid. VIDE T. II. pag. 465.

ibid. BELTRANVM MDCXXX. 4. ADDE

CASTELLIVS (*Franciſcus*)

Adlectus is fuit A. MDXXXII. inter MEDIOLANENSIS Metro-

Metropolitanae Eccleſiae Ordinarios, ut ajunt; quodque ad ejus commendationem maxime facit, Sanctiſſimo Praeſuli CAROLO BORROMAEO pergratus fuit. Obiit autem a MDLXXVIII., multis relictis praeclarae ſuae eruditionis monumentis, quae tamen manu ſcripta in forulis Bibliothecarum MEDIOLANENSIVM delitefcunt. Ea ARGELATVS accurate enumerat. (*T. I. col. 342. ſeqq.*) Ad noſtram hanc Bibliothecam ſpectant

1. *De cauſſa inſtitutionis Veglonum, & Vegloniſſarum.*

2. *Miſſa Pontificalis* AMBROSIANA *in Cantu, quae perſonae, vaſa ſacra, paramenta, & utenſilia praeparanda ſunt in Miſſa Pontificali* AMBROSIANA, *& quidquid in ea agendum erit.*

3. *Tractatus de Veſperis Pontificalibus* AMBROSIANIS, *ad Joh.* Angelum ARCIBOLDVM MEDIOLANENSEM *Archiep.*

4. Latina epiſtola *Reverendiſs. D. Archidiacono, caeteriſque eiuſdem Ecclesiae Diaconibus de uſu, & praeſtantia* antiqui membranei Evangeliarii, quod Sacratario Metropolitanae Eccleſiae *Petrus* CASOLA dono dederat. Exſtat ea epiſtola in extremis Codicis paginis.

CASTILLIONAEVS (*Hieronymus*)

Ob eximiam vitae innocentiam, ſuaviſſimos mores, acre judicium, divinarum litterarum peritiam, ut in ejus epitaphio legimus apud ARGELATVM (*T. I. col. 365.*) *Theologus Protonotarius Apoſtolicus adoleſcens creatus, & MEDIOLANI Templi primarii Archipresbyter* deceſſit An. aetatis xxxiv. Salutis MDLXXXIII. *S. Carolus* BORROMAEVS ejus opera in *Diurnali* AMBROSIANO conficiendo, edendoque uſus eſt; quod in praemiſſo editioni Decreto idem Sanctiſſimus Cardinalis teſtatum voluit.

pag. 161. Velitris MDCCXLIX. ADDE

CELESTRIS (*Antonius*)

Panhormitanus Tertii Ordinis *S. Franciſci*, quem 19. Martii vita functum a. MDCCVI. MONGITOR (*Bibl. Sicul. T. I. pag. 59.*) ſcripſiſſe ait *breviter edenda*

1. *Parafrasi allegorica al Breviario Romano*:

2. *L' Officio della Settimana Santa commentato.*

CEPARI (*Virgilius*)

Multa

Multa edidit, de quibus Bibliotheca S. I. Praeter ea autem Ms. reliquit egregium *Directorium Canonizationis*, cujus cum laude ſaepe meminit BENEDICTVS XIV. in præſtantiſſimo opere *de Beatif. & Canoniz.*

pag. 164. CIMELIVS *Petrus*, *CORRIGE* (CIRVELO *Petrus*) [*a*].

ibid. MDXXVIII. fol. ADDE

[*a*] Laudatur veluti *indefeſſ in ſtudiis laboris homo*, *libriſque perpetuo adhaerens* ab *Alvaro* GOMEZIO (*Lib. IV. de reb. geſt. Franc.* XIMENII *Card.*). Cumprimis vero conſule *Nicolai* ANTONII *Bibliothecam Hiſpanam* (*T.* II. *pag.* 146.)

pag. 167. Vol. II. in 12. ADDE

COLLIN (P. *Nicolaus*)

Praemonſtratenſis Canonicus Regularis, edidit plures tractatus a DINVARTIO plurimum commendatos in Diario Eccleſiaſtico [*T. LIX. pag.* 190. *T. LXIII. pag.* 282., *& T. LXVII. pag.* 280.]. Nempe

1. *Traitè du ſigne de la* Croix, *fait de la* Main, *ou la Religion Catholique juſtifiée ſur l' uſage de ce ſigne*; *ouvrage hiſtorique & moral*, Pariſiis MDCCLXXV. apud DEMONVILLE 12.

2. *Traité de l' Eau benite*, *ou l' Egliſe Catholique juſtifiée ſur l' uſage de l' Eau bènite*; *ouvrage hiſtorique*, *polemique*, *& moral* ibid. MDCCLXXVI. (*a*)

3. *Traitè du Pain bèni*; *ou l' Egliſe Catholique juſtifiée ſur l' uſage du Pain bèni*; *ouvrage polemique*, *hiſtorique*, *& moral*, ibid. MDCCLXXVII. (*b*).

4. *Letre ſur la Fète de Pâque*. (*c*)

(*a*) Fuit qui nimiae in duobus adſerendis factis credulitatis auctorem accuſavit. Huic vero ab ipſo COLLINIO ſatisfactum brevi opuſculo inſcripto: *Refutation d' une Critique ſur le Traité de l' Eau bènite*. Adi DINVARTIVM *T.* LXIV. *Diarii Eccleſiaſtici* (*p.* 273. *ſeq.*)

(*b*) In hoc tractatu promittit Auctor daturum ſe novum *de Proceſſionibus* tractatum.

(*c*) Exſtat in *Pariſienſi* DINVARTII Diario [*T.* LXXII. *p.* 82.]

pag. 168. V. *Fernandus de Corduba*. ADDE

CORNEVS (*Franciſcus*)

Mediolanenſis Lectorum in Metropolitana Baſilica Primicerius, Scholae Cantorum Praefectus, & Archiepiſcopalis Archivii cuſtos, in AMBROSIANAE Eccleſiae ritibus perveſtigandis emicuit: quo praeſertim ſpectant duo ſupra triginta volumina fere omnia ab ipſo CORNEO exſcripta, atque Archiepiſcopi Archivo legata antequam a. MDCXC. e vivis excederet. Eorum argumenta vide apud ARGELATVM (*T. I. col.* 475. *ſeqq.*). Edidit etiam praeter alia

1. *Origine dell' Inſtituzione dell' Orazione delle XL. ore*, Mediolani MDCXLIX.

2. *Commemorationem anniverſariam coronationis Summi Pontificis.*

pag. 170. & HARTZHEIM *Bibl. Colon. pag.* 269. *ſeq.* ADDE

CREMONA (*Bartholomaeus*)

Mazarenſis e *Carmelitico* Ordine vir egregius a. MDXLVI. denatus, ſcripſiſſe fertur a MONGITORE (*Bibl. Sic. T. I. pag.* 96.)

Computum Eccleſiaſticum, *de Indictione*, *de Aureo numero*, *de littera Dominicali*, *de anno biſextili*, *de Feſtis mobilibus*, *de inveniendo Paſchate hinc ad mille annos*.

pag. 172. indicati non meminit. ADDE

DANZETTA [*Fabius*]

Peruſinus e S. I. Vir doctiſſimus, cujus eruditionem tanti BENEDICTVS XIV. fecit, ut quum de reformando Breviario cogitaret, eum in illud criticas animadverſiones ſcribere juſſerit. Quatuor eae Tomis in 4. continentur, quorum exemplum vidi apud ampliſſimum Praeſulem GABRIELI. Edita autem a P. AZEVEDO fuit P. DANZETTAE in hymnum *Te Deum* diſſertatio in calce *Exercitationum Liturgicarum*. V. ſupra AZEVEDO.

pag. 173. BIBLIOTHECAM *Piſtorienſem pag.* 184. ADDE

DIAZ [*Marcus*]

Luſitanus provinciae *Romanae* Reformatorum *S. Franciſci*, *Nicolao* ANTONIO teſte, edidit

Ordinem perpetuum recitandi divini Officii, Romae MD. CXXXVII.

DIAZ (*Nicolaus*)

Luſitanus Ordinis *S. Dominici*, a quo habuimus

Officia, vel *Lectiones Sanctorum aliquot*, *qui in* Luſitaniae

Regno

Regno celebrantur, ab eo ordinata, ut ait *Nicolaus* ANTONIVS.

DIAZ TANCO (*Vaſcus*)

Fraxinalenſis oppidi prope *Luſitaniam*. Capitulo Canonicorum, & Clericis *Aurienſis* Urbis nuncupavit opus praenotatum

Jardin del alma Chriſtiana, donde ſe tratant las ſignificaciones de la Miſſa, *y de las horas Canonicas, y de las nueve Ordenes Eccleſiaſticas*, Pinciae apud *Johannem de* CARAVAIAL MDLII. 4.

ibid. *T. III. pag.* 17. ADDE

Diſſertations ſur les differens habits anciens, & modernes des Chanoines Séculiers, & Réguliers, & des autres Eccleſiaſtiques. T. IV pag. 12. & 63. T. V. pag. 85. & 226. T. VII. pag. 92. T. VIII. pag. 73.

pag. 174. T. VII. Maii pag. 143. ADDE

Rèmarques ſur la Tiare du Grand Prètre, ſur les habits à la Judaique, & ſur la mitre des Evêques. Erreurs des Peintres a ce ſujet. T. VIII. pag. 217.

ibid. pag. 238. & ſuiv. ADDE

Enterrement ſolemnel de L'ALLELVIA. T. XI. pag. 90.

Ibid. Juin pag. 241. ADDE

Diſſertation ſur les Saints inconnus, ou baptiſés. T. XII. p. 267. *Obſervation ſur les huiles des Saints Martyrs envoyès par* S. GREGOIRE LE GRAND *à* THEODOLINDE, *& ſur ce qu'on appelloit* BRANDEA. T. XII. pag. 284.

ibid. *Sur quelques parties*. CORRIGE. RONDET *ſur quelques points*.

ibid. Juin pag. 269. ADDE. Par M. de VALOIS, Juin pag. 269.

ibid. Novemb. pag. 162. ADDE

L. E. RONDET, *ſur le Pſeaume* Venite, *& ſur l'uſage, que l'on en fait danſ les Breviaires*. T. XXVII. pag. 3.

pag. 175. Fevr. pag. 145. ADDE, & T. XXXIX. pag. 51. & 228.

ibid. Maii pag. 162. ADDE

L. E. RONDET, *Rèmarques ſur les Pſeaumes, qui ſe recitent dans l'Office du Dimanche* T. XLII. pag. 111. T. XLIII. pag. 99. & XLIV. pag. 3. & 195.

L. E. RONDET, Rémarques &c.

ibid. Avril pag. 93. ADDE

L. E. RONDET, *Plan des leçons de l'Ecriture Sainte, & nouvelle diſtribution des Legendes proposée pour les Breviaires*, T. XLVII. pag. 3.

ibid. *Rémarques ſur les Evangiles des Miſſels* T. XLVIII. Juillet pag. 3. CORRIGE, & ADDE

L. E. RONDET, *Rémarques ſur les Evangiles des Miſſels*, T. XLVIII. pag. 3. XLIX. pag. 3. & 99. LIII. pag. 99. & 195. & LIV. pag. 195.

Obſervations ſur le Calendrier Romain, T. L. pag. 3: & 195.

Lettre d'un Curè du Diœceſe du MANS *concernant le plan des leçons* [propoſitum T. XLVII. pag. 3.] *& obſervations de* L. E. RONDET *ſur cette lettre*. T. L. pag. 99. LI. pag. 3. & 193., & LII. pag. 195.

Lettre ſur le pain-béni, T. L. pag. 276.

L. E. RONDET, *rèponſe à la lettre prècedente*, T. LI. pag. 114.

Sur l'uſage de ſonner les cloches dans le temps d'orage, T. LII. pag. 155.

L. E. RONDET, *Calendrier* Gallican *extrait, & rèeueilli des Calendriers de diverſes Egliſes*, T. LIV. pag. 3.

Reponſe à la queſtion ſur les ſignes de Croix ſuper oblata *dans la celebration de la Sainte Meſſe*, T. LIV. pag. 167., & LVI. pag. 61.

Lettre de M. ASSELINE *ſur certaines Rubriques*, T. LIV: pag. 68.

L. E. RONDET, *ſur divers points de Liturgie*; *c'eſt à dire ſur les mots* Paracletus, & Paraclitus, Agapetus, & Agapitus *&c*. T. LV. pag. 59.

. . . . *Remarques ſur pluſieurs termes Eccleſiaſtiques, tels que* Rites, Rituels, Ritualiſtes *&c*. T. LV. pag. 195.

. . . . *Rémarques ſur les Pſeautiers de nos Breviaires avec le plan d'une nouvelle diſtribution des Pſeaumes*, T. LVI. pag. 3.

. . . . *Obſervations ſur le calcul Eccleſiaſtique*, T. LVI. pag. 99.

. . : . *Rèponſe à deux queſtions de Liturgie*, T. LVI: pag. 155.

ASSE-

ASSELINE, *rèponse à la queſtion : convient-il de dire l'Antienne* Regina cœli *aux complies du Samedy Saint ?* T. LVI. pag. 161.

Lettre ſur la manière d'adminiſtrer la Communion, & ſur les ſignes ſuper oblata, T. LVII. pag. 71.

L. RONDET, *ſur les Prieres de Heures, & remarques ſur l'origine des Neuvaines*, T. LVII. p. 75., & LX. p. 175.

. . . . *Plan d'un Office pour l'Avent*, T. LVII. p. 99.

. . . . *Sur l'O de l'Avent*, T. LVII. p. 124.

M. ASSELINE, *ſur les Proceſſions des Rogations*, T. LVII. pag. 151., & LVIII. pag. 84.

M. G. . . *ſur les mêmes*, T. LVII. p. 154., & 255.

L. E. RONDET, *Plan d'un Office pour le temps de Noel, & de l'Epiphanie*, T. LVII. p. 195.

. . . . *Plan d'un Office pour la Septuageſime, Sexageſime, & Quinquageſime*, T. LVIII. pag. 99.

. . . . *Plan d'un Office pour le Carême*, T. LVIII. pag. 195.

Lettre ſur quelques Rites Eccleſiaſtiques, T. LVIII. pag. 253.

L. E. RONDET, *rèponſe à la lettre prècedente*, T. LVIII. pag. 256:

. . . . *Plan d'un Office pour le temps de la Paſſion*, T. LIX. pag. 3.

. . . . *Plan d'un Office pour le temps de Pâque*, T. LIX. pag. 99.

Rèponſe à certaines queſtions ſur les Rites Romains, T. LIX. pag. 155., & LX. pag. 136.

Reſolution ſur des queſtions Liturgiques, T. LIX. p. 161.

D. GRAPPIN, *Benedictin, quand, & pourquoi s'eſt introduit l'uſage de faire gras le jour de Noel ? cette Fète arriva-t-elle un Vendredy ou un Samedy ?* T. LIX. p. 166.

Rèmarques ſur le calsul Eccleſiaſtique, T. LIX. p. 195.

L. E. RONDET, *plan d'un Office pour les Dimanches dèpuis a Fete de la tres-ſainte Trinité juſqu'à l'Avent*, T. LXIII. pag. 99.

. . . . *plan d'Office pour les Lundis depuis la Fete de la tres Sainte Trinitè juſqu'à l'Avent*, T. LXIII. p. 195.

. . . . *plan d'un Office pour les Mardis* &c., T. LXIV. pag. 3.

plan

. . . . . *plan d' un Office pour les Mècredis* &c. T. LXIV. pag. 99.
. . . . . *plan d' un Office pour les Jeudis* &c., T. LXIV. pag. 195.
. . . . . *plan d'un Office pour les Vendredis* &c., T.LXIV. pag. 3.
. . . . . *plan d' un Office pour les Samedis*, &c. T. LXV. pag. 99.
M. de BRESSE, *ſur la prèſentation de l'Eau bènite*, T.LXIV. pag. 72.
POVET, *ſur le mème argument*, T. LXIV. pag 143.
BOVRLET, *ſur le mème argument*, T. LXV. p. 58.
Queſtions liturgiques ſur la Meſſe des Morts, T. LXV.pag.85., & 174., T. LXVI. p. 75. & 160.

Recherches hiſtoriques ſur la Liturgie ſacrèe. 1. NOMS T. L XV. p. 74. 2. LIEVX, *c' eſt a dire des Egliſes*, T. LXV. pag. 119. 3. CHOEVR *des Egliſes*, T. LXV. pag. 254. 4. De l' AVTEL *& de toutes ſes dependences*, T. LXVI. pag. 37. & 215. T. LXVII. pag. 22. 5. De la CONSECRATION *des Egliſes*, *& des Autels*, T. LXVII. pag. 106. 6. *des* HABITS, ou ORNEMENS *de l' Evèque*, *des Prètres*, *& de leurs Miniſtres*, T. LXVIII. pag. 17. & 217. LXIX. pag. 24. 7. *des* VASES SACRES, *& de tous les autres*, *qui ſervent aux Saints Myſteres*, T. LXVIII. pag. 115. & LXIX. pag. 215. 8. *des* LIVRES &c. LXX. pag. 27., & LXXI. pag. 3. & 227. 9. LANGVES, T. LXXII. pag. 39. 10. *Qualitès de* L'HOSTIE, *du* VIN, *& de* l' EAV *deſtinès pour le Sacrifice*, T. LXXII. pag. 133. 11. *Des* MESSES SOLEMNELLES, *&* PVBLIQVES, T. LXXII. pag. 232., T. LXXIII. pag. 83. & 162., & T. LXXIV. pag. 43. & 143. 12. *Du* SIGNAL *pour appeller le peuple à la Meſſe*, T. LXXIV. pag. 237. 13. *Des* MESSES BASSES, *ou* PARTICULIERES T. LXXV. p. 44. & 154. 14. *Des* AGAPES T. LXXV. p. 260. 15. *Des* EVLOGIES, T. LXXVI. pag. 68.

Lettre ſur le Comput Eccleſiaſtique, T. LXII. pag. 19.

RIT, *qu' il faut obſerver dans la Benediction des animaux*, T. LXII. pag. 168.

Benediction contre les vers, *les mulots*, *les rats &c.* T. LXII. pag. 228.

Ob-

Obſervations ſur les nouveaux Breviaires, T. LXVI. p. 118.

SYMON *de* DONCOVRT, *lettre à l' Auteur du Journal ſur les Obſervations relatives aux nouveaux Breviaires*, T. LXVI. pag. 266. [*a*].

D. BOVCHE', *Lettre ſur les mêmes Obſervations*, T. LXVI. pag. 272.

Queſtions ſur la Benediction des femmes après leurs couches, T. LXVII. p. 178.

Lettre ſur le ſigne de la Croix, T. LXVII. pag. 231.

Sur la benediction du Cierge Paſchal, T. LXXI. p. 144.

Litaniae in honorem B. M. V., ex ſacris Scripturis deſumptae [*b*], T. LXXIII. p. 92.

Lettre ſur les nouvelles Litanies, & nouveaux Hymnes en l' honneur de la Sainte Vierge. T. LXXIV. p. 70.

L. E. RONDET, *Antiennes en l' honneur de la Sainte Vierge reformées*, T. LXXV. p. 80.

Recherches Hiſtoriques ſur la Proceſſion, l' Expoſition, la confrairie du S. Sacrement, les Fêtes inſtituées en ſon honneur, & ſur quelques uſages abuſifs de l' Eucharistie, qui ont été ſupprimés. T. LXXV. p.167. & 243., & T. LXXVI. p. 51. & 152.

Hactenus Diarii tomi , qui ad me pervenerunt ad ann. MDCCLXXIX. menſem Aprilem.

[*a*] Heic iterum DINVARTIVS in ſubjecta adnotatione (*pag.* 269.) neſcio quae de fraudibus obmurmurat, ambituque *Romanae* Curiae, quae ut Principum jura invadere liberius poſſet, vocem *animas* a celebri Collecta : *Deus*, *qui* B. PETRO, expunxerit. Sed, ut alia mittam, quae in eamdem rem Tomo I. paucis diſputavi, neque erudito viro, neque Theologo digna ea eſt animadverſio, qua Auctor ſtatum odioſae hujus quaeſtionis ſe ſe non probe intelligere ſatis prodit, quum Romani Pontificis poteſtas, quaecumque demum ſit, nonniſi in rebus ad religionem, animarumque ſalutem pertinentibus primò verſetur, nec per ſe ſe temporalia adtingat, ſed ſpiritalis ſit, & *animarum* vocabulo percommode indicetur. Vide etiam infra V. *de* DONCOVRT.

[*b*] Atqui ferendum non eſt quod Diarii Auctor (*p.* 94.) de hiſce Litaniis pronunciat : *il eſt* CERTAIN, *que celles-ci ſont préferables à celles qu' on oppelle* : Les Litanies de Lorette, *& qu' on chante ordinairement ; on n'y trouve ni allusions, ni allego-*

allegories &c. Per me licet in Breviaria *Senonenſe* , *Antiſſiodorenſe* , & *Benedictinorum* Congr. S. *Wittoni* illatae ſint . Verum nemo patiatur , recentes haſce Litanias a privatis hominibus contextas , a pauciſque dioeceſibus ſuſceptas , quae nec allegoriis figuriſve carent , & vix quidquam habent piae ſuavitatis , iis tanta jactantia anteferri , quae *Romana* probavit Eccleſia . At hae Litaniae *ex Sacris Scripturis* deſumptae ſunt . Eſto . Quid inde ? Numquid *Lauretanae* hac laude penitus deſtituuntur ? Atque ut omnia harum Litaniarum elogia e Scripturis prompta non ſint (quod ultro damus) non ſaltem e Patribus ſunt hauſta ? Quid ergo cauſſae ſit , cur vetuſtati novitas hac in re praeponatur , non equidem intelligo .

pag. 75. hujus Diarii verſionis . ADDE

DIONISI (*Philippus Laurentius*)

Romanus ſuppreſſo nomine vulgavit laudatiſſimum in *Romanis* hujus anni Ephemeridibus (*a*) librum hoc titulo praenotatum

Antiquiſſimi Veſperarum paſchalium ritus expoſitio de ſacro inferioris aetatis proceſſu dominica Reſurrectionis Chriſti ante Veſperas in VATICANA *Baſilica uſitato* , *conjectura* ; Romae MDCCLXXX. ex typographia *Marci* PALEARINI 8.

(*a*) *Num. XXXI. pag.* 242. *ſeqq.*

pag. 76. Tom. I. pag. 204. & 207. ADDE & HARTZHEIM in *Bibliotheca Colonienſi* (*pag.* 116).

pag. 177. MCCCCXCII. ADDE

de DONCOVRT (*Symon*)

Presbyter apud *Pariſienſes* S. SVLPICII juſſu PARISIENSIS Archiepiſcopi Miſſale , quod tribus fere ante annis prodiit , reformavit ; Breviarium quoque in epiſtola , de qua mox , reſtituere adgreſſum ſe eſſe ſcribit . In DINOVARTII Diario Eccleſiaſtico (*T. LXVI. Menſis Martii artic. XXXIX. pag.* 266.) exſtat ejus epiſtola an. MDCCLXXVII. data , in qua quid in Miſſalis emendatione praeſtiterit , enarrat . Gloriatur autem (*pag.* 269.) ſe Collectae : *Deus* , *qui* B. PETRO , nomen *animas* inſeruiſſe , idque a ſe factum ait *Gelasiani* Sacramentarii , *Ambrosiani* Miſſalis , & veterum *Pariſienſium* librorum exemplo . Addere poterat graviorem *Romanorum* Miſſalium etiam ſub S. PIO V. , & Caeremonialis libri a *Marcello Corcyrenſi* ſub *Leone X.* evulgati auctoritatem . Sed quod ad *Gelaſianum*

ſianum Sacramentarium adtinet, vere ut dicam, aliquid ab egregio hoc PARISIENSIS Miſſalis correctore diſſimulatur, quod magni intereſt protuliſſe. Nam etſi in eo Sacramentario exſtat oratio vocem *animas* exhibens, ad Veſperam tamen, ut alibi monui, in feſtis Apoſtolorum PETRI, & PAVLLI eadem fere occurrit abſque illo nomine. Non ergo GELASIVS tanti videtur hanc voculam feciſſe, quanti eam habet DONCOVRTIVS, ejuſque Panegyriſtes DINVARTIVS.

pag. 180. Ingolſtadii MDXV. ADDE

Ab ECCLESIA (*Innocentius*)

E Clericis Regularibus, quos *S. Paulli*, ſeu *Barnabitas* vocant.

Martyrologii nomina dubiae pronunciationis ad uſum ſuae Congregationis conſcripſiſſe dicitur ab ARGELATO, qui caeteras ejus lucubrationes enumerat (*T.I. Script. Mediol.col.* 568.); *ſed in ultima* ejuſdem Martyrologii editione *Bartholomaei* GAVANTI opera in publicum uſum inducta ſunt; cui libello, inquit idem ARGELATVS, in ejus Ms. reperitur additum prolixum volumen continens rationes, & exempla de hujuſmodi accentibus, & notis. Obiit in Collegio S. *Barnabae* XVII. Kal. Nov. MDCXXXVII.

pag. 183. *Junctas* MDLX. 8. ADDE

FARAVDVS (*Proſper*)

Canonicus *Lateranenſis* [a] ſuperiore ſaeculo ſcripſit *Manuale Caeremoniarum Eccleſiaſticarum* ex Commentariis *Bartholomaei* GAVANTI.

[a] Vide ARGELATVM in *Bibliotheca Scriptor. Mediol.* (T. I. col. 592.)

de FARIA (*Baſilius*)

Ulyſipponenſis Carthuſianorum ſodalis a *Georgio* CARDOSO in *Hagiologio Luſitano*, & a *Nicolao* ANTONIO [*Bibl. Hiſp. T. I. pag.* 160] ſcripſiſſe dicitur tractatum

De las ceremonias de la Miſſa.

pag. 281. V. *Phoebaei*. ADDE

FERNANDEZ [*Silveſter*]

Ordinis *Mercenariorum* edidit

1. *Ceremonial de la Orden de la* MERCED, Matriti. 4.
2. *Ceremonial* ROMANO, ibid. 4.

3. *Ceremonial para la Capilla Real*, ſed hoc Ms. in eadem Regia Cappella adſervatur.

4. *Del modo de dezir Miſſa. Prodiit*, inquit *Nicolaus* ANTONIVS (*Bibl. Hiſp. T. II. pag.* 231.) *quam pluribus locis*.

ibid. Litteratorum Virorum pag. 127. ADDE

FERRARIVS (*Francus*)

Mediolanenſis *Ciſtercienſis* Monachus tanta eruditione, ut Abbas *S. Crucis* Hilarion RANCATVS a. MDCLXI. ALEXANDRI VII. P. M. diplomate obtento eum ſtudiorum ſuorum ſocium ſibi adſciverit, multa ſcripſit, quae ARGELATVS *col.* 605. exſtare ait Mss. in Oppido *Caravagii* apud *Ciſtercienſes* Monachos. In his

1. *Ritus divini Officii ſecundum uſum* Ciſtercienſium *per alphabetum diſpoſiti*.

2. *Alia ad idem Officium*, & *Caeremonias ſpectantia*.

3. *Cenſura ad Librum Jo: Bapt.* THIERS *de Feſtorum imminutione*.

4. *Ritus ſervandi a* Ciſtercienſibus *in abdicatione proprii Officii*, & *receptione Miſſalis*, *ac Breviarii Monaſtici* Benedictini.

5. *Lectiones novae pro Officio* S. Guilielmi *Epiſcopi ejuſdem Ordinis*.

pag. 185. VIDE pag. 465.

pag. 191. [*Demetrium*] ADDE

DE LA FVENTE [*D. Martinus*]

Hiſpanus, & Monachus *Ciſtercienſis* a. MDXCV. vita functus edidit generali ſuae Congregationis Capitulo jubente *Salmanticae* apud *Johannem* FERNANDEZ

Libro de los uſos de la Sagrada Orden del Ciſtel, *y obſervancia de Eſpaña* MDLXXXVI. 8.

In eo autem opere, quod tribus libris conſtat, agitur *de Officialibus Monaſterii*, *Sacrificio Miſſae*, & *horis Canonicis*; *de modo legendi horas Canonicas Dominicis diebus*, & *feriis totius anni*: *de Sanctis*, *sive de modo legendi Officium in ſolemnitatibus Sanctorum*; *de signis*, *quibus Monachi uti debent in locis*, & *horis silentii*; quemadmodum ex Bibliotheca *Ciſtercienſi* narrat *Nicolaus* ANTONIVS (*Bibl. Hiſp. T. II. pag.* 82.)

pag. 191. VIDE pag. 465.

pag.

pag. 192. MDCLXXII. *pag.* 28. ADDE

GALLADE (*Petrus*)

Occaſione *Mannhemienſis* Baſilicae a. MDCCLX. aedificatae, ac dedicatae tres *Heidelbergae* luculentas edidit diſſertationes, quarum

Prima inſcribitur: *Templorum Catholicorum antiquitas, & conſecratio*, MDCCLXI.

Altera: *Sanctitas templi ritibus Catholicis conſecrati*, eodem anno.

Tertia: *Sanctitas Templorum Catholicorum dotata, ac ornata*, MDCCLXII.

pag. 193. MDCXVIII. 4. ADDE

GARZIA (*Fr. Johannes*)

Franciſcanae familiae Scriptor in Provincia XII. Apoſtolorum Regni *Peruani* edidit *Hiſpanice*

Explicacion de los miſterios de la Miſſa, y de ſus ceremonias, Limae MDCXLI.

pag. 198. 3. Vol. 4. ADDE

GIVSSANI [*Joh. Petrus*]

Mediolanenſis, de quo plura ARGELATVS, cum multa alia edidit, tum ad rem noſtram

Riſpoſta a ſei queſiti intorno la Santa Meſſa, Mediolani apud ALCIATVM MDCXXIV.

pag. 200. MDCCXXIV. 12. ADDE

GRACIAN (*Fr. Hieronymus*)

Primum *Carmelitis*, quos *diſcalceatos* vocant, cognomento *a Matre Dei* adſcriptus, deinde poſt *Tunetanae* captivitatis biennium CLEMENTIS VIII. indulgentia ad veteris inſtituti *Carmelitas* digreſſus, *Braxellis* deceſſit A. MDCXIV. Eximii hujus viri, ad cujus laudes nihil adcedere poteſt illuſtrius poſt praeclara, eaque non pauca S. THERESIAE teſtimonia, res geſtas juſto commentario *Andreas* MARMOLIVS perſequutus eſt. Porro illius opera, quae ſeorſim edita, poſtea *Matriti* uno comprehenſa volumine prodierunt MDCXVI., exſtat

Tratado de como ſe a de dezir la Miſſa y Oficio divino.

Praeterea ediderat Auctor Hiſpano idiomate *de Anni Sancti Jubilaeo* tractatum, quem a *Jacobo Boſio Italice* redditum, ac *Romae* vulgatum a. MDXCIV. referunt *Nicolaus* ANTONIVS, & Comes MAZZVCHELLIVS.

pag. 196. cap. 1. n. 3. VIDE etiam infra LEBEVF

ibid. GERBERT (*Martinus*) Monachus &c. uſque edidit. REFINGE iſthaec in hunc modum.

GERBERT (*Martinus*)

Monachus Ord. S. BENEDICTI e Congregatione D. BLASII in *Sylva nigra*, olim Eminentiſſ. Card. *de* RODT Theologus, nunc Celſiſſimus S. R. I. Princeps edidit.

Ibi nempe de diſciplina arcani. ADDE

Quamquam quid haec, ſi cum binis, quae nuper evulgavit, praeſtantiſſimis operibus conferantur? Alterum inſcribitur *de cantu, & muſica a prima Eccleſiae aetate uſque ad praeſens tempus*. 4. Vol. II. (*a*) Praenotatur alterum: *Vetus Liturgia Alemannica* [*b*] 4. Vol. II.

(*a*) Inſignis hujus operis conſpectum *Johannes* LAMIVS in litterarias ſuas A. MDCCLXII. Ephemerides *Florentiae* intulerat *col. 76. ſeq.*

[*b*] Et hujus conſpectum dederat idem LAMIVS in anni inſequentis MDCLXIII. ephemeridibus *col.* 299. 317. 331. 398. 437. & 474. Nunc autem de utroque jam emiſſo opere conſule *novam Bibliothecam Eccleſiaſticam* FRIBVRGENSEM *vol.* I. 2. & 3. Fuit tamen *Germanus* quidam, qui praeclariſſimum Auctorem invidia, & obtrectandi libidine potius, quam veritatis ſtudio reprehendere non timuit. Vide Franc. Xaverium HOLL in *Statiſtica Eccleſiae Germanicae* (*T.I. pag.* 483.)

pag. 201: *Martyrologium* Exonienſe ADDE

D. GRAPPIN *Benedictinus*

V. DINOVART.

GRASER (*Joh. Bapt.*)

In lyceo *Oenipontano Patrologiae*, ut ajunt, Profeſſor eruditiſſimam, dignamque, quae praeſtantiſſimo Praeſuli, ac Romanae Sedis apud Caeſaream Aulam Nuncio *Joſepho* GARAMPIO inſcriberetur,

De presbyterio, et in eo ſedendi jure diſputationem Tridenti MDCCLXXIX. typis *Joh. Bapt.* MONAVNI 4.

Emiſit in lucem (*a*)

(*a*) Laudatur in Romanis hujus anni MDCCLXXX. Ephemeridibus (*pag.* 119. *ſeq.*), ex quibus illud etiam diſcimus, hoc ipſum opus ab Auctore jam anno MDCCLII. *Mantuae* editum Italice fuiſſe; quamquam nunc auctius eſt, & generalio-

ris

ris uſus, quam ferret controverſia, unde primum emerſerat.

ibid. GRATIANVS &c. uſque MDXCIX. 4. DELE

pag. 206. P. *Belchiore* de HELVMO. ADDE [ſeu potius P. *Melchiore de* HVELAMO, de quo infra)

pag. 207. Imp. inſcriptus. ADDE

GVERRERO (*Andreas*)

Franciſcanus auctor fuit *Hiſpani* operis, cui titulus

Explicacion de las Rubricas del Miſſal, y *Breviario Romano*, Caeſarauguſtae MDCXXIX. 8.

pag. 212. de HELVMO (*Belchior*) *Hiſpanus Ord. Min. Convent.* V. GVEDES. DELE iſta omnia.

pag. 213. adceſſurum adfirmans. ADDE

HEYRENBACH (*Joſephus*)

Soc. Jeſu Presbyter *Vindobonae* nuper defunctus diſſertationem edidit

De ſalutationis Angelicae in Sancta Eccleſia uſu, Viennae MDCCLXXIII. 8.

pag. 214. *de Officio Miſſae* volumen. ADDE

HOLL [*Franc. Xaverius*]

In Univerſitate *Heidelbergensi* Juris Eccleſiaſtici Profeſſor Publicus egregium opus edere coepit, in quo nihil non laudandum praeter huiuſmodi titulum *Statiſtica Ecclesiae Germanicae*. Tomus primus A. MDCCLXXIX. *Heidelbergae* prodiit litteris *Joh. Bapt.* WIESEN. In eo autem caput XVI. a *pag.* 336. *ad pag.* 483. *de Liturgiis Ecclesiae Germanicae* eruditiſſime diſſerit.

pag. 215. HVELAMVS (*Melchior*) Edidit *Hiſpane* orationem *de Caeremoniis Miſſae* MDXCVII. CORRIGE

de HVELAMO (*Melchior*) (*a*)

Franciſcanus Provinciae *Carthaginensis Hiſpano* idiomate evulgavit *Conchae* MDXCV. 4. *Barcinone* MDXCVII. rurſus *Conchae* MDC. Sermones de *Caeremoniis*, & *Myſteriis Miſſae*, quorum epitomen ſequenti ſaeculo *Lusitanus* GVEDES, ut diximus, confecit.

(*a*) *David* CLEMENT (*Bibl. Cur. T. IX pag.* 297.) hujus nomen corrumpit vocans *Belchiorem de* HELVMO

pag. 222. propoſitos *P. I. pag.* 35. *ſeq.* ADDE

LANGELLA (*Marcus*)

Domo *Neapolitanus*, vitae inſtituto *Dominicanus*, de quo prae-

praeter ECHARDIVM TAFVRIVS *T. III. Scriptor. Regni Neap. P. IV. pag.* 98. Ejus eſt

Eſpoſitione dell' Hinno, che la Santa Romana Chieſa canta per commune ſuffragio de' Fedeli Defonti. Dies irae, dies illa, in *Vico Aequensi* apud *Joh. Jacobum* CARLINIVM, & *Antonium* PACEM MDXCVII. 4.

pag. 225. ſpectat, ac redarguit. ADDE

LEBEVF (*Johannes*)

Antiſſiodorensis Canonicus, pluribus editis libris, ac diſſertationibus celebris, cuius haec exſtant de re Rituali

Lettre ſur un Calendrier Eccleſiaſtique pour un nouveau Breviaire, où l'on propoſe des regles ſur cette matiere; apud DESMOLETZ T. I. P. I. A. MDCCXXVI. *pag.* 320.

Remarques ſur le Chant Eccleſiaſtique. Mercure de France, Septembre MDCCXXV. pag. 1987.

Lettre ſur la forme des Bâtons *des Chantres, & autres uſages d'Egliſe, qui paroiſſent empruntez du Paganiſme. Sur les diptyches des Payens. L'offrande des vaſes ornez de figures du Paganiſme. Sur les Trèſoriers de l'argenterie des Egliſes, & les uſages des anciens Trèſoriers.* Merc. Janvier MDCCXXVI. pag. 17.

Lettre ſur la nouvelle edition du Breviaire de SENS, *&* *d'* AVXERRE. Merc. Juin MDCCXXVI. I. Vol. pag. 1165.

Deſſein d'un Recueil d'Hymnes nouvelles, avec les plus beaux chants ſelon la meſure des vers, où l'on prend la defenſe du chant de l'Antiphonier de PARIS. Merc. Aout MDCCXXVI. pag. 1729.

Obſervations ſur les Lunaiſons: ſi elles doivent porter le nom des mois. Sur l'emboliſme, le ſaut de la lune, l'annonce de la Fête de Paques, les Cycles, Tables Paſchales. Vers des anciens Calendriers. Merc. Fevrier MDCCXXVIII. pag. 269.

Memoire ſur la Meſſe Grecque de l'Abbaye de S. DENIS, *& ſur l'uſage de la Communion generale du Vendredi Saint dans l'Abbaye de* S. VICTOR *de* MARSEILLE. Merc. Juillet MDCCXXIX. pag. 1533.

Lettre ſur la Ceremonie du depoſuit, *& ſur l'ancien uſage des bâtons de Confrèries.* Merc. Aout MDCCXXXIII. pag. 2764.

Let-

Lettre ſur les Orgues. Merc. Aout MDCCXXXVII. p. 1750.

Lettre ſur un Manuſcrit Liturgique du Mont CASSIN *fauſſement attribuè a* S. MAMERT *Eveque de* VIENNE. Merc. Decembr. MDCCXXXVII. II. *Vol. pag.* 2777.

Extraits du livre (Praeſulis GEORGII) de Liturgia Romani Pontificis *imprimè à* ROME *en* MDCCXXXI., *avec quelques obſervations*. Merc. Dec. MDCCXXXVII. II. Vol. pag. 2843., & Janvier MDCCXXXVIII. pag. 26.

pag. 227. *Leodii* MDCXLI. 4. ADDE

LOBO (*Laurentius*)

Franciſcanum Ordinem apud *Complutenſes* profeſſus edidit *Matriti Hiſpano* idiomate

Compendio de las Rubricas del Breviario, y Miſſal Romano. MDCXXXII. 8.

pag. 231. MDCVIII. 8. ADDE

de LORA (*Jacobus*)

Grammaticae, & Poeticae artis Profeſſor hymnos in Romana Eccleſia cani ſolitos diligenter correxit, expoſuitque. Ea vero expoſitio ab *Andrea* GVTTIEREZ *Lucronii* MDCVI. apud *Guillelmum de* BROCAR edita fuit, quis crederet? cum *Diſtichis* CATONIS; (*a*) *Florato, quinque clavibus Sapientiae*, & *fabulis AESOPI*

(*a*) Addenda erit haec *diſtichorum* CATONI tributorum editio illis, quas in Bibliotheca *latina* FABRICIVS, atque poſt eum ERNESTI percenſent.

pag. 237. ubi de MACRO *Dominico* MDCLXVII. T. II. 4. ADDE

His adde diſſertatiunculam ROMAE excuſam MDCLXVIII. 4., *an Diaconus Cardinalis poſſit ſolemniter Benedicere in ſua Diaconia?*

ibid. *Conchae* MDC. 8. ADDE (*a*)

(*a*) Conſule de *Johanne Baptiſta*, qui apud *Hiſpanos* in Provincia S. Joſephi *Franciſcanum* ordinem profeſſus eſt, *Nicolaum* ANTONIVM in *Bibliotheca Hiſpana* (*T. I. pag.* 492.)

pag. 240. VIDE pag. 467.

pag. 243. Hiſpali MDCLXXIII. CORRIGE. Hiſpali apud *Simonem* FAXARDO MDCXXXVII. 4.

Item *Triumfo del Agua bendita*, iiſdem typis MDCXLII. 4.

Scri-

Scripſerat etiam *Carthuſianus* hic Monachus de Exorciſmis; verum typiſne id opus excuderit, ignorare ſe ait *Nicolaus* ANTONIVS (*Bibl. Hiſp.*) T. I. pag. 620.)

de S. MARIA (*Petrus*)

Malacitanus, ac *Franciſcani* inſtituti in *Granatenſi* Provincia ſodalis. Edidit

Manual de Sacerdotes, y eſpejo del Chriſtiano, que trata de la ſignificacion de la Miſſa, Granatae MDXCVIII. 4. (*a*).

[*a*] Monet autem *Nicolaus* ANTONIVS (*T. I. pag.* 171.) ex hoc uno, eodemque opere tria feciſſe *Lucam* WADDINGVM.

p. 244. MDCLVIII. 8. ADDE

MASCARDI (*Jorlandus*)

Agrigentinus Ordinis S. MARIAE de Monte OLIVETO, quem MONGITOR obiiſſe ait *Panhormi* circa Ann. MDCXLV, libellum heic edidit MDCXXXII. apud *Alphonſum de* ISOLA praenotatum.

Racconto delle Cerimonie da uſarſi nella ſolennità delle Quarant' hore. 12.

pag. 245. pag. 49. ſeqq. ADDE

MATTEVCCI [*Auguſtinus*]

Lucenſis Ordinis *Minorum*, quos *Obſervantes* dicimus, quum ROMAE Sacrae Rituum Congregationi eſſet a conſiliis, utiliſſimum opus ſcripſit; quum autem illud *Venetiis* a *Pezzana* excuderetur, pie deceſſit. En libri titulum

Practica Theologo-Canonica ad cauſas beatificationum, & canonizationum pertractandas. MDCCXXII. 4.

pag. 250. *Saec.* XVI. *cap.* 41. ADDE

MINA [*Hieronymus*]

Panhormi, ubi natus fuerat, ac Sacerdotio initiatus, deceſſit tertio Idus Julii A. MDCXLVI. Suppreſſo nomine contulerat in lucem

Ordine delle Ceremonie del Veſpro ſolenne, e della Meſſa cantata MDCXIV. 8. (*a*)

(*a*) Apud Cl. MONGITOREM aliae ad Sacras Caeremonias pertinentes *Hieronymi* animadverſiones exſtabant Mss.

ibidem VIDE pag. 466.

pag. 252. *Directorium, ſive Officii divini* &c. ADDE

MONTER (*Benedictus*)

Compu-

Digitized by Google

Computo Eccleſiaſtico, Barcinone MDCXII. ex officina *Gabrielis de* GRAELS. 8.

MONTI (*Franciſcus*)

Carthuſianus ſcripſit *de Thuribulo*, *&* *Thurificatione* tractatum, qui Ms. exſtat in praeclara *Job. Bapt.* CORNEI ſylloge Archiepiſcopo *Mediolanenſi* legata *Vol. V.*

MONTI (*Urbanus*)

Mediolanenſis inter caetera, quae ab ARGELATO recenſentur, diſſertationem ſcripſerat

delle cauſe, modo, e neceſſità della correzione del Calendario fatta da GREGORIO XIII.

pag. 254. *in Officio Eccleſiaſtico*. ADDE

MVÑOZ (*Fr. Alphonſus Dominicanus*)

Opus reliquit abſolutum, cui titulus

De las Ceremonias de la Miſſa..

pag. 257. Panormi MDCXLI. 8. ADDE

NAV (*Michael*)

S. I. Theologus Gallus edidit *Eccleſiae* Romanae; Graecaeque *veram effigiem ex variis tum recentibus, tum antiquis monumentis ſingulari fide expreſſam*, Lutetiae Pariſiorum apud *Gabrielem* MARTINVM MDCLXXX. 4.

pag. 258. *Exorciſmus*, ſive *Baptiſterium*. ADDE

NEILA (*Didacus*)

in conficiendo Breviario praecipuus Card. QVIGNONII adjutor. Vide quae hanc in rem ſupra adnotavimus.

pag. 260. MDCLXVIII. fol. ADDE

NVÑEZ DELGADO (*Petrus*)

Hiſpalenſis Eccleſiae, ut ajunt, Portionarius pridie Kal. Decembres A. MDXXXV. e vivis ereptus eſt, quum edidiſſet

1. *Auream Hymnorum totius anni expoſitionem cum annotationibus, unaque Orationes Sacras, quae per annum cantantur: Epiſtolas* D. PAVLI, *& aliorum, quae cantari ſolent* &c. *Homilias diverſorum Auctorum* &c. omnia correcta, Hiſpali MDXXVII. 4.

2. *Expoſitionem Threnorum, ideſt Lamentationum* HIEREMIAE, *nec non & novem Lectionum, quae pro defunctis decantari ſolent, una cum acerbiſſima* CHRISTI *Paſſione ſecundum* MATTHAEVM *excerpta ex* Nicolao de LYRA, *Hiſpali* apud *Joh.* CROMBERGER MDXXX.

O

de OCARIZ [Fr. *Johannes*]

Hieronymianus Monachus ex Itali o CHERVBINI AVGVSTINIENSIS Eremitae idiomate dedit

Ceremonial, y Rubricas generales del Miſſal Romano, Pampelone apud *Thomam* PORRALIS MDLXXVIII. 8.

pag. 261. VIDE pag. 467.

pag. 263. P. ſtatim ADDE

PACHECO (Fr. *Balthaſar*)

Franciſcanae familiae alumnus *Hiſpanice* duo ad rem noſtram opuſcula evulgavit, nempe

1. *Eſpejo de Sacerdotes, y de todos los miniſtros de la Gerarquia Eccleſiaſtica*, Matriti MDCXI. apud *Ludovicum* SANCHEZ 4.

2. *Compendio de ſervir al Altar el miniſtro en la Miſſa reçada*, ibidem eodem anno 16.

pag. 265. PANIGAROLA &c. uſque *pag.* 508. REFINGE omnia ad hunc modum.

PANIGAROLA [*Franciſcus*]

Ex Ordine *Minorum*, quos *Obſervantes* vocant, vir multis nominibus celebris A. MDLXXX. a GREG. XIII. *Chryſopolitanus* Epiſcopus dictus eſt; tum A. MDLXXXVII. Epiſcopus *Aſtenſis*. Obiit autem pridie Kal. Junias MDXCIV. Suam ipſe vitam conſcripſit; ſed & de ejus vita commentarium *Mediolani* MDCXVII. habuimus a Fr. *Bonagratia de* VARENNA: Quum annos tantum XLVI., menſeſque IV. vixerit, incredibile fere eſt, potuiſſe illum tot libros edere, aut ſcribere, quot ARGELATVS enumerat. In his

De Sacrarum Stationum veteri inſtituto a SIXTO V. *revocato Oratio in die cinerum*, Romae MDLXXXVII. 4. (*a*)

Expoſitio Officii Sanctiſſimae Trinitatis [*b*]

(*a*) Indicatur haec editio a FABRICIO *Bibliogr. Antiquar. pag.* 508. Eam ignoravit ARGELATVS, qui ſecundam tantum editionem laudat eodem anno apud PONTIVM *Mediolani* curatam.

[*b*] Exſtat Ms. in Bibliotheca *Mediolanenſis* Conventus S. ANGELI.

pag. 266. VIDE pag. 467.

pag. 270. MDCCXV. 12. ADDE

de PEREGO [*Camillus*]

Caro-

Canonicus Notarius Metropolitanae *Mediolanenſis* Eccleſiae,& Parochus ad S. VITI, ubi etiam tumulatus fuit. Hoc ejus opus a nobis indicandum

Regola del Canto Fermo Ambroſiano, Mediolani apud PONTIVM MDCXXII. 4.

pag. 271. ſeu de horis Canonicis, CORRIGE Libri III. Neapoli typis *Franciſci* SAVII MDCXXXIX. fol.

Item: de divino & Eccleſiaſtico Officio, ſeu de horis Canonicis.

pag. 274. PIAZZA (*Carolus Bartholomaeus*.) ADDE (*a*) Romae MDCCXI. 4. [*b*]

(*a*) De eo *Hiacynthus* GIMMA in libro *degli Elogj Accademici della Società degli* Spenſierati *di* ROSSANO *pag.* 60., & ARGELATVS *de Script. Mediol. col.* 1097. *ſeqq.*

[*b*] Praeter haec longe plura reliquit inedita, quae a GIMMA, & ARGELATO indicantur. Nimirum

1. *Dell' uſo antichiſſimo della Chieſa, e miſtero de' Lumi, e delle Lampadi.*

2. *Dell' uſo, miſtero, e prerogative della Tonſura Eccleſiaſtica.*

3. *Del ſignificato degli Abiti del Sommo Pontefice, de' Cardinali, e dell' Ordine tutto Eccleſiaſtico, e Regolare.*

4 *Delle Cerimonie, e Riti nell' adorazione del Sommo Pontefice.*

5. *Delle Campane, dell' Incenſo, e dell' uſo venerabile del Canto Gregoriano.*

6. *Dell' antichiſſimo coſtume del velarſi le* Donne *nella Chieſa per riverenza degli Angeli, e del ſepararſi in eſſa dagli Uomini.*

7. *Rerum Myſtagogicarum Biblioteſſera, ſive de recta Sacrorum Rituum, ac Caeremoniarum norma.*

8. *De privata, sive Chorali Divini Officii rite perſolvendi diſciplina.*

pag. 275. T. I. Septemb. ADDE

de PISA (*Franciſcus*)

Toletanus, ſed *Segovienſis* Urbis Canonicus, de quo *Nicolaus* ANTONIVS, edidit

Manuale ad Sacramenta Eccleſiae miniſtranda, Salmanticae MDLXXXIII.

Las Tablas de las ceremonias y Oficio Mozarabe, Toleti MDXCIII. apud *Petrum* RODRIGVEZ, & MDCXIII.

Officium Sancti DOMINICI SILENSIS, ibid. MDXCIX.

Aliqua etiam *de Sacris ritibus, & caeremoniis* commentatus eſt, quae tamen an perfecta reliquerit A. MDCXVI. moriens, mihi incompertum.

pag. 277. COMBI MDXCIX. 4. ADDE

POVET

V. DINOVART

PRAECONIVS (*Octavianus*)

Cujus geſta paucis ſepulcralis Inſcriptio complectitur, nempe: *Fr.* Octavianus PRAECONIVS *Ord.* Min. Con. Siculus *a* CASTRO REGALI *Archiepiſcopus* Panormitanus, *pietate insignis, eruditione clarus, poſt multos curae paſtoralis quatuor Eccleſiarum* Monopolitanen. Arian. Cephaluden. & Panormitanen. *exantlatos labores, quieturus tandem obiit XVIII. Julii ſuae dignitatis anno VI. aetatis LXVI. Chriſti vero nati MDLXVIII.* Caeteris porro, quae edidit a MONGITORE percenſa nunc praetermiſſis, geminum opus indicabimus, Latinum alterum a GHILINIO memoratum, *Italicum* alterum.

Expoſitio lucida in Orationem illam, quae ab Eccleſia in Miſſa Defunctorum pio quodam ritu canitur: DOMINE IESV CHRISTE REX GLORIAE

Eſpoſitione, o diremo breve Trattatello del Reſponſorio Maggiore delli Defonti, cioè LIBERA ME DOMINE, Panormi apud *Joh. Matthaeum* MAVDAM MDLXVI. 8.

pag. 278. Articulus de POVPART *Spiridionis* iis praeponatur, quae pag 277. de PRAEPOSITIVO adnotavimus

pag. 279. Neapoli MDLXXVI. 12. CORRIGE. Neapoli MDLXXII. iterumque MDLXXVI. 12.

pag. 283. *Artic. III. n.* 10. ADDE

de RESENDE, ſeu RESENDIVS (*Andreas*)

apud *Luſitanos* omnifariae Antiquitatis, litterarumque cum hujus ſtudio cognatarum peritia inſignis fuit, de illoque *Dominicanus* Ordo jure gloriabitur, etſi jubente *Johanne* III. Rege juſtis de cauſſis ab eo diſcedere coactus eſt. Quod autem Tomo hujus operis primo pag. 131. ab eo diximus *Breviarium Eborenſe* emendatum fuiſſe, *Johannes* VASAEVS in *Hiſpaniae* Chronico (*cap. V.*) confirmat. Vide *Nicolaum* ANTONIVM *T. I. pag.* 67.

pag.

pag. 285. & in Bibliothecis Patrum. ADDE

de ROA (*Martinus*)

Cordubenſis e S. I. vir longe eruditiſſimus ſuo nitori reſtituit, vulgavitque

Officia Sanctorum Eccleſiae Cordubenſis *a Sede Apoſtolica adprobata*.

Supplementum quoque Breviarii *Hiſpani* edendum reliquit.

pag. 287. A. MDCL. ADDE

RODRIGVEZ (*Cyprianus*)

Ciſtercienſis Monachus, atque adeo ſuae Congregationis Generalis Praefectus, quem *Reformatorem* appellant, teſte apud *Nicolaum* ANTONIVM *Chryſoſtomo* HENRIQVEZ ſcripſit

In Canonem Miſſae, librum unum.

pag. 288. *Romae* MDCCLXXIV. ADDE

ROMAN *de* MATAMOROS (*Salvator*)

Computum Eccleſiaſticum, ſive Romanum, Venetiis MD. LXX.

pag. 291. Bibliothecam *Hiſpanam*. ADDE

de ROSA (*Thomas*)

Additiones ad ſuum Tractatum de Exequutoribus litterarum Apoſtolicarum tam gratiae, quam juſtitiae (*a*); *quibus acceſſit novus Tractatus* de Exequutoribus litterarum Remiſſorialium in ordine ad Proceſſus pro Canonizatione Sanctorum una cum praxi, Neapoli ex Typographia *Antonii* GRAMIGNANI, MDCLXXXVI. fol.

[*a*] Prodierat hic Tractatus *Romae* MDCLXXVI.

ibid. *T. I. pag.* 391. ADDE

ROSARIVS, ſive ROSALES [*Petrus*]

Obſervationes in XCV. Hymnos, qui in Breviario Romano continentur, Brugis apud Petrum GOMEZ de VALDIVIESSO, MDCXXIV. 8. [*a*]

[*a*] Et hujus meminit *Nicolaus* ANTONIVS [*T. II. pag.* 187.] Mirum tamen mihi eſt, duos exſtitiſſe non longo ſex & quadraginta annorum intervallo ROSARIOS, qui *Brugis* obſervationes in Hymnos Breviarii Romani ſcripſerint, atque ediderint.

A S. ROSALIA (*Marcus*)

Panhormitanus Ordinis *Diſcalceatorum* S. AVGVSTINI edidit

Sı.

Sacrarum Caeremoniarum pro *Miſſa ſolemni*, *& privata*, *Breviloquium*, *ſive compendium*, Panhormi typis *Petri de* ISOLA, MDCLXVII. 8.

Sacrarum Caeremoniarum compendium pro hebdomada Majori, ibidem, typis *Dominici de* ANSELMO, MDCLXVIII. 8.

pag. 292. *el Officio* Romano; Toleti. CORRIGE *el Oficio* Romano, Matriti MDLXXIV. 4. & Toleti.

ibid. MDLXXXIV. ADDE

Ceremomonial Romano *para Miſſas cantadas*, *y rezadas*, Compluti MDLXXIX. 4. (*a*)

Kalendarium Romanum perpetuum, & generale Breviarii Romani ex Decreto Sacroſancti Concilii Tridentini nuper editi XXXVI. tabulis conſtans pro tota Hiſpania &c. Toleti MDLXXVII. 4., iterumque MDLXXVIII. 8. [*b*]

(*a*) Idem opus latine ab Auctore confectum fuit; primus tamen *Genuae* edi curavit *Franciſcus de* NIGRO eiuſdem Ordinis Minimorum, quem *Petrus* profeſſus fuerat, pluribus ab hujus morte annis, MDCXXXVII. typis *Josephi* PAVONIS; *Franciscus* autem additionibus, notis, & appendicibus locupletavit.

[*b*] In compendium poſtea redactum typis *Antuerpienſibus* prodiit A. MDCXVII., tum *Ingolſtadii*, *Toleti* &c.

RVSCA (*Joh. Baptiſta*)

Nihil typis evulgavit; plurima tamen ſcripſit ad rem Ritualem pertinentia, quae *Mediolani* in *Ambrosiana* Bibliotheca adſervantur. Titulos vide apud ARGELATVM *pag.* 1264. *ſeq.*

pag. 293. SALON (*Johannes*) CORRIGE

SALGADO (*Lucas*)

Caeremoniale, ſeu *exercitium Altaris ſecundum uſum Rom. Eccleſiae*, *ex probatiſſimis Authoribus*, *tam Theologis*, *quam Canonicis collectum*; Salmanticae apud *Joh.* PERIER MDLXX. 8.

SALON [*Johannes*]

Valentinus, Ord. *Minorum*, GREGORII XIII.; cujus auſpiciis *Romae* jamdiu commorabatur, juſſu vulgavit

ibid. MDCLXXVII. 4. ADDE

SANCHEZ [*Joſephus*)

Intro-

Introduccion a las Reglas del Breviario, Salmanticae MDC-XXX.

pag. 298. ibid. MDCLIII. fol. ADDE

4. De Sacro Ritu praeferendi crucem Majoribus Praelatis Eccleſiae libellum apologeticum pro Archiepiſcopo *Pariſienſi* contra novum conatum Archiantiſtitis *Lugdunenſis*, ad Sanctiſſimum Papam, & D. N. D. VRBANVM divina providentia PP. VIII. *Pariſiis* apud *Robertum* STEPHANVM, MDCX-XVIII. 4.

pag. 300. VIDE pag. 467.

pag. 303. teſte Expoſitionem Miſſae. ADDE (*a*)

(*a*) Vide etiam *Nicolaum* ANTONIVM (T. I. pag. 597.), ex quo illud quoque diſcimus, *Johannem* e *Franciſcano* Ordine ad *Acernenſis* Eccleſiae Sedem evectum fuiſſe.

Ibi *Miſteri, e ſenſi miſtici della Meſſa*, Derthonae MD-CLXXII. 4. CORRIGE *Miſteri della Meſſa* Romana,*ed* Ambroſiana, *col ſignificato dei Riti* Ambroſiani, Derthonae apud VIOLAM MDCLXXII. 4.

Tripartitam quoque in Breviarium Romanum commentationem, quae quatuor tomis contineretur, adgreſſum fuiſſe CAROLVM ex PICINELLI *Athenaeo* ARGELATVS perhibet. (*a*)

(*a*) Multa quoque de Ritibus, praeſertim *Mediolanenſis* Eccleſiae paullo antiquior ex eadem *Septalia* Gente *Hieronymus* ſcripſerat; quum tamen nihil ediderit in lucem, ſatis nobis ſit id indicaſſe. Confer ARGELATVM pag. 1317.

pag. 305. *Latin. T. I. pag.* 64. ADDE

de SOTO [*Andreas*]

Explicacion de la *Bendicion del Cirio Paſqual*.

Del origen de la *Agua bendita*, *y antiguedad*, *y milagros*, *que Dios obra per medio de los Agnus Dei* (*a*)

(*a*) Duo iſthaec *Andreae* opera ex *Nicolai* ANTONII *Bibliotheca Hiſpana* [*T.I pag.* 69.] deprompſimus. Idem ANTONIVS *pag.* 366 ex WADINGO meminit *Tractatuli ſuper praeconium Paſchale* EXVLTET; *quo in Sabbatho Sancto benedicitur Cereus Paſchalis* a quodam *Franciſco de* SOTO editi. Quid ſi *tractatulus* iſte idem ſit, quod Hiſpana illa *Andreae* explanatio, atque ex uno Auctore duos nobis heic, uti & alias, WADINGVS obtruſerit?

pag.

pag. 308. MDLXXX. & Romae MDLXXXVIII. *f.* (*a*) CORRIGE

MDLXXX. (*a*), & Romae MDLXXXVIII. f. [*b*]. Agitur hoc in opere etiam

Ibi [*a*] Quae CORRIGE

(*a*) Haec editio in catalogo Bibl. Card. IMPERIALIS indicatur. *Romanam*, atque adeo *Venetam* A. MDLXXIX. memorat *Nicolaus* ANTONIVS, qui & coeptum a *Joſepho*, ſed morte abrupſum laudat *Lexicon Eccleſiaſticarum vocum*, *phraſium*, *ac rituum veteris Eccleſiae Catholicae.*

[*b*] Quae.

pag. 309. CIOTTVM 8. ADDE

de SWEYVE, vel de SVSATO (*Jacobus*)

a QVETIFIO, & HARTZHEIM (*Bibl. Colon. pag.* 155.) Saeculo XV. quo HVSSITARVM haereſi ſe ſe impigre oppoſuit, ſcripſiſſe dicitur

Expoſitionem Miſſae fol.

ibid. VIDE pag. 467.

Tum ADDE

De TAPIA [*F. Didacus*]

Segovienſis Auguſtinianus edidit

Tractatum *de ritu Miſſae*, Salmanticae MDLXXXIX.

TETAMO (*Ferdinandus*)

Panhormitanus utiliſſimum, atque eruditiſſimum opus *Venetis Petri* SAVIONI typis vulgare coepit A. MDCCLXXIX. quod octo Voluminibus in 4. comprehendetur, hoc titulo

Diarium Liturgico-Theologico Morale, *ſive quaeſtiones morales*, *Inſtitutiones Ecclesiaſticae*, *ſacrique Ritus notandi ſingulis temporibus*, *atque diebus anni Ecclesiaſtici*, *& civilis*.

pag. 310. & horis Canonicis. ADDE

TEXTORIS, ſeu TZEWERS (*Wilhelmus*)

in Cathedrali *Baſileenſi* Eccleſia circa annum MCCCCLXXXV. Eccleſiaſtes orthodoxae doctrinae ſtudioſiſſimus praeter alia (*a*) ſcripſit

In canonem Miſſae.

(*a*) Confer HARTZHEIM in *Bibliotheca Colonienſi* (*pag.* 129.)

pag. 315. VIDE pag. 468.

ibi

Digitized by Google

ibi V. *Guibertus*. ADDE

TORNAMIRA [*Franciſcus Vincentius*]

El Kalendario Gregoriano, Pampelone MDXCI. 4.

pag. 319. V. ADDE

de VALDIVIESSO (*Joſephus*)

Expoſicion Parafraſtica del Pſalterio, y de los Canticos del Breviario, Matriti apud Viduam *Alphonſi* MARTINI, MDC-XXIII. 4.

pag. 321. in Bibl. S. I. ADDE

VASQVEZ DEL MALMOL (*Johannes*)

Arte, y regla para aprender a rezar el Officio ſegun el Breviario reformado, y para entender el Computo, y Kalendario Romano, Pinciae typis *Ludovici* SANCHEZ MDCV. 8.

pag. 322. V. CHARDON. ADDE

VERDVGO SARRIA (Fr. *Petrus Dominicanus*)

Libro de los Myſterios de la Miſſa, Matriti MDXCIV. 4.

pag. 324. *& doctrinis novis* ADDE, Venetiis MDC. Mediolani MDCX. & iterum Venetiis MDCXIX. (*a*)

pag. 325. *T. III. p.* 75. ADDE

de VILLEGAS (*Didacus*)

Raçones, y fundamentos cerca de que el ajuno, y el reçado de la vigilia de San Juan Bautiſta, que el ano de MDCXX-XIX. occurre en el miſmo dia del Corpus Domini, ſe an de anteponer ambas coſas en la feria quarta, viſpera de la fieſta del Corpus, Hiſpali MDCXXXVIII. 4.

de VILLEGAS (*Sebaſtianus Vincentius*)

Dubio ſobre si la Fieſta de la immaculada Conception de Nueſtra Señora caiendo el ano de MDCXIX. en la Dominica ſegunda de Advlento debe celebrarſe el miſmo dia, o transferirſe? Hiſpali MDCXIX. 4.

ibid. VINITOR, CORRIGE VINITORIS

p. 326. VIDE p. 468.

p. 327. CAVEVS, aliique. ADDE

WISSING (*Antonius*)

Speculum Sacerdotis celebraturi cum expoſitione myſteriorum, & Caeremoniarum Miſſae (*a*).

(*a*) Exſtat in ejus *Medulla totius Theologiae Scholaſticae*, quae *Treveris* prodiit MDCXCV. typis *Jacobi* REVLANDI. Vide P. HARTZHEIM (*Bibl. Col. p.* 21.)

ibid. VIDE p. 458.

p. 328. Alia habet edenda &c. *uſque* cum aliis alterius argumenti. DELE, hiſque iſthaec ſubſtitue

4. Sopra i Notaj Eccleſiaſtici (*d*)

5. Delle antiche Concioni Eccleſiaſtiche (*e*)

6. Sull' Avemmaria (*f*)

7. Sulle Feſte mobili (*g*)

pag. 329. ritum ab eo propoſita. ADDE

(*d*) Exſtat T. I. operis ab eo editi, inſcriptique: *Diſſertazioni varie Italiane a Storia Eccleſiaſtica appartenenti*, Diſſ. IX. pag. 215-235.

(*e*) T. II. ejuſdem operis *Diſſ. I. pag. I.* - 31.

(*f*) ibid. *Diſſ. VI. pag.* 242 - 296.

(*g*) Adceſſit haec diſſertatio libello, qui nuper e *Solomonio* typographio prodiit ſuppreſſo Auctoris nomine praenotatus *Nuovo Effemerologio univerſale* p. 296 - 352. Quoniam vero capite II. multa Auctor exſcripſit ex Officio hebdomadae Sanctae, quod A. MDCCLVIII. *Remondinianis* typis excuſum *Venetiis* fuit, ne plagii accuſetur, recole dicta Tomo hujus noſtri operis primo *pag.* 134., atque hoc ipſum Officium *Zacharianis* Ritualibus Libris adde.

pag. 330. MDCCLV. 4. *pag.* 81. ADDE

de ZAMORA (*Johannes Franciſcanus*)

Caeremoniale *Romanum* CLEMENTIS VIII. *Hiſpanice* reddidit, ac *Burgis* MDCIII. vulgavit 4.

Eodem quoque anno ibid. edidit *Kalendario perpetuo*

CAP. IV.

pag. 341. & MDCII. 8. ADDE; iterumque MDCXXVI. 8.

pag. 344. *Jenae* MDCCV. 4. ADDE

FRICKIUS (*Elias*)

De cura veterum circa haereſes, *Ulmae* MDCCIV. 4. iterumque ibidem MDCCXXXVI., adiuncta Oratione inaugurali de catechiſatione veteris, & recentioris Eccleſiae.

pag. 352. & *Witteb.* MDCCXXV. ADDE

LUDECUS (*Martinus*) (*a*)

Miſſale, id eſt cantica, & preces, atque Lectiones ſacrae, quae ad Miſſae Officium, ex primaevae Eccleſiae pio inſtituto, in templis Chriſtianorum cantari ſolent. *Viteb.* ſumptibus *Samuel.* SEELFISCH, MDLXXXIX [*b*] fol.

Veſpe-

Digitized by Google

Veſperale, & matutinale, hoc eſt cantica, hymni, & collectae, ſive precationes Eccleſiaſticae, quae in primis & ſecundis veſperis, itemque matutinis precibus, per totius anni circulum, in Eccleſiis, & religioſis piorum congreſſibus cantari uſitate ſolent, notis rite applicatae, & in duas partes ordine digeſtae. Prior pars de tempore [c], poſterior pars de Sanctis. Anno Chriſtianae Epochae MDLXXXIX. fol. (d)

(a) LVDECI, qui a. MDCVI. e vivis exceſſit, vitam deſcriptam habes in HENNING WITTEN *diario biographico*.

(b) Non MDXCVIII., ut in VOGTII catalogo, poſteriorum numerorum tranſpoſitione legitur.

(c) Hujus partis titulum ſequitur *Davidis* CHYTRAEI Epiſtola ad *Ludecum ex* RHODOPOLI *die Solſtitii* MDLXXXIX. perſcripta, in qua varia de Pſalmodia Eccleſiaſtica, ejuſque natura diſputantur.

[d] Confer FREITAG *Analector. p.* 544.

pag. 357. *Jenae* MDCC. ADDE

OVERKAMPS [*Georgius VVilhelmus*]

De ratione ſtatus Curiae *Romanae* circa uſum *Latinae* Linguae in ſacris, cultuque publico, *Jenae* MDCCXXXII. 8.

pag. 361. *Helmſtadii* MDCCXLIII. ADDE

De imaginibus *Jeſu Chriſti*, quotquot vulgo circumferuntur, & de lingua vernacula *Jeſu Chriſti*, *Jenae* MDCLXXXV. 4.

ibid. MDCCLXX., & auctior ADDE *Francof. & Lipsiae*.

pag. 364. & *Helmſtadii* MDCCXXXIII. ADDE

Diſſ. de Euchariſtia mortuorum.

Diſſ. de curatione morborum per oleum Sanctum. [f]

ibid. vel Sanctiſſimum Nomen IESV. ADDE

[f] Utraque haec diſſertatio exſtat in Auctoris *Decade Diſſertationum Hiſtorico-Theologicarum*, Helmſtadii MDCCXIV. ubi & recuſa eſt diſſertatio *de baptiſmo per arenam*.

pag. 367. *Joh. Henrico* SVICERO. ADDE

Sacrarum Obſervationum liber ſingularis, quo veterum ritus circa Poenitentium σωφρονισμον paulo accuratius expenduntur; varia Incarnationis, Circumciſionis, Paſchatis, Baptiſmi, & S. Coenae nomina explicantur, Tiguri MDCLXV. 4.

pag. 370. VIDE p. 468.

pag. 372. *VVitt.* MDCCXLIX. ADDE

VVE-

VVESTPHALIVS [*Andreas*]

Diſſ. de magna hebdomada
ibid. *T. XVII.* p. 468. ADDE

VVILCKIVS (*Andreas*)

De feſtis Chriſtianorum oecumenicis, Tractatus notis philologicis illuſtratus, *Lipsiae* MDCLXIX. 8.
pag. 373. MDCLXXXI. 4. ADDE

ZINDEL (*Chriſtianus*)

De Eccleſiis Cathedralibus, *Erlangae* MDCCLXIII.
pag. 374. MDCCXXXVI. 8. ADDE

Edidit quoque ZORNIVS *Altonaviae* MDCCXXXI. opuſcula Sacra duobus Tomis 8. comprehenſa. In his autem exſtat

TOMO I. Diſſertatio de Numis quibuſdam antiquis, ex quibus BARONIVS, PEIRESCIVS, aliique antiquitatem Miſſae, & veritatem probare voluere *p.* 41.

Diſſ. de Hymnorum *Latinae* Eccleſiae collectionibus *p.* 52.

Diſſ. de Spirituum dijudicatione, hoc eſt miniſtrorum Eccleſiae divina extra ordinem electione *p.* 369.

TOMO II. Diſſ. de Miniſtris *Evangelico-Lutheranis* ad altare cantillantibus, eiuſque ritus in prima Eccleſia origine, & uſu *p.* 198.

Diſſ. de vet. Chriſtianorum ſolemni ευφημισμω, cum mortuos ſuos ante omnia *beatos* appellarent p. 205.

Diſſ. de Notariorum in prima Eccleſia uſu ſingulari, & origine quod ad acta Martyrum, & Sanctorum conſignata attinet p. 657.

Diſſ. de diptychorum origine in prima Eccleſia p. 687.

Diſſ. de Natalitiis Cathedrae S. PETRI, adverſus *Caeſarem* BARONIVM p. 719.

Diſſ. de Interpretum in prima Eccleſia origine, & uſu. p. 763.

F I N I S.

VA 1
1528912

Digitized by Google

Digitized by Google

15
H
5

Digitized by Google